PRIUILEGIA OMNIUM RELIGIOSORUM ORDINUM...

Augustinus : a Virgine Maria

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
26 K
2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRIVILEGIA
OMNIVM
RELIGIOSORVM
ORDINVM MENDICANTIVM, ET non Mendicantium, in quibus ipsi communicant.

Allatis fideliter propriis verbis Constitutionum Summorum Pontificum, vsque ad Alexandrum VII. inclusiuè, quibus illa continentur, & locis in quibus ista ex integro reperiuntur.

Opus ordine Alphabetico iuxta materias digestum, seruatâ temporum serie sub quocunque titulo.

Auctore R.P. AVGVSTINO A VIRGINE MARIA *Carmelita Strictioris Obseruantiæ Rhedonensis in Prouincia Turonensi, Sacræ Theologiæ Professore Armorico.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Editio Tertia per Auctorem aucta.

LVGDVNI,
Sumpt. HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXIV.
Cum Permissu Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Reuerendiſſimo Patri M.

HIERONYMO ARI, ASTENSI, SACRÆ THEOLOGIÆ Magiſtro, Totius Ordinis Carmelitarum Generali, necnon Commiſſario & Viſitatori Apoſtolico, Qualificatori S. Officij, Beneficiorum Eccleſiaſticorum Examinatori, &c.

DOMESTICA hæc, dum in lucem prodeunt, Reuerendiſſime Pater, Tuo debent nomine, & multiplici quidem nomine, inſigniri: tum primùm charactere velut familiari; ne cenſeantur extranea, dum communia fiunt & publica: tùm præſertim forti ab aduerſariis quibuſlibet munimine; qui velut inuidia concitati, nullâ hæc ætate reliquerunt ſuis vellicationibus, iniuriis, impetitionibus exempta. Iſta quidem plurimùm intereſt, vt non cenſeantur extranea: in primis, vt ſacer Ordo noſter, qui ab antiquitate ſibi vendicat præcæteris maieſtatem, non ſpolietur donis hiſce pretioſis, & primariis, quibus ex Apoſtolica benignitate fuerit, vel etiam potuerit eſſe decoratus: deinde, vt Noſtris vrgens iſte ſtimulus non auferatur, preſſis veſtigiis inſequendi & aſſequendi exempla Maiorum; qui vitæ ſanctimonia & laborum aſſiduitate, tam ampla ſibi meruerunt præfatæ Benignitatis effecta. Erit verò nomen Tuum huic operi munimen fortiſſimum: cum efficacius omni

suspicione falsi, vel dubiæ fidei, eximere non possim quæ propono; quàm ea offerendo Tibi, cuius perspicaciam nihil latet abstrusum, prudentia respuit incertum, integritas non patitur iniquum. His in summo dotibus præditum, etsi Te probet abundè primarium Ordinis munus quo fungeris, si quem ante latuerit; id tamen longè certius facit omnibus manifestum Tuæ totius vitæ decursus. Neque enim Te fortuna, vel cæca Electorum propensio, euexit ad Carmeli verticem, vt omnibus præesses: non aliorum inopia, in quibus magna vtilitatis publicæ spes collocari posset; & hi, Deo fauente, suppetunt benè multi: sed quo tempore totus Ordo consuluit magis seriò de via expeditiori, quæ sibi timebat vel iam inuitus sentiebat mala expellendi, cunctásque sui partes ad primæuam Religionis Obseruantiam reducendi; fixit oculos in Te præ cæteris, quem annorum longa serie, & aliâ quacunque Prouinciâ Tibi priùs felici successu demandatâ, huic muneri aptissimum comprobauit. Exercitiorum adolescentiæ Tuæ testes, nec audientibus queunt facere satis, nec sibimet recolentibus, quàm iucunda cunctis fuerint illa primordia; quæ ad commendandum in Te Litterarum studium pariter & virtutis, lauream Tibi Magistralem breuî promeruerunt; & vt sine mora in gymnasiis nobilioribus, Ticini, Drepani, ac Neapoli, edocendæ Philosophiam ac Theologiam iuuentuti profitereris? in quo quantum profeceris, testantur tot insignes viri, qui è Tuis scholis ad maximum illarum omnium Prouinciarum decus exierunt. Statim ac per ætatem licuit maioribus applicari, Astensis Familia Te, quem Christo genuerat, sibi constituit Patrem, semel, & iterum: cui verè & meliori iure fuisti Pater quàm ipsa Tibi Matris exhibuerit officium; dum eam meliores in mores effarmando, quod acceperas, multiplici fœnore restituisti. Exinde vniuersis Cisalpinæ Italorum Galliæ Conuentibus, per quos mirum in modum, Te

potissimùm

potissimùm promouente, Strictior Obseruantia producebatur, lustrandis regendisque fuisti Præpositus; & postmodùm decidendis totius Prouinciæ negotiis Assessor constitutus: cui præsertim & sine dubio illa debet, quòd cæteris Italiæ partibus tantum reipsa excellit, quantum perspicuè cunctis apparet. Istis Te fungente muneribus, tanta in consiliis ac decernendis rebus micuit sagacitas, fortitudo in prosequendis, in terminandis felicitas; vt fama Tui vndequaque dispersâ, non iam sufficeres omnium desiderio, qui similem à Te opem exoptabant. Hinc modò in Siciliam, in Calabriam aliàs, Æmiliã, Flaminiámque Regionem, celebrandis Comitiis, Præpositis instituendis, lustrandis, Prouinciis integris missus, quantas cum summa cunctorum vtilitate subiisti defatigationes, vix credi potest? donec oportuit labores Tuos latiùs adhuc diffundi, quando Romam vocatus accepisti curam totius Ordinis negotia in Curia Summi Pontificis ex Officio procurandi. Hac occasione, quod anteà de Te per famam innouerat, id iam, & amplius, cùm esset oculis conspicuum; voluit Summus ipse Pontifex, censuerunt Eminentissimi Ecclesiæ Principes, Tua sic studia non debere intra specialis vnius Ordinis coërceri cancellos; quin vlrà in vniuersæ Reipublicæ Christianæ profectum extenderentur, collato Tibi Officio, hinc in opiniones prauas condignâ censurâ in sacro Tribunali aduersùs heterodoxos instituto animaduertendi? illinc eorum, qui ad Ecclesiastica beneficia assumi debeant, probationi assidendi. Non ergo mirum, quòd iam tot ac tam variis optimè probatum exercitiis, vnanimi consensu non tam elegimus, quàm rapuimus, vt Ordinem vniuersum supremo gubernares regimine; & eo Romæ totius applausu, vt vel Summus ipse omnium Pastor, ne vnâ quidem horâ elapsâ, Prælatos miserit, qui Tuæ personæ ad id muneris electionem ex parte sua nobis congratularentur, suóque nomine confirmarent. Præ-

latum vidimus, non elatum animo, quem omni humana gloriâ fecit modestia superiorem; non difficiliorem accessu conspeximus, non labores fastidientem? non oppressum negotiorum mole, non difficultate turbatum; auscultantem omnia, omnia penetrantem? publicis priuatisque commmodis affectu paterno prospicientem, sed in cunctis vigorem Regularis disciplinæ inuicto animo sustentantem. Quid plura? Exoptatum à negotiis Comitiorum Generalium putauissemus Te saltem aliquantulum quietis capessiturum. Sed qui non iam Tibi viuis, totúmque gregi Tuo Te deuouisti, continuò meditatus es Ordinis totius lustrationem, nec prius cogitasti, quàm cœpisti: Summo etiam Pontifice Ordinariæ Tuæ Potestati adiiciente, & committente facultatem in omnibus agendi Apostolicâ authoritate, quin & eos ipsos Tuo Regimini subiiciente, quin à Tuis Prædecessoribus fuerant subtracti; tantùm apud Sedem supremam sapientia Tua commendatur: iámque primi menses huius Tuæ administrationis adeò profecerunt, vt nihil minus in breui polliceantur, quàm quod iam dixi totum Ordinem de Te sibi à principio promisisse. In huius operis consummationem Te nobis diuinum Numen seruet incolumem, deprecor, vt votis sacratioribus Tibi deuinctus, sic &

Reuerendissime Pater

In cunctis obsequentissimus
F. AVGVSTINVS A VIRGINE MARIA, Carmelita.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI

ALIQVA Te monitum velim, (Lector benevole) ne meum Tibi deceptionis ansa sit studium.

1. Non cuncta hîc per me collecta Priuilegia propono, quasi adhuc in suo vigore permanentia, siue in toto, siue in parte; vel omnium respectu, vel nonnullorum. Id mihi solùm vel præcipuè fuit consilij; vt futuræ memoriæ traderem, quæ præteritis acta sunt seculis: & Regularibus erga suam Professionem eluceret magis Apostolicæ Sedis affectus; in vnum corpus collecto, quod in suis monumentis possunt singuli duntaxat videre dispersum. Scio & profiteor multas è gratiis per me in hoc Libro relatis, fuisse identidem restrictas, restitutas, reuocatas, provt natâ occasione rationéve diuersâ, benè visum fuit Summis Pontificibus; quorum sententiis ac Diplomatibus standum est firmiter & exactè. Omnibus autem perpensis, quibusnam, & quovsque iam vti possint Regulares, est exquisitæ doctrinæ; quibus verò deceat, summæ prudentiæ.

2. Ne quis existimet priuilegia, hîc à me descripta, non aliis directè fuisse concessa, quàm quibus hîc attribuuntur. Quamquàm enim euoluendo vulgatas magis Diplomatum collectiones, mihi visum fuerit è re, vnum & idem priuilegium variis temporibus Ordinibúsque datum, sæpiùs repetere; vt vel sic appareat, non sine grani rationis pondere factum fuisse, quod toties fuerit frequentatum: dum tamen accedens ad specialia cuiuslibet Ordinis vel Congregationis monumenta, detegi ex iis difficilè reperiri, quibus pleraque priuilegia directè & in specie non fuerint concessa; omisi deinceps, vt plurimùm, illud recensere;

tem omnia, omnia penetrantem? publicis priuatisque commmodis affectu paterno prospicientem, sed in cunctis vigorem Regularis disciplina inuicto animo sustentantem. Quid plura? Exeditum à negotiis Comitiorum Generalium putauissemus Te saltem aliquantulum quietis capessurum. Sed qui non iam Tibi viuis, totúmque gregi Tuo Te deuouisti, continuò meditatus es Ordinis totius lustrationem, nec priùs cogitasti, quàm cœpisti: Summo etiam Pontifice Ordinariæ Tuæ Potestati adiiciente, & committente facultatem in omnibus agendi Apostolicâ authoritate, quin & eos ipsos Tuo Regimini subiiciente, quin à Tuis Prædecessoribus fuerant subtracti; tantùm apud Sedem supremam sapientia Tua commendatur: iámque primi mensis huius Tuæ administrationis adeò profecerunt, vt nihil minus in breui polliceantur, quàm quod iam dixi totum Ordinem de Te sibi à principio promisisse. In huius operis consummationem Te nobis diuinum Numen seruet incolumem, deprecor, vt votis sacratioribus Tibi deinctus, sic &

Reuerendissime Pater

In cunctis
F. A
M

BENEVOLO LECTORI

ALIQVA Te monitum velim, (Lector beneuole) ne meum Tibi deceptionis anſa ſit ſtudium.

1. Non cuncta hîc per me collecta Priuilegia propono, quaſi adhuc in ſuo vigore permanentia, ſiue in toto, ſiue in parte; vel omnium reſpectu, vel nonnullorum. Id mihi ſolùm vel præcipuè fuit conſilij; vt futuræ memoriæ traderem, quæ præteritis acta ſunt ſeculis: & Regularibus erga ſuam Profeſſionem eluceret magis Apoſtolicæ Sedis affectus; in vnum corpus collecto, quod in ſuis monumentis poſſunt ſinguli duntaxat videre diſperſum. Scio & profiteor multas è gratiis per me in hoc Libro relatis, fuiſſe identidem reſtrictas, reſtitutas, reuocatas, provt natâ occaſione rationéve diuersâ, benè viſum fuit Summis Pontificibus; quorum ſententiis ac Diplomatibus ſtandum eſt firmiter & exactè. Omnibus autem perpenſis, quibuſnam, & quouſque iam vti poſſint Regulares, eſt exquiſitæ doctrinæ; quibus verò deceat, ſumm[illegible] prudentiæ

2. Ne quis exiſtimet priuilegia, h[illegible] ſcrip[illegible] idnon aliis directè fuiſſe conceſſa, c[illegible] ndicantribuuntur. Quamquàm enim euc[illegible] gis Diplomatum c[illegible] Mendicanvnum & idem [illegible] búſque da[illegible] non ſi[illegible]

[illegible]na ſimplici.
[illegible]tta ſcientia.

Conſe[illegible]

tum ne moles nimiùm excresceret;tum vt vitarem Lectoris fastidium.

3. Pro singulis ferè Priuilegiis referuntur propria, & ipsissima verba Constitutionum Apostolicarum, & in signum includuntur duos inter vncinos,quos vocant, seu parentheses quadratas;ne quis à me,si sensum tantummodò retulissent,suspicaretur aliquid esse mutatũ, vel aliter explicatum,quẽ Pontificia mens intellexisset, Vbi verò Priuilegia eo quo dictum est modo non exhibentur concluſa;intellige sensum referri solummodò, vbi nulla subesse potest ambiguitas;ne prolixitas & eorundem verborum frequens repetitio tædium præ se ferret.

4. Relatis singulis priuilegiis,subiicio statim prima verba Bullarum ex quibus desumuntur. Vbi nomine Bullæ, & quoties hoc vocabulo à me insigniuntur in hoc opere Constitutiones Apostolicæ, non facio vim in verbo,neque vsurpo illud in sensu magis restricto, quatenus designat solùm Constitutionem plumbeo sigillo munitam;sed secundùm quòd sit etiam commune Breuibus,seu Constitutionibus expeditis sub Annulo Piscatoris;& vtriusque generis Constitutionum collectiones vocantur Bullaria.

5. Statim post prædicta prima verba indicantur Libri,in quibus Constitutiones eiusmodi reperiuntur ex integro,& quotæ sint in ordine apud singulos Authores. Vbi ordo & numerus non debet supputari respiciendo ad initium cuiuslibet Libri;sed ad Constitutiones illius tantùm Pontificis, à quo emanauit illa quæ refertur; saltem apud eos Authores qui nouum ordinem instituunt ac de nouo incipiunt numerum: referendo singulorum Pontificum Constitutiones, omnes ferè factitant.

INDEX

INDEX TITVLORVM.

Absolutio Fratrum.
Ædificare.
Alienatio bonorum.
Altarę.
Ambitus.
Apostatæ.
Appellatio.
Approbatio Prædicatorũ.
Baptizare.
Benedicere.
Beneficia.
Bona.
Bulla in Dœna Domini.
Calices.
Campanæ.
Casus reservati pro secularibus.
Chrisma.
Commissio.
Communicatio privilegiorum Ordinum non Mendicantium.
Communicatio privilegiorum Ordinum Mendicantium.
Communicatio privilegiorum Ordinum Mendicantium & non Mendicantium.
Confessio secularium.
Confirmatio, Sacramentum.
Confirmationes privilegiorum in forma simplici.
Confirmationes privilegiorum ex certa scientia.
Confraternitas.
Consecratio.

Conserua

Conſeruatores priuilegiorum.
Conſtitutiones Synodales
Contributio.
Conueniri in iudicio.
Correctio Fratrum.
Decimæ.
Dedicatio.
Derogatio priuilegiorum
Dignitates.
Diſpenſatio.
Eccleſiæ Fratrum.
Electio.
Eleemoſyna.
Euchariſtia.
Excommunicatio.
Fxemptio.
Extrema-Vnctio.
Familiares.
Fundatores.
Generalis Ordinis.
Habitus.
Immunitas locorum.
Indulgentiæ pro Carmelitis.
Indulgentiæ pro extraneis intuitu Carmelitarum.
Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus Eccleſias Mendicantium.
Indulgentiæ pro defunctis.
Ingreſſus Monaſteriorum.
Interdictum.
Interpretatio priuilegiorum.
Irregularitas.
Legere.
Libri.
Loca Fratrum.

Mate

Mare magnum.
Medicina.
Mendicantes.
Missa.
Missionarij.
Moniales.
Mutatio Ordinis.
Notarius.
Nouitij.
Numerus Fratrum.
Oblati:
Oblationes.
Officium diuinum.
Oleum Sanctum.
Oracula viuæ vocis.
Ordinatio Cleticorum.
Pacta,
Pœnæ infringentium priuilegia.
Portio canonica.
Prædicatio.
Præscriptio.
Priuilegia.
Processio.
Procuratores.
Quæstuare.
Reconciliare.
Reformatio.
Reliquiæ.
Reuocatio Priuilegiorum.
Sacra.
Sacramenta.
Sepultura.
Simonia.
Statuta.

Successio.

Successio.
Suspensio.
Synodus.
Tertiarij.
Testamentum.
Testimonium.
Tonsura.
Transitus ad Religionem.
Visitatio.
Vota.

Quibus in locis reperiantur ex integro Constitutiones Apostolicæ in ista collectione citatæ.

Annales Baronij.
Annales Bzouij.
Annales Capucinorum, per Bouerium.
Annales Carmelitarum, per Lezanam.
Annales Minorum, per Wadingum.
Annales Seruitarum, per Gianium.
Archiuia Ordinis Carmelitarum.
Bullæ Clericorum Regularium Ministrantiũ infirmis.
Bullæ Hieronymitarum Hispanorum.
Bullæ Hieronymitarum de Pisis.
Bullarium Cassinense.
Bullarium Cherubini, vulgò Romanum.
Bullarium Confertij.
Bullarium Eremitarum S. Augustini.
Bullarium MS. Patris Iustini ad Epiphania Carmelitæ.
Bullarium Peyrinis.
Bullarium Rodærici.
Priuilegia Cœlestinorum.

Priuilegia

Priuilegia Canonicorum Regular. Congreg. Later.
Priuilegia Carmelitarum Diſcalceatorum.
Priuilegia Ciſtercienſium.
Priuilegia Ciſtercienſium Regularis Obſeruantiæ in Regnis Hiſpaniarum.
Priuilegia Ciſtercienſium Congregationis S. Bernardi in Italia.
Priuilegia Eremitarum S.Guillelmi.
Priuilegia Fulienſium.
Priuilegia Militum diuerſorum Ordinis Ciſtercienſis.
Priuilegia Oliuetanorum.
Priuilegia Præmonſtratenſis Ordinis, & Congregationum eius.
Priuilegia Societatis Ieſu.
Speculum Carmelitarum.
Speculum Minorum.

Licentia Reuerendiſſimi Patris Generalis.

FR.Hieronymus Ari,S.Theologiæ Magiſter, ac humilis Prior Generalis,nec'non Commiſſarius & Viſitator Apoſtolicus totius Ordinis Fratrum B. Dei Genitricis & V. Mariæ de Monte Carmelo, Strictioris Obſeruantiæ Regularis.

Authoritate noſtra,harũ ſerie Litterarum,facultatem concedimus R.Patri Auguſtino à Virgine Maria noſtræ Prouinciæ Turoniæ Profeſſo Sacerdoti,& S.Theologiæ Profeſſori,typis mandare omnia ſua opera, ſeruatis de iure ſeruandis;ſi deinde cæteris ad quos ſpectat, maximè ſuo dictæ noſtræ Prouinciæ Prouinciali videbitur. In quorum fidem,&c. Datum Romæ die 8. Septemb. 1660. Locus † Sigilli. Fr. Hieronymus Ari Generalis, Commiſſarius & Viſitator Apoſtolicus Carmelitarum. Regiſtratum,Fr.Albertus à S.Ioſeph,Secretarius.

Licentia

Reuerendissimo Patri M.

HIERONYMO ARI, ASTENSI, SACRÆ THEOLOGIÆ Magistro, Totius Ordinis Carmelitarum Generali, necnon Commissario & Visitatori Apostolico, Qualificatori S. Officij, Beneficiorum Ecclesiasticorum Examinatori, &c.

DOMESTICA hæc, dum in lucem prodeunt, Reuerendissime Pater, Tuo debent nomine, & multiplici quidem nomine, insigniri: tum primùm charactere velut familiari; ne censeantur extranea, dum communia fiunt & publica: tùm præsertim forti ab aduersariis quibuslibet munimine; qui velut inuidia concitati, nullâ hac ætate reliquerunt suis vellicationibus, iniurijs, impetitionibus exempta. Ista quidem plurimùm interest, vt non censeantur extranea: in primis, vt sacer Ordo noster, qui ab antiquitate sibi vendicat præ cæteris maiestatem, non spolietur donis hisce pretiosis, & primarijs, quibus ex Apostolica benignitate fuerit, vel etiam potuerit esse decoratus: deinde, vt Nostris vrgens iste stimulus non auferatur, pressis vestigijs insequendi & assequendi exempla Maiorum; qui vitæ sanctimonia & laborum assiduitate, tam ampla sibi meruerunt præfatæ Benignitatis effecta. Erit verò nomen Tuum huic operi munimen fortissimum: cum efficaciùs omni

suspicione falsi, vel dubiæ fidei, eximere non possim quæ propono; quàm ea offerendo Tibi, cuius perspicaciam nihil latet obstrusum, prudentia respuit incertum, integritas non patitur iniquum. His in summo dotibus præditum, etsi Te probet abundè primarium Ordinis munus quo fungeris, si quem ante latuerit; id tamen longè certius facit omnibus manifestum Tuæ totius vitæ decursus. Neque enim Te fortuna, vel cæca Electorum propensio, euexit ad Carmeli verticem, vt omnibus præesses: non aliorum inopia, in quibus magna vtilitatis publicæ spes collocari posset; & hi, Deo fauente, suppetunt benè multi: sed quo tempore totus Ordo consuluit magis seriò de via expeditiori, quæ sibi timebat vel iam inuitus sentiebat mala expellendi, cunctásque sui partes ad primæuam Religionis Obseruantiam reducendi; fixit oculos in Te præ cæteris, quem annorum longa serie, & aliâ quacunque Prouinciâ Tibi priùs felici successu demandatâ, huic muneri aptissimum comprobauit. Exercitiorum adolescentiæ Tuæ testes, nec audientibus queunt facere satis, nec sibimet recolentibus, quàm iucunda cunctis fuerint illa primordia; quæ ad commendandum in Te Litterarum studium pariter & virtutis, lauream Tibi Magistralem breuî promeruerunt; & vt sine mora in gymnasiis nobilioribus, Ticini, Drepani, ac Neapoli, edocendæ Philosophiam ac Theologiam iuuentuti proficereris? in quo quantum profeceris, testantur tot insignes viri, qui è Tuis scholis ad maximum illarum omnium Prouinciarum decus exierunt. Statim ac per ætatem licuit maioribus applicari; Astensis Familia Te, quem Christo genuerat, sibi constituit Patrem, semel, & iterum: cui verè & meliori iure fuisti Pater quàm ipsa Tibi Matris exhibuerit officium; dum eam meliores in moores efformando, quod acceperas, multiplici fœnore restituisti. Exinde vniuersis Cisalpinæ Italorum Galliæ Conuentibus, per quos mirum in modum, Te

potissimùm

potissimùm promouente, Strictior Obseruantia producebatur, lustrandis regendisque fuisti Præpositus; & postmodùm decidendis totius Prouinciæ negotiis Assessor constitutus: cui præsertim & sine dubio illa debet, quòd cæteris Italiæ partibus tantum reipsa excellit, quantum perspicuè cunctis apparet. Istis Te fungente muneribus, tanta in consiliis ac decernendis rebus micuit sagacitas, fortitudo in prosequendis, in terminandis felicitas; vt fama Tui vndequaque dispersâ, non iam sufficeres omnium desiderio, qui similem à Te opem exoptabant. Hinc modò in Siciliam, in Calabriam aliàs, Æmiliã, Flaminiámque Regionem, celebrandis Comitiis, Præpositis instituendis, lustrandis, Prouinciis integris missus, quantas cum summa cunctorum vtilitate subiisti defatigationes, vix credi potest? donec oportuit labores Tuos latiùs adhuc diffundi, quando Romam vocatus accepisti curam totius Ordinis negotia in Curia Summi Pontificis ex Officio procurandi. Hac occasione, quod anteà de Te per famam innouerat, id iam, & amplius, cùm esset oculis conspicuum; voluit Summus ipse Pontifex, censuerunt Eminentissimi Ecclesiæ Principes, Tua sic studia non debere intra specialis vnius Ordinis coërceri cancellos; quin vlrà in vniuersæ Reipublicæ Christianæ profectum extenderentur, collato Tibi Officio, hinc in opiniones prauas condignâ censurâ in sacro Tribunali aduersùs heterodoxos instituto animaduertendi? illinc eorum, qui ad Ecclesiastica beneficia assumi debeant, probationi assidendi. Non ergo mirum, quòd iam tot ac tam variis optimè probatum exercitiis, vnanimi consensu non tam elegimus, quàm rapuimus, vt Ordinem vniuersum supremo gubernares regimine; & eo Romæ totius applausu, vt vel Summus ipse omnium Pastor, ne vnâ quidem horâ elapsâ, Prælatos miserit, qui Tuæ personæ ad id muneris electionem ex parte sua nobis congratularentur, suóque nomine confirmarent. Præ-

latum vidimus, non elatum animo, quem omni humanâ gloriâ fecit modestia superiorem; non difficiliorem accessu conspeximus, non labores fastidientem? non oppressum negotiorum mole, non difficultate turbatum; auscultantem omnia, omnia penetrantem? publicis privatisque commmodis affectu paterno prospicientem, sed in cunctis vigorem Regularis disciplinæ inuicto animo sustentantem. Quid plura? Exiit editum à negotiis Comitiorum Generalium putauissemus Te saltem aliquantulum quietis capessiturum. Sed qui non iam Tibi vinis, totúmque gregi Tuo Te deuouisti, continuò meditatus es Ordinis totius lustrationem, nec priùs cogitasti, quàm cœpisti: Summo etiam Pontifice Ordinariæ Tuæ Potestati adiiciente, & committente facultatem in omnibus agendi Apostolicâ authoritate, quin & eos ipsos Tuo Regimini subiiciente, quin à Tuis Prædecessoribus fuerant subtracti; tantùm apud Sedem supremam sapientia Tua commendatur: iámque primi menses huius Tuæ administrationis adeò profecerunt, vt nihil minus in breui polliceantur, quàm quod iam dixi totum Ordinem de Te sibi à principio promisisse. In huius operis consummationem Te nobis diuinum Numen seruet incolumem, deprecor, vt votis sacratioribus Tibi deuinctus, sic &

Reuerendissime Pater

In cunctis obsequentissimus
F. AVGVSTINVS A VIRGINE MARIA, Carmelita.

BENEVOLO LECTORI

ALIQVA Te monitum velim, (Lector beneuole) ne meum Tibi deceptionis ansa sit studium.

1. Non cuncta hîc per me collecta Priuilegia propono, quasi adhuc in suo vigore permanentia, siue in toto, siue in parte; vel omnium respectu, vel nonnullorum. Id mihi solùm vel præcipuè fuit consilij; vt futuræ memoriæ traderem, quæ præteritis acta sunt seculis: & Regularibus erga suam Professionem eluceret magis Apostolicæ Sedis affectus; in vnum corpus collecto, quod in suis monumentis possunt singuli duntaxat videre dispersum. Scio & profiteor multas è gratiis per me in hoc Libro relatis, fuisse identidem restrictas, restitutas, reuocatas, provt natâ occasione rationéve diuersâ, benè visum fuit Summis Pontificibus; quorum sententiis ac Diplomatibus standum est firmiter & exactè. Omnibus autem perpensis, quibusnam, & quovsque iam vti possint Regulares, est exquisitæ doctrinæ; quibus verò deceat, summæ prudentiæ.

2. Ne quis existimet priuilegia, hîc à me descripta, non aliis directè fuisse concessa, quàm quibus hîc attribuuntur. Quamquàm enim euoluendo vulgatas magis Diplomatum collectiones, mihi visum fuerit è re, vnum & idem priuilegium variis temporibus Ordinibúsque datum, sæpiùs repetere; vt vel sic appareat, non sine grani rationis pondere factum fuisse, quod toties fuerit frequentatum: dum tamen accedens ad specialia cuiuslibet Ordinis vel Congregationis monumenta, detegi ex iis difficilè reperiri, quibus pleraque priuilegia directè & in specie non fuerint concessa; omisi deinceps, vt plurimùm, illud recensere;

tum ne moles nimiùm excreſceret; tum vt vitarem Lectoris faſtidium.

3. Pro ſingulis ferè Priuilegiis referuntur propria, & ipſiſſima verba Conſtitutionum Apoſtolicarum, & in ſignum includuntur duos inter vncinos, quos vocant, ſeu parentheſes quadratas; ne quis à me, ſi ſenſum tantummodò retuliſſent, ſuſpicaretur aliquid eſſe mutatū, vel aliter explicatum, quē Pontificia mens intellexiſſet. Vbi verò Priuilegia eo quo dictum eſt modo non exhibentur concluſa; intelligo ſenſum referri ſolummodò, vbi nulla ſubeſſe poteſt ambiguitas; ne prolixitas & eorundem verborum frequens repetitio tædium præ ſe ferret.

4. Relatis ſingulis priuilegiis, ſubiicio ſtatim prima verba Bullarum ex quibus deſumuntur. Vbi nomine Bullæ, & quoties hoc vocabulo à me inſigniuntur in hoc opere Conſtitutiones Apoſtolicæ, non facio vim in verbo, neque vſurpo illud in ſenſu magis reſtricto, quatenus deſignat ſolùm Conſtitutionem plumbeo ſigillo munitam: ſed ſecundùm quòd ſit etiam commune Breuibus, ſeu Conſtitutionibus expeditis ſub Annulo Piſcatoris; & vtriuſque generis Conſtitutionum collectiones vocantur Bullaria.

5. Statim poſt prædicta prima verba indicantur Libri, in quibus Conſtitutiones eiuſmodi reperiuntur ex integro, & quotæ ſint in ordine apud ſingulos Authores. Vbi ordo & numerus non debet ſupputari reſpiciendo ad initium cuiuſlibet Libri; ſed ad Conſtitutiones illius tantùm Pontificis, à quo emanauit illa quæ refertur; ſaltem apud eos Authores qui nouum ordinem inſtituunt ac de nouo incipiunt numerum: referendo ſingulorum Pontificum Conſtitutiones, omnes ferè factitant.

INDEX

INDEX TITVLORVM.

Absolutio Fratrum.
Ædificare.
Alienatio bonorum.
Altare.
Ambitus.
Apostatæ.
Appellatio.
Approbatio Prædicatorũ.
Baptizare.
Benedicere.
Beneficia.
Bona.
Bulla in Dœna Domini.
Calices.
Campanæ.
Casus reseruati pro secularibus.
Chrisma.
Commissio.
Communicatio priuilegiorum Ordinum non Mendicantium.
Communicatio priuilegiorum Ordinum Mendicantium.
Communicatio priuilegiorum Ordinum Mendicantium & non Mendicantium.
Confessio secularium.
Confirmatio, Sacramentum.
Confirmationes priuilegiorum in forma simplici.
Confirmationes priuilegiorum ex certa scientia.
Confraternitas.
Consecratio.

Conſeruatores priuilegiorum.
Conſtitutiones Synodales
Contributio.
Conueniri in iudicio.
Correctio Fratrum.
Decimæ.
Dedicatio.
Derogatio priuilegiorum
Dignitates.
Diſpenſatio.
Eccleſiæ Fratrum.
Electio.
Eleemoſyna.
Euchariſtia.
Excommunicatio.
Fxemptio.
Extrema-Vnctio.
Familiares.
Fundatores.
Generalis Ordinis.
Habitus.
Immunitas locorum.
Indulgentiæ pro Carmelitis.
Indulgentiæ pro extraneis intuitu Carmelitarum.
Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus Eccleſias Mendicantium.
Indulgentiæ pro defunctis.
Ingreſſus Monaſteriorum.
Interdictum.
Interpretatio priuilegiorum.
Irregularitas.
Legere.
Libri.
Loca Fratrum.

Mate

Mare magnum.
Medicina.
Mendicantes.
Missa.
Missionarij.
Moniales.
Mutatio Ordinis.
Notarius.
Nouitij.
Numerus Fratrum.
Oblati:
Oblationes.
Officium diuinum.
Oleum Sanctum.
Oracula viuæ vocis.
Ordinatio Clericorum.
Pacta,
Pœnæ infringentium priuilegia.
Portio canonica.
Prædicatio.
Præscriptio.
Priuilegia.
Processio.
Procuratores.
Quæstuare.
Reconciliare.
Reformatio.
Reliquiæ.
Reuocatio Priuilegiorum.
Sacra.
Sacramenta.
Sepultura.
Simonia.
Statuta.

Successio.

Successio.
Suspensio.
Synodus.
Tertiarij.
Testamentum.
Testimonium.
Tonsura.
Transitus ad Religionem.
Visitatio.
Vota.

Quibus in locis reperiantur ex integro Constitutiones Apostolicæ in ista collectione citatæ.

Annales Baronij.
Annales Bzouij.
Annales Capucinorum, per Bouerium.
Annales Carmelitarum, per Lezanam.
Annales Minorum, per Wadingum.
Annales Seruitarum, per Gianium.
Archiuia Ordinis Carmelitarum.
Bullæ Clericorum Regularium Ministrantiũ infirmis.
Bullæ Hieronymitarum Hispanorum.
Bullæ Hieronymitarum de Pisis.
Bullarium Cassinense.
Bullarium Cherubini, vulgò Romanum.
Bullarium Confertij.
Bullarium Eremitarum S. Augustini.
Bullarium MS. Patris Iustini ad Epiphania Carmelitæ.
Bullarium Peyrinis.
Bullarium Rodærici.
Priuilegia Cælestinorum.

Priuilegia

Priuilegia Canonicorum Regular. Congreg. Latet.
Priuilegia Carmelitarum Discalceatorum.
Priuilegia Cistercienſium.
Priuilegia Cistercienſium Regularis Obſeruantiæ in Regnis Hiſpaniarum.
Priuilegia Cistercienſium Congregationis S. Bernardi in Italia.
Priuilegia Eremitarum S. Guillelmi.
Priuilegia Fulienſium.
Priuilegia Militum diuerſorum Ordinis Cistercienſis.
Priuilegia Oliuetanorum.
Priuilegia Præmonſtratenſis Ordinis, & Congregationum eius.
Priuilegia Societatis Ieſu.
Speculum Carmelitarum.
Speculum Minorum.

Licentia Reuerendiſſimi Patris Generalis.

FR. Hieronymus Ari, S. Theologiæ Magiſter, ac humilis Prior Generalis, nec non Commiſſarius & Viſitator Apoſtolicus totius Ordinis Fratrum B. Dei Genitricis & V. Mariæ de Monte Carmelo, Strictioris Obſeruantiæ Regularis.

Authoritate noſtra, harũ ſerie Litterarum, facultatem concedimus R. Patri Auguſtino à Virgine Maria noſtræ Prouinciæ Turoniæ Profeſſo Sacerdoti, & S. Theologiæ Profeſſori, typis mandare omnia ſua opera, ſeruatis de iure ſeruandis; ſi deinde cæteris ad quos ſpectat, maximè ſuo dictæ noſtræ Prouinciæ Prouinciali videbitur. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 8. Septemb. 1660. Locus † Sigilli. Fr. Hieronymus Ari Generalis, Commiſſarius & Viſitator Apoſtolicus Carmelitarum. Regiſtratum, Fr. Albertus à S. Ioſeph, Secretarius.

Licentia

Licentia Reu. adm. Patris Prouincialis.

FR. Valentinus è S. Armagillo, humilis Prior Prouincialis Carmelitarum Prouinciæ Turoniæ.

Harum serie, authoritate nostra facultatem impertimur, typis mandandi *Priuilegia omnium Religiosorum*, &c. compilata à R. Patre Augustino à Virgine Maria, eiusdem Ordinis ac Prouinciæ Professore: Sacerdote, nec non Sacræ Theologiæ Professore modò duò Sacræ Theologiæ Professores nostræ Prouinciæ prædictum opus probauerint: seruatis præterea de iure seruandis. Datum in Conuentu nostro Parisiensi Sanctissimi Sacramenti, die 12. Februarij, anno Domini 1660. Locus † Sigilli. Fr. Valentinus à S. Armagillo, Prouincialis. Fr. Leonardus à S. Ægydio, pro Socio Reu. adm. Patris Prouincialis.

Approbatio Doctorum.

LIber inscriptus, *Priuilegia omnium Religiosorum Ord. Mendicantium & non Mendicantium, Authore R. P. Augustino à Virgine Maria Carmelita Strictioris Obseruantiæ Rhedonensis in Prouincia Turonensi, Sacræ Theologiæ Professore, Armorico*, etsi paruus sit mole, magnus tamen doctis habebitur: pôderatâ nêpe ratione ac methodo tractandi materiam, tum difficilem, tum plurimis odiosam. Quæ siquidem ab aliis Scriptoribus, cum altercationibus ferè perpetuis, obscurissimísque ambagibus fusè discutiuntur; dilucidè, breuiter, modestè, fideliter referuntur hoc in opere. Cuius Author singulare proculdubio apud omnes obtinebit priuilegium, quòd nimirum singulis, cùm priuilegiatis, tùm minimè

priui

priuilegiatis, gratus erit, neminique inuidiosus: quia paci publicæ ac tranquillitati vbique studet. Cùm verò nihil prorsus in hocce libro proponat, quod fidem Orthodoxam, probósve mores vel minimùm offendat, è Carmeli sinu erumpere debet, iuísque fieri publici. Sic censemus Nos infra scripti Facultatis Parisiensis Doctores Theologi, Lugduni, 28. Decembris 1660.

Fr. CYRILLVS MOREL, Carmelitarum Lugdunensium Prior.
Fr. IOANNES ROBE.

Approbatio Professorum Sacræ Theologiæ in Prouincia Turoniæ.

EGo Fr. Daniel à S. Iosepho, Prouinciæ Carmelitarum Turoniæ Exprouincialis, Definitor, Conuentus Quintinensis Prior, & Sacræ Theologiæ Professor, testor *Priuilegia omnium Religiosorum*, &c. à R. Patre Augustino à Virgine Maria, eiusdem Ordinis Prouinciæque in Sacra Theologia Professore, compilata, digna esse quòd typis mandentur; cùm præsertim opus nihil contineat, quod esse possit pertubatiuum pacis, sed nuda sit solùm, & ea quàm exacta relatio proprij tenoris Constitutionum Apostolicarum. Datum in Conuentu Parisiensi Carmelitarum Sanctissimi Sacramenti, die 12. Februarij, anno Domini 1660.

Fr. DANIEL A S. IOSEPHO.

Ego

EGo Fr. Petrus à S. Thoma, Vicarius & Visitator Generalis Monialium Carmelitarum S. Sepulchri Rhedonensis, & Bethleem Ploërmeli, S. Theologiæ Professor, *Priuilegia omnium Religiosorum*, &c. Authore R. Patre Augustino à Virgine Maria, Sacræ Theologiæ Professore, Fidei Catholicæ rectísque moribus planè consona esse iudicio; ita vt omnes singulari facillimâque methodo in ipsis velut in speculo Priuilegia Regularium, sine vllo fuco conspicere possint; modò tamen, vt fiat satis plurimorum votis, ad publicam vtilitatem luci committantur. Datum in Domo Sancti Sepulchri Rhedonensis, die 23. Ianuarij, anni 1660.

Fr. PETRVS A SANCTO THOMA.

PRIVI

PRIVILEGIA
OMNIVM RELIGIOSORVM
Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, in quibus ipsi communicant.

Allatis fideliter propriis verbis Constitutionum Apostolicarum, quibus illa continentur, & locis in quibus istæ ex integro reperiuntur.

Opus ordine Alphabetico iuxta materias digestum, seruatâ temporum serie sub quocunque titulo.

ABSOLVTIO FRATRVM ET SORORVM. Vide verb. *Confessio secularium*, n. 7. *Excommunicatio*, n. 5. 6. 8. 10 12. 14. 15. 17. 18. 19. 21. 22. 25. 26. 27. 29. 30. 32. 33. 36. 37. 39. 41. 44. 46. 49. 50. 52. 53. 54 55. 56. 57. 58. 59. 60. 62. 65. 66. 67. 68. 71. 73. 76. 77. *Exemptio*, n. 26. 10. 12. 15. 27. 29. 43. 52. *Irregularitas*, n. 1. 2. *Mutatio Ordinis*, num. 14.

1

INNOCENTIVS IV. anno 1247. Magistro & Prioribus Ordinis Prædicatorum. [Nolumus quòd illi Fratres, quibus per nostras concessimus Litteras, seu quibus *Non dantur ab extraneis.*

 duxerimus

duxerimus commendandum, vt Confessiones generaliter audiant, & sibi confitentibus pœnitentiam salutarem iniungant (dummodo confitentium adeò non fuerint enormes excessus, quòd ipsi pro absolutionis obtinendo beneficio sint meritò ad Sedem Apostolicam destinandi) aliquam super Fratres vestræ gubernationi creditos, ex concessione huiusmodi habeant potestatem.] Cum supernæ 19. apud Rodericum.

2 *Idem.* Alexander IV. anno 1255. Abbati Cistercij eiúsque Coabbatibus vniuersis Cistercien sis Ordinis. [Cùm Iulius Papa prædecessor noster, vobis suis literis cõcessisse dicatur, vt iuxta eiusdem Ordinis statuta nulla Fratrum ipsius Ordinis, seu alij eiusdem Ordinis personæ absque sui Abbatis licentiâ, liceat cuipiam alterius religionis vel seculari Presbytero confiteri, nec ei Confessiones earum audire, vel ei absolutionis beneficiũ impartiri; vestris deuotis supplicationibus inclinati, quod super hoc est vobis à dicto prædecessore concessum, gratũ habentes & ratum, id authoritate Apostolicâ confirmamus.] B. Præclaræ, 30. apud Rodericum.

3 *Idem.* Clemens IV. anno 1265. Minoritis. [Inhibemus vniuersis Fratribus vestri Ordinis, ne aliquis eorum, nisi necessitatis vrgente articulo, alij quã Prælatis suis peccata sua confiteri præsumat, vel aliis eiusdẽ Ordinis Sacerdotibus secundùm regulã & ipsius Ordinis instituta.] B. virtute cõspicios, 4. apud Cherub. quæ & ineluditur in Mari magno Minorum. Et ibidẽ ex certâ scientiâ cõfirmatur ab Eugenio IV. an. 1439 B. Licet debitũ. Et ab ipso Maris magni authore Sixt. IV. anno 1474. Quæ & extat confirmata per Ioannem

nem XXIII. an 1410. B. Sacra vestra religio, 5. apud Wad. in reg. to. 5. ex reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol. 176. Cælestinus V. an. 1294. Cęlestinis, idem. B. Etsi cunctos, 7. apud Cherub. §. 30. Quā Cælestini bullam Eug. IV an. 1434. ex certa scientia confirmauit, B. ad decorem, 18. apud Rodericū.

4 *A reseruatis etiam Papa.*

Clemens VI. anno 2341. tribus Monasteriis Monialiū S. Claræ. [Vt Guardianus vestri Monasterij in Sacerdotio cōstitutus, qui nunc est, & erit pro tēpore, vos, & vestrūm singulas, quoties fuerit opportunum, vestris, & vestrarum singularum confessionibus diligenter auditis, pro commissis, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, si qui, quod absit, incurrerint, absoluere valeat, iniūctâ vobis pœnitentiâ salutari, &c. indulgemus.] B. Relig. 48. 49. & 50. apud Vvad. in reg. tom. 3. ex reg. Vat. t. 6. epist. 97. 98. & 99.

Idem anno 1344. Congregationi Monachorum Montis Oliueti, concedit. [Quòd Prior cuiusl. be: loci construendi, possit Monachorum & Conuersorum Prioratus seu loci sui, confessiones audire, ipsósque absoluere, ac eis pro cōmissis pœnitentiam iniungere salutarem, dummodò talia non fuerint, propter quæ foret Sedes Apostolica meritò consulenda.] B. Solicitudinis, 1. apud Cherub. §. 2.

5 *Ab aliis quàm Papa reseruari.*

Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus cōcedit quod supra n. 3. B. Virtute cōspicuos, 7. apud Cherub. §. 26. quæ & includitur in Mari magno Prædicat. Et ibidē ex certâ scientiâ innouatur & confirmatur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. an. 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore. Sixto IV. anno 1474.

6 *Ab extraneis non datur.*

7 *Idem.*

Bonifacius IX. Prædicatoribus. [Ordinamus, quod quicunque habentes generalem licentiam à Sede Apostolica, vel aliàs qualitercunque, absoluendi in quibusque casibus, prętextu licentiæ huiusmodi, Fratres dicti Ordinis nequaquam absoluere possint, (Legatis Sedis Apostolicæ de latere missis duntaxat exceptis) vel nisi id eis specialiter & expressè concedatur,] B. Sacræ Religionis, 1 apud Confettium.

8 *Pro itinerantibus.*

Innocentius VII. anno 1405. Prædicatoribus. [Fratribus huiusmodi quos pro tępore itinerare, & per eorũ Superiores mitti contigerit, vt si aliquem Presbyterum idoneum ex Professoribus dicti Ordinis habere non possint, quemcunque alium Presbyterum idoneum & discretum, religiosum vel secularem, in eorum confessorem eligere valeant, qui confessiones eorum audire, & eorum confessionibus diligenter auditis, pro commissis eis debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere, liberè & licitè possit, nisi talia sint, propter quæ Sedes Apostolica sit meritò consulenda, indulgemus.] B. Prouenit, apud Confettium & Rodericũ. Addit Author Compendij Fulienſiũ, hoc verb. §. 2. [Personæ Cõgregationis nostræ absentes à Monasterio cum debita licentia, quoties voluerint, possunt sibi eligere Confessariũ religiosum, vel secularem, & electum mutare, qui eos absoluat ab omnibus casibus, à quibus existentes in Monasterio absolui possũt: & gaudere omnibus gratiis, priuilegiis, & indulgẽtiis, quibus gauderent in Monasterio. Martin. V. Ordini S. Hieronym in Hispania, vt habetur in eius Compendio: verbo, Absentes à Monastero. Et Clemens VII. Con-

gregat.

gregat. Theatinorum, vt est in eorum Manuscriptis, folio 4. & in Compendio impresso, verbo; Absolutio quoad Fratres, §. 2.] Hactenus Author præfatus.

9. *Ab omnibus à quibus minores Pœnitentiarij.*

Eugenius IV. anno 1435. Carmelitis. [Priori Generali, ac quibuscũque successoribus suis pro tẽpore existentibus Generalibus Prioribus, nec non ab eo vel ab eis ad id pro tempore deputandis Vicariis, Prouincialibus, Prioribus, ac Fratribus Ordinis prædicti, in confessionibus audiendis, in absolutionibus impẽdendis, & pœnitentiis iniungendis, aliisque salutem animarum duntaxat concernentibus exequendis omniũ & singulorũ dicti Ordinis Fratrum præsentium & futurorum; eandem & talem potestatẽ & facultatem, qualẽ in ptæmissis minores Pœnitentiarij nostri in Romanâ Curiâ præsentes ex officio habent, & exercent, authoritate Apostoliçâ tenore prẽsentium de speciali gratiâ concedimus atque damus.] B. Sacræ religionis, in Mari magn. Carm. num. 15. Quod ibidem §. 61. à Sixto IV. ex certâ scientiâ confirmatur, extenditur ad omnes vtriusque sexus eiusdem Ordinis Professores; & declaratur vt dicitur verbo Excommunicatio, num. 52.

10. *Semel in vitæ ab omnibus: semper verò à non reseruatis Pœnit.*

Idẽ anno 1437. Eremitis B. Petri, nunc S. Hieronymi, de Pisis. [Vobis omnibus & singulis indulgemus, vt Confessores idonei, quos duxeritis eligendos, in vitâ cõfessiones audire, & omnium & singulorum qui in ipsa Societate pro tempore fuerint, ab omnibus casibus, super quibus etiam Sedes Apostolica meritò esset cõsulenda, pro semel tantùm postquã in Societate remanere deliberauerint, in aliis verò casibus, quandocunque

absoluere possint, eis impositâ pœnitentiâ salutari, &c. B. Prouenit, 12. apud Cherub.

11 *Ab omnibus non reseruatis Papæ.*

Idem eodem anno, Cisterciensibus Regularis Obseruantiæ in Regnis Castellæ, Necnon Præsidens & Definitores, (Capituli Prouincialis) omnes & singulos Religiosos & personas vtriusque sexus dictorum Monasteriorum, quoties eis visum fuerit, ipsorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus, & singulis suis criminibus, peccatis, & excessibus, etiam in singulis, præterquam Sedi Apostolicæ, reseruatis casibus, absoluere, necnon salutarem eis pœnitentiâ iniungere. Ac cum quibusvis ex Monachis, Religiosis, & personis prædictis, super irregularitate, si quâ ex quauis causa quomodolibet cõtraxerint, homicidio voluntario mutilatione mẽbri ac bigamia duntaxat exceptis, vt nihilominus non promoti ad omnes etiam sacros Ordines promoueri, ac ipsi, & promoti in illis ministrare possint, dispensare. Omnẽ quoque inhabilitatis & infamiæ maculam siue notã per eos quomodolibet contractam abolere possint & valeant. B. Ad decorem, 20. apud Roder. 7 in eorum priuilegiis.

Dispensare in irregularitate.

12. *A bonnibus non reseruatis Papæ.*

Idem an. 1441 Fratribus Sancti Hieronymi Fesulani. Præpositus vel Prior, omnes & singulos, Rectores verò in sibi cõmissis Domibus, seu Prioratibus commorantes, Nouitios, Professos, & Conuersos, dictæ regulæ in ipsorum Domibus seu Prioratibus illis seruientes, et ã seculares quoslibet præsẽtes, & posteros, quoties eis opportunum fuerit, ipsorum confessionibus diligenter auditis. pro commissis per eos, in omnibus, præterquam Sedi Apostolicæ, reseruatis casibus, debitam absolutionem impendere, & iniungere

iungere pœnitentiam salutarem. Necnon Ecclesiastica Sacramenta ministrare valeant perpetuò. B. super gregem, 21. apud Cherub.

Idem eodē anno. Fratribus Sancti Ambrosij. [Quòd Rector, ac omnes & singuli Priores prędicti, necnon Fratres quos idem Rector ad hoc duxerit deputandos, omnibus & singulis Religiosis suis Professis, Conuersis, Nouitiis, & ad eorum seruitia in eorumdem Monasteriis, Domibus, seu locis etiam secularibus perpetuò dedicatis, præsentibus, & posteris, in quibuscunque, in reseruatis semel tantùm, in non reseruatis verò Sedi præfatæ casibus, quoties illis opportunum fuerit, ipsorum confessionibus diligenter auditis, pro commissis per eos debitam absolutionem impędere, & iniungere pœnitentiam salutarem. Ac Eucharistiam, & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare.] B. Regimini, 22. apud Cherub. §. 8. & 9. 13 *A reseruatis Papa semel à cæteris toties quoties.*

Idem Minoritis concessit, [Omnibus Fratribus, præsentibus, & futuris, ac etiam Nouitiis in religione perseuerare volentibus, quatenus possint, sibi eligere idoneum Confessorem, qui authoritate Apostolicâ absoluat eos in articulo mortis ab omnibus peccatis & cēsuris Ecclesiasticis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, siue ex alia quacūque causâ prouenientibus, & plenariā omnium peccatorum indulgentiam largiatur. Quam indulgentiā prædicti Fratres consequantur, etiamsi prædictum Confessorem eligere nō potuerint, seu obliti fuerint, dummodò moriantur in statu gratiæ; quibuscunque contrariis nō obstātibus, etiamsi de eis oporteret fieri specialis mentio de verbo ad verbū.] Viuæ vocis oraculum 14 *A quibuscunque in hora mortis cum indul. gentia plenaria.*

culum 2.apud Roder.& 3.in spec.Min.tract 1. fol.39.

15 *Semel in vita ab omnibus, exceptâ falsificatione litt. Ap.*

Idem iisdem. [Fratres de Obseruantia posse absolui per Confessorem ab eis electum de suo licentia Superiorum semel tantùm ab omnibus cẽsuris & pœnis, excepto falsificationis litterarum Apostolicarum crimine.]Florentię 27.Iulij anno 1434. Viuæ vocis oraculum 8.apud Roder.& 10.in spec.Min.tract.1.fnl. 40.

16 *Ab omnibus Papæ non reseruatis, cum dispensatione.*

Nicolaus V.anno 1447. Ordinis S. Trin.in regno Castellæ & Legionis Prouinciali, & Ministris Domorum;& Confessoribus per quemlibet eorum deputandis in suis Domibus,cõcessit facultatẽ,quoties fuerit opportunum absoluendi,tum subditos,tum ipsos Superiores,ab omnibus peccatis & censuris non reseruatis Papæ;& cum eis dispensãdi super irregularitate,si quam sententiis huiusmodi ligati Missas & ali adiuina Officia(non tame in contemptum Clauium)celebrando aut miscendo se illis quomodolibet contraxerint;& omnem ab eis inhabilitatis & in famiæ maculam siue notam abolendi. Ita tamen, vt si fuerit alicui satisfactio impendenda, eam exhibeant infra certum peremptorium terminum per ipsos Confessores statuendum,alioquin eo elapso relabantur in easdem sententias. B.Exposcit,7.apud Rodericum.

17 *Ab omnibus Papæ reseruatis excepto homicidio.*

Calixtus III anno 1457 Minoritarum singulis Vicariis Prouinciarũ regularis Obseruantiæ concessit omnimodã authoritatem & potestatẽ Fratres sibi subditos absoluendi à quibuscũque reseruatis Sedi Apostolicæ, siue per ius cõmune,siue per quascunque Extrauagantes, vel Apostolicas litteras generales,particulares, seu locales

locales, etiamsi tales essent, quòd de eis deberet fieri mentio specialis, excepto homicidio voluntario vel commisso ex consilio. Viuæ vocis oraculum, apud Vvad. tom. 6. in Annal. an. 1457. n. 87. pag. 404. ex Regiſtro Ordinis.

18 *Ab omnibus reſeruatis, ſemel in mortis articulo.*

Sixtus IV. anno 1475. Ciſtercienſibus. [Vt Confeſſor idoneus de Ordine veſtro, quem quilibet veſtrûm ad hoc duxerit eligendum, confeſſionibus veſtris diligenter auditis, ab omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quomodolibet latis, quibus quomodolibet ligati fueritis, ſeu alter veſtrûm ligatus fuerit, necnon pro commiſſis per vos & quemlibet veſtrûm criminibus, exceſſibus, delictis, & peccatis quibuſcunque, quantumcunque enormibus, etiamſi talia forens, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò foret conſulenda, ſemel in mortis articulo debitam vobis & cuilibet veſtrûm abſolutionem impendere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere valeat, indulgemus.] S. Sacroſanctæ, 45. apud Rodericum.

19 *Ab omnibus reſeruatis pro generali Capitulo intereſſentibus.*

Idem iiſdem anno 1476. [Omnibus & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Monachis, Nouitiis, Conuerſis, Donatis, Seruitoribus, continuis Commenſalibus, Procuratoribus, Nunciis, & aliis eiuſdē Ordinis perſonis præſentibus & futuris, qui perpetuis futuris temporibus generali Capitulo eiuſdem Ordinis ſingulis annis celebrando interfuerint: vt Confeſſor idoneus de dicto Ordine, cui ſecundùm Ordinis inſtituta ex propriorum Abbatum ordinatione aliàs confiteretur, & quē tunc vel infra viginti dies immediatè

mediatè sequentes ad hoc quilibet ipsorum duxerit eligendum, eos & eorũ quemlibet ab omnibus & singulis excõmunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, inflictis, & promulgatis, ac ferendis, promulgandis & infligendis, aliisque eorum peccatis, delictis, criminibus, & excessibus quibuscunque quantumcunque enormibus, etiamsi talia fuerint, propter quæ meritò Sedes Apostolica foret consulenda; annis singulis quoties dicto generali Capitulo interfuerint, semel duntaxat absoluere, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere: necnon super irregularitate quouis modo & qualitercunque contracta & contrahenda, cum eis & eorum quolibet dispensare: necnon plenariam remissionem & absolutionem omnium & singulorum peccatorum suorum, tunc impendere possit & valeat, licentiam & facultatem concessit & indulsit per simplicem signaturam, sub attestatione Philippi Cardinalis Episcopi Portuensis; & est 96. in eorum priuilegiis. Quod expresse, confirmauit idem Sixtus anno 1481. B. Licet, & B. Concessimus, 97. & 98. ibidem: & hoc nonobstante quadam suas præcedente reuocatione similium facultatum, cui derogat in B. Concessimus.

Dispensatio super irreg. Indulg. plen.

20 *A reseruatis Papæ semel in vita, & in mote, ab aliis toties quoties.*

Idem eodem anno 1476. Eremitis B. Petri, nunc S. Hieronymi de Pisis. Ipsis omnibus & singulis præsentibus & futuris, vt idoneus Presbyter secularis, vel eiusdem Societatis seu cuiusuis Ordinis regularis, quem ipsi aut quilibet eorum duxerint eligendum, eos & quemliber

eorum

eorum,ab omnibus & singulis excessibus,delictis, criminibus. & peccatis,ac excommunicationis,suspẽsionis,& interdicti,aliisque Ecclesiasticis sententiis,censuris,& pœnis,quauis occasione vel causa generaliter vel specialiter latis,etiã ab omni labe simoniæ,ac singulis præfatæ Sedi reseruatis, semel in vita, & etiam in mortis articulo plenariè,in aliis verò non reseruatis toties quoties opportunum fuerit,absoluere & pœnitentiam salutarem eis iniungere possit & valeat, indulgemus.] B. Sedes Apostolic. 13.apud Cherub.§.11.& inter Bullas impressas cum eorum Statutis Romæ, anno 1573.fuitque data, vt expressiùs confirmaretur alia quæ ibidem habetur data anno 1473. & incipit, Pia vota Fidelium.

21 *Ab extraneis non datur.*

Idem eodem anno Carmelitis idem & iisdem verbis concessit quod suprà num.3. in Mari magno Carmel.§.97.

22 *In forma confessionalis,semel in vita,& ab omnibus in morte.*

Idem anno 1479. [Prædicatorum & Minorum Ordinum Professoribus, qui nunc sunt, & pro tempore perpetuò erunt,vt Confessor idoneus eorumdem Ordinum,quem quilibet pro se de sui Superioris licentia duxerit eligendũ,eorumdem cõfessione diligenter auditâ,pro commissis per eos excessibus & peccatis semel in vita, in forma cõfessionalis per nos editâ,in mortis verò articulo plenariam absolutionem, & peccatorum huiusmodi remissionem impẽdere valeant, etiamsi ante factam eorumdem Ordinum professionẽ eos decedere contingeret,indulgemus.] B.Sacri Prædicatorũ, 19.apud Cherub. 2. apud Confettium, 4.apud Peyrinis, 20. apud Roderic.vbi dicitur haberi originaliter in

conuentu

conuentu Salmant. Extat & in Spec. Min. tract. 2. folio 67. & apud Vvad. in Annal. tom. 7. an. 1479 num. 6. pag. 63. Vocatur Bulla Aurea.

23 *Pro existentibus extra Conuentum.*

Idem eodem anno, Prædicatorum Prælatis [Vt Fratres, vestrâ, vel aliorum Prælatorum & suorum qui pro tempore erunt, licentiâ, solummodò tamen cum itineraverint, vel fuerint extra Conuentus eorum, provt eis concedetis, confiteri possint, & vos quomodocunque Sacerdotibus cuiuscunque secularibus, vel regularis Ordinis, confiteri valeatis, indulgemus.] B Supplicari, 5. apud Confettium, 6. apud Peyrinis, 30 apud Rodricum. Et in Speculo Minorum, tractatu 2. fol. 50.

24 *Absolui nõ possunt à reseruatis Ministris. absque eorum licentia.*

Idem eodem anno, Vicario Generali Minorum de Obseruãtiâ. [Volumus quòd Fratres tuę curæ subiecti, in casibus reseruatis Ministris, non possint nisi de tua, aut Vicariorum Prouincialium licentiâ absolui Litteris nostis sub quacunque verborum forma eisdem Ministris & Fratribus concessis, cæterisque in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscunque.] B. Paulus apud Wad. in Annal. tom. 7. anno 1479. num. 4. pag. 62. ex Originali. Et B Pro nostra, 23 apud Rodericum. Et in Speculo Minor. tract. 1. fol. 33.

25 *Ab omnibus semel in vita & in morte oũ dispensatione.*

Idem Minoribus de Obseruantia concessit, tam Professis, quàm Nouitiis, qui tamen habent propositum profitendi, necnon Sororibus S. Claræ & Tertiariis vtriusque sexus, & famulis, & Seruitoribus omnium prædictorum, quòd quilibet eorum possit eligere Confessorem de familia, qui auditâ eius confessione pœnitentiâ salutarĕ ei iniungendo absoluat eum ab omnibus

bus criminibus, excessibus, & censuris Ecclesiasticis; & dispenset cum eo in omnibus irregularitatibus, si quas forte contraxerit (homicidio voluntario & mutilatione membri semper exceptis) & ei remissionem generalem & plenariam omnium peccatorum impartiri valeat. Et hoc idem possit in articulo mortis. Viuæ vocis oreuulum 34. apud Rodericum. Et in Spec. Min. fol. 42.

26 *Bullâ Cruciata vti non possunt absque consensu Prælatorum.*

Innocentius VIII. anno 1485. Vicario Generali Minorum. Declaramus, Fratres tuæ curæ subiectos non posse nec debere vigore dictæ indulgentiæ (scilicet Bullæ Cruciatæ) eligere Confessores, nisi de consensu & beneplacito suorum Prælatorum, Vicariorum videlicet siue Prouincialium, siue Generalium; & quæcunque alia absolutio quoad dictos Fratres, irrita sit & inanis.] B. Curasti, in spec. Min. tract. 1. fol. 35. Et apud Vvad. in Annal. tom. 7. an. 1485. n. 3. pag. 185.

27 *Idem.*

Idem anno 1489. pro Prædicatoribus, idipsum constituit. Viuæ vocis oraculum, cui apud Rodericum attestatur Petrus Cardinalis de Fox.

28. *Ab omnibus semel in vita & in morte.*

Idem anno 1487. Seruitis. [Dicti Ordinis Professoribus præsentibus & futuris concedimus, vt Confessor idoneus dicti Ordinis, quem ipsorum quilibet pro se duxerit eligendum, eorumdem confessione diligenter auditâ, pro commissis per eo excessibus & peccatis, etiamsi talia forent, propter quæ Sedes Apostolica esset meritò consulenda, semel in vita, & semel in mortis articulo plenariam absolutionem, & peccatorum huiusmodi remissionẽ etiamsi ante factam dicti Ordinis professionem eos decedere

dere contingeret, valeat concedere.]In eorum Mari magno,§. 53.

29 *Bullæ Cruciatæ vti non possunt sine consensu Prælat.*

Idem anno 1491. Eremitis Sancti Augustini idem statuit quod num. 26. B. Pia desideria,4. apud Rodericum.

Alexander VI. anno 1498. idipsum pro Cistercienſibus. B. Romanus Pontifex,14 apud Rodericum.

30 *Idem.*

Idem anno 1501. Vicario Generali Minorũ de Obseruantia.[Decernimus Vicarium Generalem,aut Prouincialem, vel Guardianos, pro tempore existentes, casus de occultis inter Religiosos dicti Ordinis vestri,sibi posse reseruare, & post reseruationem huiusmodi nullum dicti Ordinis inferiorem ab eis absoluere posse,&,si absoluat,nullam esse absolutionem,& incidere in pœnam absoluentiũ à casibus non concessis: Nec Ministrum Generalẽ dicti Ordinis absoluere,nec licentiam concedere posse absoluendi ab huiusmodi casibus sic reseruatis per Prælatos familiæ vestræ.]B. Intelleximus, 3.apud Confettium,4.apud Rodericum.

31 *Prælati possunt reseruare casus, à quibus, &c.*

32 *Ab extraneis non datur.*

Iulius II. anno 1506. Minimis idem statuit quod supra numero 3.In eorum Mari magno, §.22.

33 *Semel in vita & in articulo mortis, ab omnibus cũ indulgentia.*

Idem anno 1507.Eremitis Sancti Augustini. [Ipsis Fratribus nunc & pro tempore existentibus, Confessorẽ idoneum regularem dicti Ordinis Fratrum Eremitarum,quem ipsi Fratres & eorum quilibet de licentia Superioris sui duxerit eligendũ, qui ipsos Fratres & eorum quemlibet ab eorum excessibus & delictis absoluere, & eis pro commissis pœnitentiam salutarẽ iniungere,ac semel in vita, & in mortis articulo plenariam

plenariam omnium peccatorum suorum remissionem elargiri possit, auctoritate Apostolicâ concedimus & indulgemus.] B. Dum fructus vberes, 19. apud Rodericum, & 2. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, numero 2.

34 *Confessionalibus vti non possunt sine consensu Generalis.*

Idem anno 1509. Generali Prædicatorum. [Nolumus personas Ordinis eiusdem, confessionalibus vel indulgentiæ litteris, etiam per Sanctam Sedem emissis vel emittendis (nisi consensu tuo accedente, & eo durante) gaudere posse.] B. Considerantes, 1. apud Confettium, 13. apud Peyrinis, 16. apud Roder.

35 *A Papalibus semel in vita, ab aliis semel in anno.*

Leo X. anno 1516. Fratribus B. Mariæ de Mercede confirmat, quod à Iulio II. iam fuerat concessum. [Quòd confessor secularis, vel regularis, quem Confraternitatis eiusdem Beatæ Mariæ canonicè institutæ vtriusque sexus Cõfratres pro tempore existentes, & eorum quiliber cuiuscunque dignitatis, gradus, Ordinis, & conditionis forent, ducerent eligendum, ipsos ab omnibus & singulis eorũ excessibus, peccatis, criminibus, & delictis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis casibus semel in vita, in aliis verò semel singulis annis, absoluere, quemadmodũ Confratribus Confraternitatis Ordinis Sãctissimæ Trinitatis ab eadem erat Sede cõcessum, absoluere, eisque pro commissis pœnitentiam salutarẽ iniungere posset. Et quod Generalis Magister & Fratres prædicti, ac eorum quilibet omnibus & singulis gratiis, cõcessionibus, &c. quibus Confratres huiusmodi pro tempore existentes vtebantur & gaudebant, ac vti & gaudere possint quomodolibet in futurũ

vterentur

vterentur & gauderent.]B.Dum grata Deo, in appendice Bullarij Romani impressi Lugduni.

36 *Bullâ Cruciatæ, &c. vti non possunt.*

Idem an.1519.pro Minoritis & Monialib.ac Tertiariis,eis subditis,statuit quod suprà n. 26. de Bulla cruciatæ & quibuslibet similibus.Imò & sub grauissimis pœnis prohibet Cõmissariis ne eas ipsis concedant, siue dictorum Prælatorum licentia.B.Non sine meritis, 24. apud Rodericum.

37 *Idem.*

Idem instante & testante Cardinali Laurentio,anno 1516. Minoritis idipsum statuit. Viuæ vocis oraculum 20.apud Rodericum.

38 *Quater in anno absolui ab omnibus, & dispensari in votis, &c. cum indulgentia.*

Ibidem num. 64.eodem iustante ac testante, anno 1515. [Concessit omnibus Monialibus Monasteriorum Sanctæ Claræ, & Ancillarum Beatæ Mariæ Virginis,in Ordine nunc existentium,& pro tempore aggregandarum, vt quater in anno possint se à Superioribus,siue Confessoribus, aut aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum per Superiores ipsos deputatis, siue ab ipsis Monialibus pro earum speciali deuotione requisitis, facere absolui ab omnibus peccatis suis, qualitercunque commissis. Item absolui,(id est, dispensari)ab omnibus & singulis votis, exceptis substantialibus emissis in eatum professione,quæ solent fœmineâ leuitate,pro aliqua minima necessitate emitti, sicut de dicendo alia officia ab ordinariè statutis,aut de ieiunando, aut alia huiusmodi, &c. Ita tamen quòd nulli ipsarum hæc talis gratia suffragetur,si confisæ de ipsa aliquid attentarent cõmittere, quod oculis diuinæ Maiestatis earum violando professionem offenderet, &c. Insuper placuit sibi concedere facultatẽ Confessio-

nes earum de licentia Prælatorum audientibus, quòd illa plenitudine eas absoluant, & illi statui innocentiæ restituant, quomodò Sanctitas sua faceret, si ipsamet in confessione auscultaret peccata.] Viuæ vocis oraculum 64. apud Rodericum.

Clemens VII. anno 1533. Theatinis. [Vt vos, inter vos, mutuas, seu etiam alij Sacerdotes seculares, vel regulares, à vobis de Superiorum vestrorum, aut Sedis Apostolicæ licentia, ad hoc pro tempore eligendi, vestras, ac vos eorum confessiones audientes in absolutionibus hac formâ vti possitis, & illi possint; videlicet post Misereatur, &c. & Indulgentiam, &c. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego authoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, mihi concessâ, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, suspensionis, & interdicti, & dispenso tecum in omni irregularitate, quam quomodocunque incurristi, & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, vnioníque & participationi Fidelium, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-Sancti. Amen. Iterum eadem authoritate, &c. concedimus. Et vt dictâ formâ in absolutionibus, nõ solùm cum Sacerdotibus, sed etiam cum aliis Clericis, & laicis vestræ Congregationis pro tempore existentibus, vobis pro tempore confitentibus, vti possitis, extendimus.] B. Dudum pro parte, 38. apud Cherub. 59 *Ampliſſima forma absolutionis & dispensationis.*

Paulus III. anno 1535. Clericis Regularibus Sancti Pauli. [Quòd vos inter vos mutuas, seu 40 *Alia forma restrictior.*

seu etiam alij Sacardotes seculares vel regulares, à vobis de Superiorum vestrorum licentia ad hoc pro tempore eligendi, vestras, ac vos dum illi Confessores vestri fuerint eorum confessiones audientes, in absolutionibus, congruâ tamen satisfactione præmissâ, faciendis sic inter vos hac forma uti possitis, & illi possint; videlicet, post Misereatur, &c. & Indulgentiam, &c. Dominus Iesus-Christus te absoluat, & ego authoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli mihi commissâ, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, suspensionis, & interdicti, præterquam Apostolicâ authoritate latæ, vel lati, necnon ab omni irregularitate, præterquam occasione homicidij, aut ex causâ à beneficiis Ecclesiasticis quocunque modo dependente, & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, vnionique & participationi Fideliũ, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-Sancti, Amen. Iterum authoritate Apostolicâ, &c.] B. Dudum fœlicis, 5. apud Cherub.

41. *A Conseruatoribus nõ possunt absolui.*

Idem anno 1542. pro Eremitis Sancti Augustini. [Vniuersis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, eorúmque Vicariis in spiritualibus Generalibus, necnon Abbatibus, & Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, aliisque personis in dignitate Ecclesiastica, & vbilibet constitutis, in Conseruatores domorum, & locorum, ac Fratrum, & personarum earundem deputatis; ne prætextu deputationis huiusmodi (si aliàs super hoc sufficienti authoritate suffulti non fuerint) eosdem Fratres

&

& personas ab excommunicationis, aliisque sententiis, censuris, & pœnis, in eos per dictos eorum Superiores latis & inflictis absoluere; Fratres verò & personæ ipsæ huiusmodi absolutiones ab eisdem Conseruatoribus petere, vel extorquere, & extortis vti, & seu se tueri præsumant; sub interdicti ingressus Ecclesiæ, quoad Pontificali dignitate præditos; quò verò ad alios, excommunicationis & interdicti pœnis, districtiùs inhibemus. Decernentes absolutiones per eosdem Conseruatores contra præsentium tenorem fiendas, nullas & inualidas, nulliúsque roboris, vel momenti fore, ipsisque Fratribus & personis nullatenus suffragari, &c.] B. Pontificalis, 4. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ num. 4.

42. *Ab omnibus reseruatis, nisi in Bulla Cœna. 1. die Luna 40. Item ab irregularitate.*

Idem anno 1545. Generali, Abbatibus, Prioribus, & Præsidentibus, ac eorum Vicariis, Benedictinorum Congr. Vallisoleti. [Quòd de cætero perpetuis fututis temporibus singulis annis prima die Lunæ quadragesimæ, omnes & singulas vtriusque sexus personas, Ordinis & Congregationis prædictorum religiosas, ac eidem ordini & Congregationi oblatas seu donatas, necnon Eremitas sub cura vestra existentes, intra septa vestrorum seu ipsorum pro tempore absoluendorum Monasteriorum seu aliorum regularium locorum, ab omnibus & singulis eorum peccatis, sententiis, censuris, & pœnis per eos pro tempore quomodolibet incursis, etiam in casibus dictæ Sedi quomodolibet reseruatis, exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi, absol-

uere,& cum eis super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore quauis occasione vel causa contractis dispensare, valeatis, concedimus.] B. Exponi nobis,10.apud Rodericum.

43 *Non datur ab extraneis.*

Idem ann.1549.Societati Iesv statuit quod suprà num.3. B. Licet debitum,48.apud Cherub.8.apud Roder.

44 *A Bulla Cœnæ, &c. casibus & irregularitate.*

Iulius III.anno 1554. [Cassinensi Congregationi ac illius Abbatibus & Prælatis,& cuilibet ipsorum, omnes Monachos, tam nunc professos Cõgregationis prædictæ,quam professendos,ac habitum eiusdem Ordinis suscipere volentes. & in ea perseuerantes, aliósque commissos & oblatos,qui ex quacunque causa irregularitatem, seu aliam pœnam, & crimen etiam ob homicidium voluntarium, aut aliud delictum, etiam de comprehensis in literis Cœnæ Domini, per ipsos, seu aliquem ipsorum commissa, perpetrata, & appensata quomodolibet incurrerint, eadem irregularitate, & aliis, & in præmissis omnibus & singulis, facultatem absoluendi concessit & indulsit. Quæ quidē absolutio valeat & efficax sit,modò permaneant vsque ad mortem in habitu & professione prædicta.] Viuæ vocis oracultum factum Cardinali Morono & per eumdem sub suo sigillo suóque & sui Secretarij chirographo attestatum; quod locum tenet Constitutionis 172. in Bullario Cassinensi.

45 *Confessionalib. vti non possunt sine licentia generalis Abbatis.*

Idem anno 1555. pro Benedictinis Congr. Vallisoleti statuit idem quod suprà numer.34. B.Suader,5. apud Roder.

46 *Idem.*

Pius IV.anno 1560. (post Paulum IV. anno 1548.)

1548.)pro Fratribus & Sororibus Ordinis Minorum, statuit eos non posse pro confessionibus suis faciendis, vti Bulla Cruciatæ, vel confessionalibus, absque licentia Generalis, vel Prouincialis. B. Exponi nobis, 1. apud Rodericum.

47 *Confessores ab Episcopis non examinentur.*

Pius V. anno 1567. [Confessores verò Monialium, quæ degunt sub cura Regularium ab Ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiam Fratres si debeant audire confessiones aliorum Fratrum examinari debent.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in Arch. Conuentus Carmel. Rhedonensis.

48 *Ab omnibus casibus & censuris reseruatis, cum dispensatione, &c.*

Idem anno 1571. [Omnibus & singulis modernis & pro tempore existentibus Abbatibus & Prælatis Congregationis Cassinensis, Ordinis Sancti Benedicti, quoscunque illius pro tempore existentes Monachos, Conuersos, Commissos, & Oblatos, & tam Professos quàm Nouitios, in ea tamen perseuerantes, à quibusvis criminibus, reatibus, culpis, censuris & pœnis, per eos & eorum quemlibet, tam ante, quàm post illorum in Congregationem huiusmodi, ac Monasteria sub illius obedientia existentia ingressum, seu professionem regularem ibidem per eos emissam, ex quauis causa, & ob quemuis excessum & delictum, publicum vel occultum, casu, seu datâ operâ quomodolibet ab eis & singulis, etiamsi homicidium voluntarium, seu membri mutilatio, nõ tamen post ingressum huiusmodi, pro tem-

pore subsecutum, seu subsecuta fuerit, incursis, & in futurum incurrendis, etiamsi de casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, vel de comprehensis in Bulla quæ die Cœnæ Domini singulis annis legi consueuit, fuerint, plenariè toties quoties opus fuerit, iniunctâ sibi pro modo culpæ pœnitentiâ salutari, quoad reatum homicidij tantùm; in foro conscientiæ tantùm absoluendi & liberandi, ac in pristinũ & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant & fuerant, statum reintegrandi, omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam inde quomodolibet insurgentem, ab eis & eorum quolibet prorsus abolendi, secúmque quòd præmissis nonobstantibus non promoti ad omnes etiam sacros & Presbyteratus Ordines promoueri, atque Monasteriis eiusdem Congregationis in Abbates, Priores, & Prælatos præfici, necnon ad quascunque alias dictæ Congregationis Prælaturas eligi & assumi, minúsque benedictionis suscipere, & tam illi, quàm qui iam ante vel post præmissa, sint vel fuerint promoti, præfecti & electi, etiamsi munus benedictionis huiusmodi scienter susceperint, irregularitatibus, inhabilitatibus, reatibus, censuris, & pœnis huiusmodi, vel aliis quibuscunque irretiti & innodati, scienter Missas & alia diuina Officia celebrassent, simúlque seu aliàs munere benedictionis huiusmodi quomodolibet vsi fuissẽt, in Altaris ministerio ministrare, & dicto munere vti, necnon omnes & quascunque Prælaturas, obedientias, administrationes, & officia, Ordinis & Congregationis

gregationis huiusmodi retinere, recipere, gerere, & exercere, liberè & licitè possint & valeant, nullámque de præmissis in quibusvis privilegiis, facultatibus, dispensationibus & concessionibus, etiam gratiam vel iustitiam, seu mixtim concernentibus, etiam per Sedem Apostolicam sibi pro tempore concessis, mentionem facere teneantur, misericorditer in Domino dispensandi, licentiam & facultatem liberam, Apostolicâ authoritate tenore præsentium perpetuò concedimus & elargimur.] B. Dum ad Congregationem, 129. apud Cherub.

49. *Vti non possunt Bullæ Cruciatæ.*

Idem anno eodem, pro Fratribus & Sororibus Ordinis S. Dominici, idem statuit quod suprà num. 26. B. Romani Pontificis, 132. apud Cherub. 10. apud Tonset. 13. apud Roder. 10. apud Peyrinis.

50. *Communicatio capitis,* Liceat.

Ibidem Prioribus Conuentualibus & Superioribus Prælatis dat eandem facultatem in sibi subditos, quæ Episcopis in sibi subiectos datur à Tridentino sess. 24. cap. 6. de reformat.

51. *Generalis absolvit ab omnibus Papæ reservatis.*

Gregorius XIII. anno 1573. Ministro Generali Minorum de Obseruantia, confirmat iam à Pio V. concessam authoritatem absoluendi Fratres & Sorores illius curæ commissos ab omnibus casibus suæ Sanctitati reseruatis. Viuæ vocis oraculum, cum attestatione, ex authoritate sibi per Papam attributa, Cardinalis Vrbin. Protectoris eiusdem Ordinis, apud Rodericum.

52. *Confessionalib. quomodo vtendum.*

Idem anno 1575. Societati IESV. [Non esse, nec fore vnquam mentis nostræ, aut Sedis Apostolicæ, vt personæ Societatis absque

expressa Superiorum eiusdem Societatis licẽtia, vtantur facultatibus, quæ in Iubilæis, Bullis Cruciatæ, Confessionalibus, aut aliis quibusvis Apostolicis indultis, siue Communitatibus, siue priuatis personis, siue piis locis, aut quomodocunque aliter hactenus cõcessæ sunt, aut in posterum concedentur, etiamsi in illis expressè indulgeatur, vt omnes Regulares, etiam Mendicantes, huiusmodi facultatibus vti possint. Si quando autem vsus aliquarum ex præfatis facultatibus, personis ex dicta Societate ab eiusdem Societatis Superioribus concedetur, vt nulli earum liceat, nisi intra numerum eorum, qui ad confessiones personarum eiusdem Domus aut Collegij audiendas deputati sunt, Confessarium eligere, nisi ratione itineris, aut alia de causa, ab eisdem Superioribus, aliis Confessariis, intra aut extra Societatem confitendi facultas ad id specialiter daretur; Apostolicâ authoritate, tenore præsentium, perpetuò declaramus, statuimus, & ordinamus; secúsque facta, irrita & inania fore decernimus.] B. Decet Romanum, in Literis Apostolicis Societatis, pag. 246. Et huic priuilegio ex clausulis literarum Bullæ Cruciatæ nullatenus derogari declarauit Clem. VIII. anno 1595. B. Romanus, in Literis Apostolicis Societatis, pag. 297.

53 *Ab hæresi & relapsu in hæresim.*

Idem anno 1584. Pro Societate Iesv. Absoluendi ab hæresi & à relapsu etiam in hæresim, eos omnes qui sub Societatis obedientia viuunt, etiam in Hispania, facultatem concessit. In Viuæ vocis oraculis Societatis, pag 133:

Vt

Vt refertur in Compendio, verbo Absolutio, §. 7.

Gregorius XIV. anno 1591. Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium infirmis. [Pro tempore existenti Præfecto Generali, vt per se vel alium seu alios, ad id per eum pro tempore deputatum seu deputatos, omnes & singulos eiusdem Congregationis Socios, & personas sub eius obedientia, disciplina, & correctione pro tempore degentes, ab omnibus & singulis eorum peccatis, ante vel post ingressum in dictam Congregationem per eos commissis, necnon à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis, & secularibus sententiis, censuris, & pœnis, & iure vel ab homine, non tamen nominatim, quomodolibet lapsis & promulgatis, & huiusmodi sententiis innodatos, aut in locis Ecclesiastico interdicto suppositis diuina Officia celebrantes, & suscipientes, & censuris huiusmodi sic ligatos, & propterea aut aliàs ex quocunque capite vel causa, præterquàm homicidij voluntarij, bigamiæ, ac membrorum mutilationum, irreguritatem incurrentes; Apostolicâ authoritate in foro conscientiæ tantùm absoluere, necnon cum eis, si opus fuerit, etiam cum rehabiliatione & absterſione inhabilitatis & infamiæ maculæ dispensare, valeant concedimus. Ita tamen quòd, sic absoluti & dispensati pro tempore, si ab huiusmodi Cógregatione quandocunque egrediantur, eo ipso in pristinas sententias & censuras, à quibus eos absolui contigerit, relabantur.

54 *Ab omnibus peccatis & censuris, non tamen nominatim laus.*

Dispensare in irregular. &c.

labantur.] B. Illius qui, 17. apud Cherubin.

55. *Qui casus reseruari possunt.*

Clemens VIII. anno 1593. Decreuit, [Vt nemo ex Regularium Superioribus, peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis iis quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint. 1. Veneficia, Incantationes, Sortilegia. 2. Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eò peruenerit, vt extra septa Monasterij seu Conuentus fiat egressio. 3. Nocturna ac furtiua è Monasterio seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta. 4. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 5. Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo. 6. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto. 7. Falsificatio manus aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus. 8. Furtum de rebus Monasterij, aut Conuentus, in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. 9. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. 10. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ. 11. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores. Si quod aliud præterea peccatum graue, pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate, reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia maturâ discussione & consensu. Non liceat Superioribus

Superior nõ audit confessiones subdit.

rioribus Regularium, confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi spõte ac proprio motu id ab eis petierint. Superiores in singulis Domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numerõ maiori vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio cõmittatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit. Tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueãt diligentissimè ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur. Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis, à Confessariis imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint. Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit. Non obstantibus, &c. Sanctitas sua deinceps declarauit, & declarat, vt si huiusmodi Regularium Confessariis casus alicuius reseruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarij illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtentâ à Superiore facultate, absoluere.] Imprimitur communiter in fine Constitutionum Carmelitarum.

Confessarij deputandi.

Confessione non vtendum ad, &c.

Absoluendi facultas petita sufficit.

Idem anno 1599. [Concessionem sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium. 56. *Vti non*

possunt Bulla Cruciatæ & aliis indultis pro confessione.

rium, quantùm ad articulum eligendi Confessorem, & absoluendi à casibus reseruatis, cum Fratribus & Sororibus Monialibus Ordinis prædicti (scilicet Carmelitarum) ac aliorum quorumcunque Ordinum, & Congregationum cuiusvis instituti Mendicantium & non Mendicantium, tam Prouinciæ Hispaniæ quàm extra eam vbilibet, locum minimè habere, neque censeri, sed nostræ intentionis existere, quòd iidem Fratres & Moniales, quantùm ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint, Apostolicâ authoritate, tenore præsentium perpetuò declaramus. Eisdem tamen Prælatis; vt in vsu huiusmodi potestatis se cum subditis benignos & faciles exhibeant, præcipimus & mandamus.] B. Romani, 9. apud Rodericum, 64. apud Cherubinum.

57 *Reseruatio quoad Nouitios.*

Paulus V. anno 1609. Viuæ vocis oraculo facto Cardinali Bandino, concessit quòd Superiores Fulienſium possent, etiam quoad Nouitios, reseruare casus supra designaros à Clemente VIII. Refertur in Compendio Fulienſium, verbo casuum reseruatio, §. 2.

58 *Vti non possunt Cruciatâ, &c.*

Vrbanus VIII. anno 1630. Constitutionem Clementis VIII. de qua numero 56. renouat, & extendit ad Religiosos Ordinis Prædicatorum & aliorum quorumcunque Mendicantium & non Mendicantium vbicunque. B. In specula, 106. apud Cherubinum, 8. apud Peyrinis in suis additamentis tomi 3.

ÆDIFI

ÆDIFICARE.

Vide verbo *Exemptio*, num. 4. 6. 10. 12. 15. 18. 22. 29. 43. 52. *Loca Fratrum*, num. 1.

CLEMENS IV. anno 1265. Minoritis. [Inhibemus quòd nulli liceat amodò de Prædicatorum, pœnitentiæ Iesu Christi, B. Mariæ de Monte Carmelo, Eremitarum Sancti Augustini, Sanctæ Claræ, aliisque Ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de prædictis, seu quibuscunque aliis Ordinibus, aliquod Monasterium, Ecclesiam, vel Oratorium ædificare, seu construere; nulli quoque seculari vel religioso cuiuscunque professionis, Ecclesiam, vel Monasterium, seu Oratorium iam ædificatum in aliquem transferre, de Ordinibus memoratis; infrà spatium 300 cannarum à vestris Ecclesiis, mensurandarum per aërem etiam, vbi aliàs rectè mensurati loci dispositio non permittit. Præterea statuimus, vt quidquid contra huiusmodi ordinationis & inhibitionis nostræ tenorem, ex tunc in anteà ædificatum fuerit diruatur. Et ne de notitia Ordinum, & quantitate cannarum huiusmodi aliqua possit dubitatio exoriri, illos Ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex Regula, vel Constitutionibus suis, extra septa Ecclesiarum Monasteriorum suorum, vel Officinarum eorum, & clausuram ipsarum, nullas debent possessiones

1 *Prohibitio intra 300. cannas.*

sessiones habere. Quòd si aliquis de Ordinibus ipsis possessiones in aliquibus membris suis habere, in aliis verò non habere noscatur, eum quoad ordinationem, inhibitionem, & statutum huiusmodi, prædictis Ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus. Et quælibet cannarum ipsarum, octo palmorum longitudinem continere.] B. Ad consequendam, 7. apud Cherubinum & Rodericum, 2. apud Confettium, 12. apud Wad. in reg. tom. 2. & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 13.

2 *Præfaci spatij restrictio.*

Idem anno 1268. Primùm Minoritis, deinde Prædicatoribus. [Huiusmodi spatium restringentes, ipsum ad 140. cannas duximus reducendum.] B. Quia plerumque, (pro Minoribus) 25. apud Wad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vatic. ep. 30. Et pro Prædicatoribus, 3. apud Confettium, & in Speculo Minorum tract. 1. fol. 12.

3 *Idem.*

Bonifacius VIII anno 1295. Eremitis Sancti Augustini, intra 140. cannas, idem concessit quod supra num. 1. B. Ad consequendam, 2. apud Cherubinum, 7. apud Rodericum, & 7. in eorum Bullario, ex originali, in Ordinis Archiuo Romæ, num. 7. Et anno 1296. in fauorem Minorum dedit literas executorias Concessionis prædictæ, num. 1. Clementis IV. vt restrictæ num. 2. ad 140. cannas B. Sua nobis, 25. apud Wad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. ep. 597. Idipsum quoque infra 140. cannas, concessit Carmelitis Clemens V. anno 1308. B. Statum religionis vestræ, in Mari magno Carmelitarum, §. 25. Et ibidem à Sixto IV. extenditur

extenditur, vt dicitur infrà num. 6. Idipsum etiam Bonifacius IX. in fauorem Prædicatorum, B.Sacræ Religionis, 1. apud Confettium.

Ioannes XXIII. anno 1412. Seruitis. [Vobis & Successoribus vestris, qui erũt pro tempore, quascunque Domos & loca, ad hoc tamen congrua & honesta, quæ in quibusvis Regnis, Prouinciis, ac terris, vobis & eisdem Successoribus largitione Christi Fidelium concedi, aut largiri canonicè contigerit (dote secundùm ipsius Ordinis institutionem pro Domibus & locis ipsis concedendis primitùs assignatâ) recipere, necnon apud illa de nouo fundandi, ædificandi, seu construendi Ecclesias, campanilia cum campanis, cæmeteriis, domibus, hortis, hortalitiis, & aliis necessariis officinis, &c. quacunque Sedis Apostolicæ constitutione contrariâ non obstante, ac etiam Diœcesanorum locorum, & quorumlibet aliorum licentiâ vel consensu super hoc minimè requisitis, &c. largimur licentiam.] B. Sacer ordo vester, in Mari magno Seru. num. 20. 4 *Sine consensu Episcoporum, &c.*

Martinus V. anno 1423. iisdem idem prorsus, & iisdem verbis concessit. B. Sacer ordo vester, ibidem num. 24. 5 *Idem.*

Sixtus IV. anno 1476. Carmelitis. [Vt quieti eorundem Fratrum dicti Ordinis vberiùs consulatur, Constitutionem fœlicis recordationis Clementis Papæ V. etiam prædecessoris nostri super Domibus professorum Mendicantium propè Domos aliorum Ordinum Mendicantiũ professorum intra spatium 140. cannarum, de nouo non recipiendis, ad omnes alios Religiosos 6 *Priuilegium 140. cannarum extenditur contra omnes Religiosos & Ecclesiasticas personas; & ex-*

communicationis pœna ponitur infringenti.

Religiosos aliorum Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium vtriusque sexus, & quascunque alias Ecclesiasticas personas, propè Domos Fratrum dicti Ordinis de Monte Carmeli, nouas Ecclesias & loca construere, vel aliàs de nouo recipere & habere volentes extendimus: ita vt nulli eorum infra prædictum spatium 140. cannarum, etiam per aërem mensurandarum, vbi aliàs commodè per terram mensurari non possent, ædificare de nouo, seu construere, aut ædificata seu constructa de nouo recipere aut inhabitare, iuxta loca prædictorum Fratrum de Monte Carmeli præsumant. Si quis verò cuiusvis conditionis, status, aut dignitatis fuerit, qui contra prædicti Clementis prædecessoris Constitutionem, & nostram ampliationem venire aut agere præsumpserit, tam ipsi, quàm auxilium vel fauorem præstantes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, quam ferimus in his scriptis, & nihilominus cuncta & singula ab eis facta pro infectis habeantur.] In Mari magno Carmel. §. 79.

7 Quacunque loca recipere, nonobstante, &c.

Ibidem §. 103. [Quia ex concessione præfati Vrbani IV. prædecessoris nostri, si qui Christi Fideles aliqua loca ad se spectantia, quæ feudalia seu censualia non existant, eis contulerint pietatis intuitu, liceat eis de licentia Diœcesanorum, illa susscipere, & in eorum singulis Ecclesiam vel Oratorium construere, deuotioni ac petitioni eorum non plenè videtur satisfactum; concessionem prædictam ad alia quæcunque loca, Domos, & Ecclesias, etiam

etiã Parochiales, motu, scientia, & authoritate prædictis extendimus, ac concessionem ipsam effectum sortiri volumus: non obstãte Constitutione fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri prohibente, ne cuiusuis Ordinum Mendicantium Fratres ad habitandum noua loca recipere, vel recepta mutare præsumant, sine dictæ Sedis licentia speciali faciente specialem & expressam de prohibitione huiusmodi mentionem.]

8 *Priuilegiũ 140. cannarum.*

Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis. [Prohibemus, ne aliqui Sancti Benedicti, vel aliorum non Mendicantium Monachi seu Canonici, aut quorumcunque Mendicantium reliquorum Ordinum Fratres, eorum Domos, Ecclesias, Oratioria, siue loca quæcunque, iuxta Domos, Ecclesias, & Oratoria, vel loca eorumdem Fratrum Seruorum, nisi vltra spatium 140. cãnarum per aërem mensurandarum accipere, vel de nouo fundare, aut ædificare, nec fundata vel ædificata recipere, audeant.] In eorum Mari magno, §. 58.

9 *Priuilegiũ 300. cannarum.*

Iulius II. anno 1509. Minoritis de nouo concedit priuilegium 300. cannarum, vt suprà num. 1. B. Exponi, 21. apud Cherub. 2. apud Confettium, 10. apud Rodericum, vbi dicitur haberi authentica in Conuentu Salmant.

10 *Derogatur priuilegio cannarum.*

Idem eodem anno Minimis concessit licentiam recipiendi, ædificandi, & habitandi Domos, etiamsi fuerint infra spatium 140. cannarum à Domibus quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium. B. Piis & honestis. 7. apud Peyrinis.

Recipere loca quacunque.

Idem anno 1512. Canonicis Reg. Sancti Augustini Congr. S. Saluat. concedit quod num. 7. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 44.

12 *Priuilegium 300. cannatum.*

Clemens VII. anno 1530. Eremitis Sancti Augustini concedit quod suprà num. 9. in specie, præter generalem communicationem cæterorum priuilegiorum. B. Romanus Pontifex, 1. in eorũ Bullar. ex orig. in ord. Arch. Romæ, & habetur apud Confett. post Bullã Pauli IV.

13 *Licentia Episcopi gratis detur, &c.*

Pius V. anno 1567. pro omnibus Mendicantibus. [Licentias verò pro construendis Domibus regularibus, quæ 3. cap. sess. 23. (Concil. Trident. de regular.) nisi de Ordinarij licentia construi prohibentur, gratis omninò dari, & nonnisi legitimâ subsistente causâ, Superioribus explicandâ illas recusari posse, decernimus & declaramus.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherubinum, 7. apud Rodericum, & Peyrinis. Et habetur authentica in archiuio Conuentus Carmel. Rhedonens.

14 *Sine licentia Episcopi.*

Idem anno 1571. Prædicatoribus. [Quòd Fratres & Moniales præfati, vbique locorum, nouas Domos, siue Conuentus, & Monasteria, ac Ecclesias dictorum Ordinum, cum claustris, cellulis, refectoriis; dormitoriis, aliisque officiis necessariis, Ordinarij loci, siue cuiusvis alterius licentia, desuper minimè requisitâ, construere, ædificare, erigere, & instituere, nec pariter super his molestari possint, siue debeant, eisdem authoritate & tenore, etiam perpetuò statuimus, &c.] B. Ad hoc nos Deus, 3. apud Confertium, & apud Cherubinum post præmissam 41. §. 12.

Gregorius

Gregorius XIII. anno 1576. cæterorum Ordinum priuilegia cannarum reuocat respectu Religiosorum Societatis IESV, vt isti possint vbique habitare. B. Saluatoris, 39. apud Cherubinum. Sed vice versâ §. 7. dicitur quòd nec isti alios iuxta se, Domos & Monasteria ædificare prohibent.

15 *Derogatur priuilegiis cannarum pro Societate Iesu.*

Clemens VIII. anno 1603. [Declaramus locorum Ordinarios non posse licentiam ad nouos Conuentus, cuiusque Mendicantium Ordinis, in ciuitatibus & locis eorum ordinariæ iurisdictioni subiectis erigendos impertiri, nisi vocatis & auditis aliorũ in eisdem ciuitatibus & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causâ seruatis seruandis cognitâ constiterit in eisdem Ciuitatibus & locis nouos huiusmodi erigendos Conuentus, sine aliorum detrimento commodè sustentari posse. Si verò ab eorum, in huiusmodi causis, sententiis, ad Nos & Apostolicam Sedem prouocari & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tandiu erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quousque à nobis & Apostolica Sede in eadem causa pronuntiatum extiterit, irritum nihilominus & inane decernentes, quicquid secus super his à quoquam, quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attẽtari. Quocirca vniuersis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, per præsentes, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt præ-

16 *Ordinariorum licentia quomodo concedenda.*

sentes nostras Literas obseruent, & obseruari curent & faciant,] B. Quoniam, 19. apud Rodericum, 99. apud Cherubinum.

17 *Nullo requisito consensu, quam Ordinariorum.*

Paulus V. anno 1605. pro Carmelitis Discalceatis derogat Constitutioni Clement. VIII. de qua numero præcedenti, & concedit quòd de sola licentia Ordinariorum, nullo aliorum requisito consensu, possint Monasteria fundare & erigere. B. Ad Ecclesiæ, 10. apud Cherub. 21. in appendice Roderici.

18 *Idem.*

Idem anno 1606. idipsum Capucinis concedit pro Regnis Hispaniarum. B. Ad vberes, 27. apud Cherub.

19 *Idem.*

Idem anno 1608. Fuliensibus idem concedit. B. Ministerio, 51. apud Cherubinum.

20 *Idem.*

Idem anno 1610. Clericis Regularibus Sancti Pauli Decollati, idem concedit. B. Ecclesiæ, 64. apud Cherub.

21 *Idem.*

Gregorius XV. anno 1621. quod habetur num. 18. supra, extendit ad Fratres degentes citra montes. B. Aliàs, 16. apud Cherub.

22 *Ordinariorum licentia quomodo concedenda.*

Idem anno 1622. Viuæ vocis oraculo curauit expediri Decretum à Congregatione Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum, ad quam & Paulus V. rem huiusmodi reiecerat; quo Clementis VIII. constitutio, de qua numero 16. supra, innouatur & in vsum reducitur; & adiicitur insuper: [Quòd de cætero Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cuiuscunque, etiam Mendicantium, Ordinis, Societatis, & Instituti, quocunque nomine nuncupentur, etiamsi de illis particularis, expressa

expressa,& specifica mentio habenda esset, in quacunque Ciuitate,vel Oppido, seu quocunque alio loco non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres,aut Monachi, seu Religiosi inhabitare,ac ex redditibus & consuetis eleemosynis sustentari valeant;ac Priores,seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conuentuum, seu Domorum, aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum,seu Institutorum huiusmodi non solùm in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis, ad id vocati & auditi fuerint,ac tali erectioni consenserint, vel aliàs Ordinariis locorum cõstiterit, Religiosos Monasterij,Conuentus, seu Domus Regularis sic erigendi seu erigendæ, absque detrimento Religiosorum in Monasteriis, seu Domibus anteà in Ciuitatibus seu locis huiusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè & congruè manuteneri & ali posse,&c.]Decretum incipit,Cùm aliàs,& est 31.inter Constitutiones Gregorij XV. apud Cherub.

Vrbanus VIII. anno 1624.reuocat omnes licentias datas noua loca Regularia erigendi, non seruatis decretis Clementis VIII. & Gregorij XV. de quibus numero 16. & 22. suprà. B.Romanus,27.apud Cherubinum, & 3.in additamentis Peyrinis, tomo tertio.

23 *Ordinariorum licentia quomodo danda.*

* *
*

ALIENATIO BONORVM.

1 *Prohibetur sub conditione.*

CLEMENS V. cum generali Concilio Viennensi, circa annum 1311. [Monasteriorum, & aliarum administrationum regularium dispendiis occurrere cupientes, perpetuo prohibemus edicto, ne quis Religiosus, Monasterio, Prioratui, Ecclesiæ, seu administrationi cuiuis præsidens, iura, redditus, aut possessiones eiusdem, alicui ad vitam eius, seu aliud certum tempus, pecuniâ etiam inde receptâ, quouis modo concedat: nisi necessitas, aut vtilitas Monasterij, Prioratus, Ecclesiæ, aut administrationis huiusmodi, hoc deposcat: Conuentus sui, aut, si Conuentum non habeat, Prælati proprij assensu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contra hoc fecerit, pœnam suspensionis ab officio, eo ipso incurrat; nec ex concessione ipsius, recipienti ius aliquod acquiratur. Verùm præmissa ad locationes, vel etiam reddituum, aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas declaramus vllatenus non extendi.] Clem. Monasteriorum, De rebus Eccles. non alienandis.

2 *Conditiones seruandæ.*

Eugenius IV. anno 1436. Benedictinis Congregat. S. Iustinæ, seu Cassinensis. [Ordinamus, quòd quotiescunque huiusmodi Congregationis Prælati, & Conuentus qui pro tempore fuerint, vendere, alienare, permutare, vel in emphyteusim, aut ad annuum censum concedere

cedere voluerint, seu ad longum tempus prædia, possessiones, vineas, olineta, hortos, syluas, nemora, prata, pascua, piscationes, molendina, aquas, aquarum decursus, census, decimas, iura, iurisdictiones, & alia bona immobilia Monasteriorum huiusmodi, quæ nunc sunt, & in futurũ dante Domino erunt dictæ Congregationis, dum tamen singula huiusmodi prædia possessiones, & bona immobilia, quocũque vocabulo censeantur, quantitatem pretij florenorum auri de Camera ducentorum, secundùm cõmunem æstimationem nõ excedant, recursum habeant ad Capitulum, cum celebrari contigerit, aliàs ad Præsidentem, & Visitatores Congregationis huiusmodi. Quod quidem Capitulum & Præsidens vnà cum omnibus Visitatoribus ipsi Præsidenti assistentibus, si conspexerint huiusmodi alienationes, siue concessiones in euidentem vtilitatem prædictorum Monasteriorum cedere, super quo eorum conscientias oneramus, huiusmodi Prælatis & Conuentibus prædicta bona immobilia vendendi, permutandi, alienandi, aut aliter concedendi, vt præfertur, absque eo quòd vendentes, seu ementes recursum habeant ad Sedem eamdem, siue Ordinarios, aut quoscunque alios pro licentia, & authoritate huiusmodi, aut confirmatione obtinendis, seruatis tamen aliis iuris solemnitatibus, licentiam, & authoritatem, Apostolicâ authoritate largiri atque impendere valeant.] B. Licet ex debito, 13. apud Roder.

Facultas alienandi.

Sixtus IV. anno 1476 Canonicis Reg. Sancti Augustini Congreg. Later. [Capitulo generali

Congregationis prædictæ, ac illis pro tempore Rectori maiori, per præsentes impertimur auctoritatem concedendi Præpositis, Abbatibus, Prioribus & Capitulis Ecclesiarum, & Monasteriorum, & locorum suorum huiusmodi, licentiam permutandi, seu alienandi, quoties opus fuerit, quæcunque bona immobilia Congregationis prædictæ, ac illius Monasteriorum, Ecclesiarum, & locorum, pro ipsorum tamen euidenri vtilitate.] B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 26.

4 *Idem.* Idem an. 1483. Carmelitis Gongregationis Mantuanæ. [Dictarum Domorum Prioribus, & Conuentibus, quòd singuli respectiuè dictarum Domorum Priores & Conuentus præcedentibus tractatibus solemnibus & similibus obseruari solitis, terras, possessiones, ac alia bona immobilia ad easdem Domos respectiuè pertinẽtia, ac ab aliis bonis distantia seu minùs vtilia, si hoc in euidentem earum Domorum, quarum bona ipsa extiterint, vtilitatem cedere cognouerint, vendere, & illatum pretium in emptionem aliorum bonorum immobilium pro eisdem Domibus magis vtilium, seu aliis earumdem bonis propinquorum conuertere, seu pro aliis bonis propinquioribus & magis vtilibus liberè & licitè valeant, licentiam elargimur.] B. Sedis Apostolicæ, apud P. Iustinum in Bullario suo manuscripto, ex authentico quod extat in Archiuo Conuentus Aurelianensis Carmel.

Idem. Iulius II. anno 1512. Canonicis Reg. Sancti Augustini Congregationis Sancti Saluatoris, idem

Idem concedit quod num.3. B. Inter cæteros, 30.apud Cherub. §.43.

Leo X. anno 1514. Prædicatorum Generali,& Vicario Congregationis Sancti Marci facultatem dedit,vt sibi in Italia concedere possint quod suprà num.4. accedente assensu maioris partis vocalium Conuentus,& modò valor annuus (si vendentur bona) non excedat pretium centum ducatorum auri de Camera, B,Pro pastorali, 14. apud Confettium. 6 *Idem.*

Idem anno 1516. Visitatoribus Benedictinorum Congregat. Montis Oliueti cõcessit quod suprà num.3.& 5.B.Ex debito. 18. apud Cherubinum. 7 *Idem.*

Idem anno 1519.Minoritis.[Vobis, vt pro emergentibus necessitatibus, & euidentibus vtilitatibus Conuentuum & locorum vestri Ordinis, & Monasteriorum Monialiũm Sanctæ Claræ, necnon Tertij Ordinis Beati Francisci de Pœnitentia nuncupati,in dictis Prouinciis consistentium vendere,alienare,ac permutare quælibet bona immobilia de cõsensu duarum partium Conuentuum, locorum,ac Monasteriorum,quorum dicta bona fuerint; ac de consensu maioris partis eorumdẽ, etiam vltra triennium locare, &c. possitis, concedimus.] B.Cum sæpenumerò, 26. apud Rodericum, 24.apud Peyrinis. 13. apud Confettium. 8 *Alienare & locare vltra triennium.*

Clemens VII. anno 1531. Prædicatorum Generali & Prouinciali Prouinciæ Romanæ concedit vt suprà numero 6.B. Exponi nobis, 3.apud Confettium,5. apud Peyrinis. 9 *Facultas alienandi.*

Gregorius.XIII.anno. 1572. Eremitis Sancti 10

Facultas alienandi &c. & cõditiones.

cti Augustini, & Monialibus eiusdem Ordinis. [Vt ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus liberè & licitè possint & valeant, quæcunque bona stabilia & immobilia, seu quasi stabilia cuiuscunque qualitatis & quantitatis & valoris, & in quocunque loco existentia eorumdem Monasteriorum, Domorum & locorum vendere, alienare & permutare, & etiam in emphyteusim seu ad liuellum, etiam ad longum tempus concedere, & pro pretio, affictu, pactis, modis, & formis hinc inde conueniendis; licentiam & facultatem Apostolicâ authoritate tenore præsentium concedimus. Prouiso tamen quòd fiant pro commoditate vel vtilitate ipsorum Monasteriorum, Domorum & locorum, & quòd consensus duarum partium ex tribus partibus Fratrum vel Monialium illius Monasterij, Domus, vel loci, cuius dicta bona erunt, accedat & interueniat, & quoad concessionem in emphyteusim, dummodò illa non fiat vltra duas generationes vel nominationes. Absque alia à nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, aut Sede Apostolica, vel illius de latere Legatis, seu Nunciis, aut etiam locorum Ordinariis, petendâ vel obtinendâ licentiâ, seu confirmatione; ita tamen quòd loco consensus Sedis Apostolicæ, dilectus filius Prior Generalis dicti Ordinis, nunc & pro tempore existens, re diligenter examinatâ, & euidenter vtili comprobatâ, habeat, prout sibi ex nunc perpetuò concedimus, potestatem ratificandi huiusmodi locationes, conces-

cessiones,

ceſſiones, venditiones, & alienationes ac contractus. Sic vt vbi talis ordo non fuerit ſeruatus, locatio, conceſſio, venditio, & alienatio ac contractus, aliter facta, nulla, & inualida, nulliúſque roboris ac momenti exiſtant; & donec præfatus Prior Generalis modo præfato non ratificauerit, poſſeſſio remaneat & remanere intelligatur penes ipſos Fratres ſeu Moniales dicti Monaſterij ſeu Domus aut loci ſic locantis & alienantis, ac ita in præmiſſis ſic perpetuò declaramus ac decernimus.] B. Dum ad vberes, 1. in eorum Bullario, ex originali in Ord. arch. Romæ, num. 1. & 5. apud Cherubinum, 6. apud Confettium, 9. apud Rodericum.

Idem anno 1576. Carmelitis eadem quæ numero præcedente, & iiſdem verbis conceſſit, & adiicit. [Volumus autem quòd ſi ad alienationem bonorum ſtabilium, ex cauſa maioris vtilitatis, aut aliâ ratione ſuadente deueniendum erit, alienationes bonorum ad Monaſteria & Domos eiuſdem Ordinis ſpectantium, non anteà fiant, quàm cùm reperta fuerint bona, eiſdem Monaſteriis & Domibus vtiliora, in quibus pretium rerum huiuſmodi alienatarum vnico contextu realiter & cum effectu inueſtiatur vel conuertatur, aliàs alienatio ipſa ſit ipſo iure nulla.] B. Ex incumbenti, 34. apud Cherubinum. 11 *Facultas alienandi &c. & conditiones.*

Idem anno 1577. & 1582. Generali Societatis IESV idem quod numero 10. & adhuc amplius concedit; determinans modum ſpecialiter ſpectantem regimen Societatis. B. Apoſtolicæ, 12 *Facultas alienandi*

stolicæ,& B.Ex debito, 20. apud Rodericum, 76. apud Cherubinum.

15 *Prohibitio alienandi, &c. sine licentia Congregationis Concilij.*

[Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, &c. speciali Sanctissimi Domini Nostri(Vrbani VIII. anno 1624.die septima Septembris) iussu, Generalibus & Prouincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuscunque aliis Superioribus regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti intra fines Europæ existentibus, omnium rerum & bonorum immobilium,ac pretiosorum mobilium alienationem, omnéque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium concessionem in feudum, vel emphyteusim, præterquàm in casibus à iure permissis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit, absque ipsius Congregationis Concilij expressâ licentiâ in scriptis, & gratis concedendâ, sub pœna priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocísque actiuæ,& passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublatâ etiam Generali & Protectori illam moderandi,aut relaxandi facultate;pœnis nihilominus Apostolicarum Constitutionum,& præsertim fœlicis recordat. Pauli II. quæ incipit. Ambitiosæ,in suo robore permansuris. Alienationes verò, pacta, census, hypothecas, locationes, conductiones, & concessiones quascunque

cunque contra huiusmodi prohibitionem faciendas, Sanctitatis suæ authoritate ipso iure nullas atque irritas decernit. Non obstantibus Cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium &c.] Decretum istud habet locum 8. Constitutionis Vrbani VIII. apud Peyrinis; in cuius etiam annotatione refertur quædam declaratio supra idem decretum. Vide ibi.

ALTARE.

Vide verbo *Benedicere*, num. 2. 3. *Consecratio*, num. 1. 2. 4. 6. 9. 10. *Exemptio*, num. 1. *Missa*, num. 19. 30. 51. *Missionarij*, num. 5. *Ordinatio Clericorum*, num. 1. 3. 5. 6. 9. 12. 13. 24. 25. 26. 28.

HONORIVS III. anno 1224. Ordini Minorum. [Indulgemus vt in locis & Oratoriis vestris cum viatico altari possitis Missarum solemnia & alia diuina officia celebrare.] B. Quia populares, 1. apud Wadingum, tomo 1. & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 2. *Portatile in locis priuil.*

Idem anno 1225. eandem concessionem defendit contra quosdam Galliæ Prælatos. B. Non deberent, 2. apud Wadingum; cit. ex Regesto Vaticano, num. 180.

Idem

3 Idem eodem anno, declarauit prædictam
Sine consensu Episcoporum. concessionem esse intelligendam sine Episcoporum & aliorum Prælatorum assensu. c. In his, de Priuilegiis; & 3. apud Wadingum cit.

4 Gregorius IX. anno 1228. iisdem concessit
idem quod num. 11. B. Nos attendentes, 3. apud Wadingum cit. qui ait eam se desumpsisse ex Bulla originali archiuij Aracælitani num. 92. Et Innocentius IV. anno 1243. B. Nos attendentes, 25. apud Rodericum, qui eam ait haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi. Quam iisdem verbis iterum renouauit idem Pontifex Lugduni an. 1245. 3. Cal. Nouemb. provt habetur in Spec. Minorum, tract. 2. fol. 117. vbi dicitur haberi authentica in Cõuentu Rothomagensi. Quod idem anno 1250. concessit Eremitis S. Augustin. B. Deuotionis; cuius authenticum dedit Alexander IV. anno 1257. B. In registro, 24. in eorum Bullario, ex authentico in Ordinis Archiuio Romæ, num. 24. Et vtramque simul authenticauit Clemens IV anno 1266. B. Quasdam litteras, 4. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis Archiuio Romæ. Idem quoque Alexander IV. anno 1258. iisdem, B. Virtute conspicuos, 98. apud. Wad. in reg. tom. 2. qui eam ait se desumere ex authographo sub plumbo; & de ea fit mentio in Spec. Minorum, in summario, vbi dicitur esse originaliter Salmanticæ, Idem etiam Clemens IV. anno 1265. Carmelitis, B. Deuotionis, in Mari magno Carmel. num. 36. Quæ ibidem ex certa scientia confirmatur an. 1476. ab ipso Magis magni authore Sixto IV. & extenditur vt

infra

infra num. 11. Idem denique Eugenius IV. anno 1437. Eremitis B. Petri, nunc S. Hieronymi de Pisis. B. Prouenit. 12. apud Cherub.

Clemens IV. anno 1265. Minoribus. [In locis quoque in quibus degitis, liceat vobis habere oratoria, in quibus cum altari portatili possitis Missarum solemnia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam Ecclesiastica recipere Sacramenta.] B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherub. quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum. Et anno. 1474. à Sixto IV. motu & voluntate propriis extenditur his verbis. [Extendentes concedimus eisdem Fratribus, vt non solùm in oratoriis, & locis in quibus degunt, sed etiam in quouis alio loco congruenti & honesto, possint super altari portatili huiusmodi Missas & alia diuina officia celebrare, exceptis Ecclesiis ab Ordinarij iurisdictione non exemptis, quoties id eisdē Fratribus per Ordinarios contigerit inhiberi. Et vt liceat eis tempore interdicti, Fratres & Sorores dicti tertij Ordinis B. Francisci de Pœnitentia nuncupati, nec non ipsorum Fratrum Minorum, ac Fratrum & Sororum dicti tertij Ordinis, & Monialium S. Claræ Procuratores, & negotia gerentes. vtriusque sexus admittere ad diuina.] 5 *Portatile etiam extra mansiones.*

Vrbanus V. anno 1363. Carmelitis. [Vt vbicunque, in locis tamen ad hoc congruentibus & honestis, extra loca & oratoria vestra, coram Prælatis, Principibus, & Magnatibus, cum super hoc per eos, vel pro parte ipsorum fueritis 6 *Vbicunque coram Magnatibus.*

fueritis requisiti, super altari portatili Missas & alia diuina officia celebrare, absque tamen iuris Parochialium Ecclesiarũ præiudicio valeatis; nonobstantibus &c. indulgemus.] B. Deuotionis vestræ, in Mari magno Carmelitarum, §. 37. Quæ ibidem anno 1476. ex certa scientia confirmatur ab ipso Maris magni authore Sixto IV. & extenditur vt infra n. 11.

7 *In omnibus locis pertinentibus ad Monasterium.*

Idem eodem anno Carthusianis. [Vt liceat vobis, & successoribus vestris habere altaria portatilia cum debita reuerentia & honore, super quibus in domibus, ac grangiis, & cellariis, & aliis locis congruentibus & honestis, ad Domos, seu Prioratus vestros spectantibus, possitis Missam & alia diuina officia celebrare, & in vestra præsentia facere celebrari, deuotioni vestræ tenore præsentium indulgemus.] B. Sinceræ, 2. apud Cherubinum.

8 *In castris.*

Idem eodem anno Cistercienſibus. [Cum frequenter contingat, quod vos propter guerrarum discrimina, tutè residere in vestris Monasteriis non valentes, ad castra & fortalitia vicina recurrere, & in eis ad tempus morari oportet. Nos, vt liceat vobis in singulis castris & fortalitiis ipsis, in locis tamen ad hoc congruis & honestis, erigere altare portatile, super quo, quandiu ibidem occasione prædictâ moram traxeritis, singuli vestrum, qui fuerint in sacerdotio constituti, Missas & alia diuina officia, etiam altâ voce, celebrare, cum debita reuerantia & honore, (iure Parochialium Ecclesiarum, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo) liberè valeatis, indulgemus.]

B. Sacræ

B. Sacræ vestræ, apud Rodericum.

Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus idem & iisdem verbis concessit quod Clemens IV. suprà num. 5. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherub. § 9. quæ & includitur in Mari magno Prædicat. Vbi & ex certâ scientiâ innouatur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. anno 1443. B. Romanus Pontifex. Et extenditur à Sixto IV. anno 1474. vt suprà num. 5. 9 *Portatile etiam extra loca propria.*

Sixtus IV. anno 1474. Eremitis S. Augustí. idem quod supra num. 5. Minoritis, concedit & iisdem verbis. In Mari magno Erem. S. Aug. §. 37. Et Carmelitis anno 1476. in eorum Mari magno, §. 50. 10 *Eadem.*

Idem anno 1476. Carmelitis concessiones factas à Clemente IV. suprà num. 4. & ab Vrbano IV. suprà num. 6. sic ampliat. [Concessionem eandem extendentes, eisdem Fratribus vt coram quibuscunque personis, cuiuscunque sexus vel status, tam in eorum Domibus, quàm extrà, dum tamen loca sint honesta, liberè possint cum altari portatili Missas & alia diuina officia celebrare.] In Mari mag. Carmel. §. 87. 11 *Portatile extra propria loca.*

Idem eodē anno Canonicis Regul. S. Aug. Congreg. Lateranensis, tenore quo infrà n. 14. idipsum concedit. B. Dum ad vniuersos, 10. abud Cherub. §. 14. 12 *Idem.*

Iulius II. anno 1509. Minimis concessit idem quod Clemens IV. suprà n. 5. in eorum Mari magno §. 6. 13 *Portatile vbi degunt.*

Idem anno 1512. Canonicis Reg. S. Aug. Congr. S. Saluat. [Altare portatile in ipsorum itinera- 14 *Portatile in itinerationē.*

itineratione, cum debita reuerentia & honore, habere, & super eo, in locis tamen congruis & honestis, Missas, & alia diuina officia celebrare, ac Sacramenta Ecclesiastica ibidem recipere, & vbi generale, seu in aliquo speciali loco interdictum fuerit, in Ecclesiis suis, ac in Altari portatili, prædictis & aliis quibuscunque locis honestis huiusmodi Missas & alia diuina officia celebrare possint.] B. Inter cæteros, 50. apud Cherubinum, §. 26.

15 *Portatile ad susceptionē & administrationē Sacramētorum, etiam in locis & tempore interdicti.*

Clemens VII. anno 1530. [Liceat omnibus & singulis vtriusque sexus Confratribus (S. Scapularis Carmelitarum) & cuilibet eorum, habere Altare portatile cum debitis reuerentia & honore, super quo, in locis ad hoc congruentibus & honestis, etiam nō sacris, & quauis etiam Apostolica authoritate interdictis, seu tempore cessationis à diuinis, dummodò causam nō dederint huiusmodi interdicto, seu cessationi, & per eos non ster quominus pareatur Apostolico interdicto, etiam antequàm illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, seu circa meridiem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, in eorum præsentia, clausis ianuis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissâ voce, Missas & alia diuina officia, per Sacerdotes seculares, vel Regulares huiusmodi celebrare, ac quocūque tempore Eucharistiam & alia Sacramenta Ecclesiastica à quocunque maluerint Presbytero idoneo, & vbicunque, sine Rectoris Parochialis Ecclesiæ præiudicio, recipere, & administrare,

nistrare, liberè & licitè valeant. Et, si contingat eos, vel eorum aliquem, tempore interdicti huiusmodi ab humanis decedere; corpora eorum Ecclesiasticæ, cum aliqua, honesta tamen, funerali pompâ tradi possint, sepulturæ.] B. Ex Clementi, 31. apud Cherubinum, 5. apud Confettium, 11. apud Rodericum.

16 *Portatile vbique.*

Paulus III. anno 1549. Societati IESV, concedit quod suprà numero 14. B. Licet debitum, 48. apud Cherubinum, 8. apud Rodericum.

17. *Portatile in cameris infirmorũ.*

Pius IV. anno 1565. Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis. [Omnibus & singulis quorumcunque tam virorum, quàm mulierum, Monasteriorum, Prioratuum; Præpositurarum, & aliorum locorum Regularium Congregationis & Ordinis huiusmodi vtriusque sexus personis, quibusvis infirmitatibus pro tempore detentis, quibus ob huiusmodi infirmitates, vel per Medicum, aut Superiorem suum, è cubiculis suis exire prohibitum fuerit; vt durantibus ipsis infirmitatibus tantùm, Missam in proprio cubiculo super Altari portatili, in loco tamen decenti & honesto, per aliquem Presbyterum, per eos iuxta suum libitum eligendum celebrari facere, illíque interesse, & eam etiam in eorum cubilibus iacentes audire: sacrosanctumque Eucharistiæ Sacramentum confessi & contriti, liberè & licitè suscipere possint; Ordinariorum locorum, seu quorumvis aliorum, licentiâ desuper minimè requisitâ; authoritate Apostolicâ te-

nore præsentium concedimus pariter & indulgemus; illisque ac Presbytero sic per eos eligendo, Missam huiusmodi respectiuè audiendi, ac celebrandi, plenam & liberam licentiam & facultatem impartimur. Nonobstantibus generalibus Conciliis, &c.] B. Exponi, in eorum priuilegijs, pag. 556.

18 *Portatile in missionibus.*

Gregorius XIII. anno 1579. Generali Societatis Iesv. [Vsum Altaris viatici Societati vestræ à fœlicis recordationis Paulo Papa III. concessum, deinde à Concilio Tridentino vniuersè sublatum, vobis eatenus restituimus, vt inter missiones, quæ à Superioribus fiunt, Presbyteri vestri, seruatâ aliàs formâ dictæ concessionis, sacrosanctum Missæ sacrificium licitè valeant celebrare super huiusmodi Altari vbique gentium, etiam in castris militum, modo loca, etsi communia & profana, tuta & honesta sint, & Generalis, aut per eum Prouinciales Præpositi, eo tum vtendum fore iudicauerint. Itidémque possint ibi Presbyteri ipsi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ministrare Fidelibus ad illud sumendum debitè præparatis Nonobstantibus, &c.] B. Vsum, 57. apud Cherubinum.

AMBITVS.

Vide verbo *Correctio*, num. 61. 63. 65. &c. *Dignitates*, num. 3. 4. &c.

APOSTATÆ

APOSTATÆ.

Vide verbo *Bona*, num.13, *Correctio Fratrum*, num.2. 4.5.8.10.13.14. 15.18. 22.25.32.35. 41.43.51.53.62. *Dispensatio*, num.1. *Mutatio Ordinis*, num.32.34.36.38.42.46.47.48.

LIMENS IV. anno 1267. Pro Minoritis scribens Episcopis, &c. Archidiaconis, & aliis Ecclesiarũ Rectoribus. [Mãdamus, quatenus singuli vestrũm cum à Fratribus requisiti fueritis, omnes illos cuiuscunque conditionis existant, qui huiusmodi Apostatas, postquàm per Ministros, Custodes, seu Guardianos prædicti Ordinis, quorum sunt curæ commissi, excommunicati publicé fuerint, à se non reiecerint, sed scienter eos secum, aut in suis obsequiis, vel Ecclesiis, vel Monasteriis retinuerint, vel eis in hoc auxilium præstiterint vel fauorem, cùm, ipsis communicando taliter in crimine huiusmodi criminoso, post latam in eos excommunicationis sententiam simili sententia innoluantur, denuntietis excommunicationis vinculo innodatos.] B. Cum sicut ex parte, 15. apud Rodericum, 19. apud Wad. in reg. tom. 2. 1 *In Apostatarum detentores, &c.*

Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis. [Prohibemus insuper, ne vlli Fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro vel in aliis locis vestris eiusdem Ordinis professionem, fas 17. *In Apostatas & eorũ receptores.*

sit sine Abbatis sui licentia Ordinem ipsum relinquere,& ad locum Religionis alterius,vel ad ordinem alium se transferre. Discedentes verò aliter,nullus cuiuscunque Religionis vel statûs existat, audeat retinere; quòd si secus factum fuerit, tam discedens, quàm is seu illi, qui ipsum talem receperint, si requisiti eum non reiecerint infra mensem, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.]B.Etsi cunctos,1.apud Cherubinum,§.10.Idem protsus iisdem cõcessit Benedictus XI.anno 1304. B.Religiosam,2. apud Cherubinum, §.13. Et Eugenius IV.anno 1434. prædictam Cælestini Bullam confirmauit ex certa scientia, non obstante non vsu, præscriptionẽ,&c.B.Ad decorem,18.apud Rodericum.

3 *Idem.* Eugenius IV.anno 1434.Benedictinis Cõgregationis Sanctæ Iustinæ, seu Cassinensis, idem quod num. 2. concedit; excommunicationis autem absolutionem reseruat Summo Pontifici, nisi in mortis articulo, & eam incurri vult infra tres dies post factam notitiam de huiusmodi priuilegio. Nõ obstantibus quarumcunque Religionum,vel Ordinum,aut alterius cuiusvis personæ priuilegiis & indultis, &c.B.Etsi ex debito,7.apud Rodericum. Idem iterat anno 1436. B. Regularem, 9. apud Cherubinum & Roder.§.10.

4 *Idem.* Pius II. anno 1462. innouauit prædictam Eugenij IV. Constitutionem, in fauorem Minorum. B. Admonet nos,4. apud Rodericum, Et in Speculo Min.tract.2.fol.33.

5 *Idem.* Sixtus IV. anno 1476.Carmelitis.[Prohibemus

bemus insuper, vt nulli FF. vestrorum, post factam in Domibus vestris professionem, fas sit sine Prælati sui licentia, de eisdem locis discedere, discedentem verò absque communem literarum cautione nullus audeat retinere. Quòd si quis forsan retinere præsumpserit, licitum sit vobis in ipsos Fratres, & eos qui dictos Fratres retinent, Clericos, vel laicos, regularem sententiam promulgare.] In Mari magno Carmelit. §. 74.

6. *In vagos relapsos, &c.*

Innocentius VIII. anno 1487. Generali Seruitarum. [Quòd vagos, relapsos & apostatas dicti Ordinis, possit excommunicare, capere, ligare, incarcerare, &c. in quocunque habitu & loco, etiamsi in Romana Curia inueniantur.] In eorum mari magno, § 48.

7 *In Apostatas & gyrouagos.*

Iulius II. anno 1506. Minimis. [Quòd eiusdem Ordinis Minimorum Apostatas & gyrouagos quoscunque, vbilibet repertos, & quibuscunque Litteris, ac prouisionibus Apostolicis, etiam quascunque derogatoriarum derogatorias clausulas in se continentibus munitos, quas eis nullatenus suffragari posse decernimus, inuocáto etiam ad id, quatenus opus fuerit, auxilio brachij secularis, capere, incarcerare, ac punire, seu capi, incarcerari, & puniri facere, liberè ac licitè valeant, concedimus.] B. Dudum ad sacrum, 10. apud Cherub 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis.

8 *In Apostatas & eorum receptores.*

Idem eodem anno iisdem concedit quod suprà numer. 2, non taxato mensis tempore. In Mari magno Minimorum, §. 12.

9

Idē anno 1507. Benedictinis Congregatio-

Non tenetur Conuentus eos recipere.

nis Montis Oliueti. [Congregationis huiusmodi Prælati, quarumcũque Litterarum Apostolicarum prætextu, nisi in illis præsentibus specialiter & expressè derogetur, ad recipiendum Monachos, qui aliàs ab eorum propriis Monasteriis absque suorum Superiorum licẽtia contumaciter recesserunt, à quoquam nequeãt quomodolibet coarctari.]B.Etsi ad vniuersos.12,apud Cherub.§.11.

10. *In Apostatas & eorum receptores.*

Ibidem §. 21. concedit idem contra receptores illorum,quod suprà num.3.

11. *Idem.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Sancti Saluatoris idipsum concessit eodem tenore.B.Inter cæteros,30.apud Cherub.§.14.

12. *Non tenentur eos recipere.*

Ibidem §.15,concedit quod suprà num.9.

13. *Idem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus idipsum concedit.B.Etsi à summo,2. apud Cherubin.§.13.

14. *In Apostatas & receptores eorum.*

Ibidem §.23.idem statuit quod suprà num. 3.Et anno 1521.Minimis concedit quod suprà numero 7. & mandat Episcopis vt per censuras procedant contra receptores eiusmodi fugitiuorum.B.Exhibita,13.apud Peyrinis.

15. *Priuatio, suspensio,excommunicatio eorum & fautorum, &c.*

Paulus IV. anno 1558. à quolibet Ordine approbato,etiam Militari apostatantes, priuat omnibus beneficiis Ecclesiasticis & gradibus, & ab omni Ordine & ministerio Ecclesiastico suspendit, & ad prædicta omnia inhabiles facit;eos & receptatores eorum, nutrientes fauorem aut auxilium seu consilium præstantes, eo ipso excommunicat;contra eos iubet Ordinũ Superiores & Ordinarios locorum procedere

dere. Et alia quædã circa hæc ordinar. B. Postquam diuina, 14. apud Cherub.

16 *Moderatio præcedentis.*

Pius IV. anno 1560. prædictas Pauli IV. Literas, ac in eis contenta. ad formam iuris & sacrarum Constitutionum reduxit. B. Sedis Apostolicæ, 3. apud Cherub.

17 *De prætendentibus nullitatem suæ professionis.*

Concilium Trilsuntium sub eodem, sessione 25. capite 19. de Regularibus. [Quicunque Regularis prætẽdat se per vim & metũ, ingressum esse Religionem; aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse; aut quid simile; velitque habitum dimittere quacunque de causa; aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum; non audiatur, nisi intra quinquennium tantùm à die professionis; tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario. Quòd si anteà habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur; sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur: interim verò nullo priuilegio suæ Religionis iuuetur.

***

APPELLATIO.

Vide verbo *Correctio Fratrum*, num. 16 19. 23. 36. 37. 40. 42. 52. 57. 58. 59. 64. 67. 68. 77.

1 *Extraordinem nulla.*

NNOCENTIVS VIII. anno 1487. pro Cistercienſibus. Inhibet Abbatibus, Abbatiſſis, Monachis, Monialibus, ne de cauſis inter eos pro tempore vertentibus appellent extra Ordinem, etiam ad ſuos Iudices Conſeruatores, & ipſis Conſeruatoribus ac aliis quibuſcunque ne ſe illis immiſceant directè vel indirectè, decernens irritum quidquid ſecus ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. B. Inter curas, 115. in eorum priuilegiis.

APPROBATIO PRÆDICATORVM.

Vide verbo *Prædicatio*, num. 3. 5. 6. 9. 16. 17.

BAPTIZARE.

Vide verbo *Miſſionarij*, num. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 16. 11. 12. 13.

BENEDICERE.

Vide verbo *Consecratio*, num. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 11. *Missionarij*, num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. *Ordinatio*, num. 3. 9. 24. 25. 26. 28.

GREGORIVS IX. anno 1236. Abbati S. Facundi Ordinis S. Benedicti. [Indulgemus vt liceat tibi, & tuis successoribus, eiusdem Monasterij indumenta sacerdotalia benedicere.] B. Apostolicæ, 14. apud Roder. 1 *Iniumenta sacerdotalia.*

Innocentius IV. anno 1245. Monialibus S. Claræ. [Quia verò interdum Diœcesani Episcopi copiam non habetis, si quem Episcopum Romanæ Sedis, vt diximus, gratiã & communionem habentem, & de quo plenã notitiã habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones Monialium, vasorum, & vestium, & consecrationes altarium, authoritate Sedis Apostolicæ recipere valeatis.] B. Religiosam, 18. apud Wadingum, in regesto tomi 1. ex Regesto Vaticano epist. 610. Idem iisdem concessit Alexander IV. anno 1256. B. Religiosam, 46. apud Wadingum, in reg. to. 2. ex Reg. Vatican. epist. 784. Idem iisdem Bonifacius VIII. anno 1296. B. Religiosam, 11. apud Wading. in reg. tom. 2. ex Reg. Vatican. epist. 82. Idem iisdem Clemens VI. anno 1343. & 8. B. Religiosam, 40. & 158. apud Wadingum in reg. tom. 3. ex Reg. Vatican. tom. 6. epist. 1767. & lib. 2 *Pro Monialibus.*

lib.2. epist.901. Idipsum Sixtus IV. an. 1476. Carmelitis, in Mari magno Carmel. §.77.

3 *Episcopus.* Honorius IV. anno 1285. Prædicatoribus, deinde anno 1286. Minoribus. [Indulgemus, vt si Diœcesani à vobis humiliter requisiti, primarium lapidem in vestris Ecclesiis vel Oratoriis ponere, Ecclesias vel Oratoria prædicta ac etiam altaria vestra consecrare, cœmeteria benedicere denegauerint, vel id facere vltra quatuor menses distulerint, vos per quoscunque volueritis Episcopos, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentes, præmissa recipere liberè valeatis.] B. Ex parte vestra, 1. apud Confettium, & 2. apud Rodericum, vbi dicitur esse originaliter in Conuentu S. Francisci Salmanticensi. Est etiam in Spec. Min. tract. 2. fol. 25. vbi dicitur haberi sub plumbo in Conuentu Rothomagensi. Est & 7. apud Wadingum in reg. tom. 2.

4 *Vasa & paramenta Ecclesiastica &c.* Cœlestinus V. anno 1294. Congregationi Cœlestinorum. [Liceat quoque tibi prædicte Pater Abbas, tuisque successoribus, vasa & alia paramenta ad cultum diuinum pertinentia; nec non in ædificandis Capellis, Ecclesiis, aut hospitalibus, primarium lapidē & fundamenta Pontificali more benedicere.] B. Et si cunctos Ordines, 1. apud Cherub. §. 17. Quam Eugenius IV. anno 1434. confirmauit ex certa scientia, nonobstante non vsu, præscriptione &c. B. Ad decorem, 18. apud Roder.

5 *Candelas, aquam, sal, palmas, &c.* Bonifacius IX. Prædicatoribus. [Vt de cætero perpetuis futuris temporibus huiusmodi Fratres vbilibet constituti, candelas, aquam, sal;

al,palmas, & alia ornamenta in eorũ Ecclesiis, seruatis solemnitatibus consuetis benedicere possint, indulgemus.] B. Sacræ Religionis, 2. apud Confettium.

Sixtus IV. Minoritis concessit quòd Fratres Sacerdotes possint benedicere paramenta altaris,& missalia indumenta, exceptis corporalibus duntaxat. Viuæ vocis oraculum 12. apud Rodericum. Et in Speculo Minorum fol.41. 6 *Paramenta & indumenta exceptis corporal.*

Innocentius VIII. anno 1486. Eremitis S. Augustini. [Vobis modernis, & pro tempore existentibus vestrarum Cõgregationum Vicariis & Visitatoribus, vt vestes, corporalia, & paramenta quæcunque altarium in Missarum & diuinorum celebratione necessaria,benedicere possitis, concedimus.] B.Vacantibus, 2. apud Confettium; & 3. in eorum Bullario,ex transumpto Auditoris Cameræ, Romæ asseruato sub Eugenio IV. n. 3. cui & attestatur Rodericus in fine Oraculorum Innocentij VIII. 7 *Vestes,corporalia,paramenta omnia.*

Idem anno 1487. Cassinensibus concessit, [Tam Abbatibus, quàm Prioribus principale regimen Monasterij habentibus,quòd possint benedicere corporalia, vestimenta, cæteráque ornamenta Ecclesiæ, & ad cultum diuinum pertinentia, tam suæ Ecclesiæ, quàm etiam vndecunque delata.] Viuæ vocis oraculum 19. in fine Bullarij Cassinensis. 8 *Etiam pro extraneis.*

Idem anno 1489 Prioribus singulis Canonicorum Regularium Congregationis S. Saluatoris concessit, vt possent campanas,& paramenta, & quascunque vestes, & diuino cultui deputata, vel deputanda,benedicere in locis 9 *Campanas &c.*

cis Congregationis. B. Expoſcit, in Priuilegiis Congregationis Saluatoris Lateran. pag. 378. Quod idem confirmat Iulius III. anno 1551. ibidem pag. 496.

10 *Quæcunque, etiam pro externis.*

Idem eodem anno 1489. Abbati Ciſtercij. [Tibi & ſucceſſoribus tuis, ac dictis Abbatibus aliorum quatuor Monaſteriorum principalium tui Ordinis, nunc & pro tempore exiſtentibus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, pallas & alia quæcunque veſtimenta ac ornamenta Eccleſiaſtica, corporalibus vaſculiſque ad reponẽdum ſacram Euchariſtiam, ac imaginibus quibuſlibet comprehenſis, in locis & Domibus dicti Ordinis benedicere, & Calices conſecrare, tam de dicto Ordine, quam ſi ad vos aliunde nonnunquam deferantur, liberè ac licitè poſſitis & poſſint, authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium indulgemus.] B. Expoſcit, 5. apud Rodericum, 121. in Priuilegiis Ordinis Ciſtercienſis.

11 *Corporalia.*

Idem conceſſit quod Vicarij Generales & Prouinciales Minorum poſſint benedicere corporalia. Viuæ vocis oraculum 12. apud Rodericum.

12 *Corporalia & cætera.*

Iulius II. anno 1506. Minimis. [Quódque Generalis, necnon Prouinciales, & eorum Vicarij eiuſdem Ordinis Minimorum, corporalia, & alia ornamenta Eccleſiaſtica ſuorum Domorum ac locorum, præter Calices & patenas, benedicere valerent, conceſſimus, ſtatuimus, & ordinauimus.] Poſtmodum idem cum cæteris Priuilegiis confirmat & de nouo concedit.

cedit. B. Dudum ad sacrum, 10. apud Cherubinum, 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis.

Ibidem. [Quod ipsius Ordinis Minimorum Generalis, & Vigiles ac Prouinciales, eorumque Vicegerentes omnes & singulas eiusdem Ordinis Minimorum Ecclesias, cœmeteria, capitula, & oratoria, tam in dicta Diœcesi Ispalensi, quàm vbicunque receptas seu recepta, & recipiendas seu recipienda, solemni benedictione benedicere. Ac etiam illas seu illa, & earum quamlibet sanguinis siue seminis effusione, siue aliàs quomodocunque pollutas siue polluta, quoties opus foret, aquâ tamen priùs per aliquem Catholicum Antistitem, vt moris est, benedictâ, reconciliare possint.] 13 *Ecclesias &c. benedicere & reconciliare.*

Idem anno 1507. Eremitarum S. August. Generali concedit quod suprà num. 7. in locis dicti ordinis & pro ipso Ordine duntaxat. B. Dum fructus vberes, 19. apud Roder. & 2. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ num. 2. Et anno 1508. B. Etsi ad benemerendum, 18. apud Cherubinum, 20. apud Roder. 11. apud Peyrinis, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ num. 3. 14 *Vestes, corporalia & indumenta quæcunque pro diuino cultu.*

Idem anno 1512. Priori Generali Canonicorum Reg. S. Aug. Congr. S. Saluatoris, concessit quod suprà num. 7. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 24. 15 *Idem.*

Leo X. anno 1514. [Vestri Ordinis (Minorum de Obseruantia) Generalibus & Prouincialibus Vicariis, & Custodibus, ac Guardianis pro tempore existentibus, vt omnia & singula 16 *Ecclesias &c. benedicere & reconciliare, & ad id benedicere aquam.*

ſingula eiuſdem Ordinis & Obſeruantiæ Ecclesias, Cæmeteria, ac Capitula, & Oratoria vbicunque exiſtentia, receptas & recepta, & recipiendas ſeu recipienda, ac paramenta & ornamenta, & alia quæcunque ad diuinum cultum, & vſum veſtrum neceſſaria, in quibus chriſma nõ interuenit, pro veſtro vſu tantùm, ſolemni benedictione, ac etiam per Vicarium, ſeu Guardianos, aut alios ad hoc à vobis in veſtris Capitulis Generalibus prouidè deputandos, benedicere; ac illas, ſeu illa, & eorum quodlibet, ſanguinis ſeu ſeminis effuſione, ſeu aliàs quomodolibet pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit, aquâ per vos, præſertim in locis remotis vbi Epiſcopum aquam benedicentem per duas diætas, adire non poteritis, benedictâ, reconciliare liberè & licitè valeatis, concedimus, Nonobſtantibus &c. Conciliis Generalibus &c.] B. Religionis, 6. apud Confettium & Rodericum, 18. apud Peyrinis.

Quæcunque, etiam pro extraneis.

Pius Papa V. anno 1571. die 25. Iunij. [Dilectis filiis Prioribus, tã Prouincialibus, quàm Conuentualibus Ordinis Fratum Prædicatorum in Regno, & Dominiis Franciæ exiſtentibus, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Volentes iis quæ ad cultum diuinum in iſtis Galliarum partibus neceſſaria ſunt, quantum cum Deo poſſumus, oportunè prouidere? Vobis omnibus & ſingulis, quæcunque veſtimenta ac paramenta Eccleſiaſtica (exceptis tamen illis in quibus vnctio interuenire debet) non ſolùm pro veſtris propriis Conuẽtibus, & Eccleſiis, ſed etiam pro aliis, tam ſecularibus, quàm

quàm Regularibus, Regni & dominiorum prædictorum, secundùm morem & ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ benedicendi, authoritate Apostolica tenore præsentium licentiam concedimus & facultatem. Nonobstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque, &c.] Ex archiuio Fratrum Prædicatorum Conuentus Andegauensis, vbi ego ipse vidi authenticum.

18 *Quæcunque non requirunt chrisma.*

Gregorius XIII. anno 1575. Prælatis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis. [Vicariis Generalibus, Prouincialibus, & Ministris dicti Ordinis in Galliis, Flandria, & Prouincia Prouinciæ huiusmodi, aliisque Galliarum Regnis & dominiis, nunc & pro tempore existentibus, casulas, tunicas, albas, zonas, mappas, corporalia, & alia quæcunque ornamenta ac vasa Ecclesiastica (illis tamen exceptis quibus sanctum Chrisma applicandum est) benedicendi, iuxta tenorem licentiæ Vicariis, Ministris, & aliis prædictis Regnorum Hispaniarum concessum tantùm, licentiam concedimus.] B. Exposcet, 31. apud Cherubinum.

19 *A quocunque Episcopo.*

Gregorius XIV. anno 1591. Clericis Regularibus Congregationis Ministrantium infirmis. [Ecclesias & Oratoria per dictos socios pro tempore constructa, vel eis donata, cum cæmeteriis, per quoscunque Episcopos benedici, seu consecrari, & quouis modo polluta reconciliari possint & debeant, perpetuò concedimus, statuimus, & ordinamus.]

Bullâ, Illius qui, decimaseptima apud Cherubinum.

BENEFICIA.

Vide verbo *Exemptio*, n. 1. *Dignitates.*

1 *Beneficiati extra Ordinem degentes, sunt inhabiles ad Ordinis officia.*

CALIXTVS III. anno 1456. Carmelitis. [Ordinamus, quòd nullus dictorum Professorum beneficia secularia, seu etiam Regularia, ex nostra, seu prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, aut Sedis Apostolicæ, vel Legatorum eius concessione, vel indulto, aut aliàs quouis modo in titulũ vel in commendam pro tempore obtinentium: aut qui futuris temporibus quomodolibet obtinebunt: etiamsi illa simpliciter, vel alio quouis modo dimiserint; in Capitulis generalibus, vel Prouincialibus, aut Congregationibus, seu negotiis, officiis, vel aliis administrationibus dicti Ordinis, nisi Generalis pro tempore consensu interueniente, quomodolibet admittantur, sub excommunicationis pœna, quam admissi & admittentes, prout in his scriptis ferimus, incurrant ipso facto. Et, si dicti beneficiati vltrò admitti, quouis quæsito colore, contra voluntatem Generalis prædicti procurauerint, simil modo irregularitatis & inhabilitatis maculas incurrant: beneficiisque per eos obtentis, ipso facto priuati existant, & aliis perso-

nis

nis per illos, ad quos ipsorum collatio pertinere dignoscitur, conferantur: dictique beneficia seu officia ambientes, vel procurantes, perpetuò inhabiles & ineligibiles, absque alicuius spe regressus maneant, & pro talibus perpetuò habeantur. [B. Ad Romanum, in Mari magno Carmelitarum, paragrapho 32. Quá ibidem paragrapho 104. Sixtus IV. anno 1476. sic extendit, vt eam decernat locum habere etiam in Archiepiscopali & Episcopali dignitate fulgẽtibus, aut Monasteria aliqua vel Prouinciam in commendam obtinentibus, &c.

Sixtus IV. anno 1476. Prædicatoribus, & Minoribus. [Ne ex habilitatibus ad vnum vel plura beneficia Ecclesiastica, in titulum vel commendam obtinenda, cum facultate interim donec illa assequantur, pro Capellanis aliorum in beneficiis Ecclesiasticis deseruire, & quòd etiam postquam beneficia huiusmodi assecuti fuerint, in Domibus dicti Ordinis residere, cameras habere in illis, ac in Generalibus atque Prouincialibus Capitulis Fratrum eorumdem Prædicatorum & Minorum Ordinum, vocem actiuam & passiuam habere, ac priuilegiis, fauoribus, & gratiis, & indultis concessis ipsorum Ordinum Professoribus, gaudere possint, præfatis Ordinibus & illorum Professoribus grauamen inferatur; eitdem motu & authoritate decernimus, huiusmodi concessas, & quas concedi contigerit habilitationis Litteras, intelligi & interpretari debere, vt Fratres ipsi, quibus Litteræ huiusmodi concessæ sunt & concedentur in posterum, 2 *Idem.*

sterum, quandocunque per Sedem prædictam, postquàm aliquod beneficium adepti fuerint pacificè, aut pro Capellanis in aliquibus Ecclesiis cœperint deseruire, concessionibus prædictis (provt vocem actiuam & passiuam, residentiam in Domibus dictorum Ordinum, ac retentionem dictarum Domorum, Camerarum, & alia quæ Ordinum præfatorum sunt, concernunt) de dictorum Prælatorum consensu duntaxat gaudere possint, & non aliàs, nec alio modo. Idem statuentes de promotis ad Cathedrales, etiam titulares appellatas, Ecclesias, & alias Ecclesiasticas dignitates. [B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherubinum, 2. apud Confettium, 4. apud Peyrinis, 20. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmaticensi. Extat & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 67. & apud Wadingum in annal. tomo 7. anno 1479. numero sexto, pagina 63. Vocatur Bulla Aurea.

3 *Idem.* Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis. [Statuimus quòd omnes & singuli Professores huiusmodi, beneficia Ecclesiastica cum cura, vel sine cura, aut super illorum fructibus, redditibus, & prouentibus pensiones annuas vel Capellanias seruitiales, etiam parui valoris existentia, nunc & pro tempore obtinentes, locum, victum, & vestitum in Domibus vel locis, ac in illis & ordine prædictis officium, & administrationem, seu Prælaturam aliquam, necnon vocem actiuam, & passiuam in dicto Ordine Fratrum Seruorum quomodolibet

modolibet habere non possint, nec debeant, nisi quoties, & quando Generali prædicti Ordinis pro tempore existenti videbitur, & eius arbitrio placebit, siue id ex speciali Apostolicæ Sedis licentia eisdem Professoribus fuerit indultum.] In eorum Mari magno, §. 66.

4 *Exemptio à legibus Simoniæ beneficialis.*

Iulius II. anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti. [Generali, & aliis Abbatibus, Prioribus, vel Prælatis præfatis, aut aliis per Congregationem huiusmodi ad id pro tempore deputatis, in vnionibus, annexionibus, incorporationibus, ac reformationibus, seu receptionibus Monasteriorum, Prioratuum, vel aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, pro ipsa Congregatione faciendis, cum Prælatis & personis, Monasteria seu beneficia huiusmodi per eos obtenta, in Congregationis huiusmodi, seu alicuius particularis Monasterij commodum dimittere volentibus, conuentiones, & pacta, quæ illicita, & (quando Apostolicâ confirmatione carerent) expressè prohibita censerentur, inire; ac Monasteria, Prioratus, & alia beneficia quæcunque, quæ hactenus conuentionibus & pactis huiusmodi interuenientibus acquisiuerunt, retinere, ipsáque conuentiones & pacta obseruare, absque eo, quòd aliquam simoniæ labem incurrant, liberè & licitè valeant.] B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 36.

5 *Idem.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Sancti Saluatoris, idipsum iisdem prorsus verbis concessit. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 45.

6 *Idem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus, idem iisdem verbis concessit. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 44.

7 *Beneficiati excludun-tur ab Ordinis privilegiis & iuribus.*

Iulius III. pro Seruitis. [Ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus Fratres Ordinis & Congregationis prædictorum, beneficia Ecclesiastica, vel quorumuis aliorum Ordinum regularia in titulum vel Commendam pro tempore obtinentes, aut officium Pœnitentiariæ exercentes, quauis authoritate & dignitate suffulti existant, in Domibus Ordinis & Congregationis huiusmodi degere aut commorari, seu Officia & Prælaturas eorumdem Ordinis & Congregationis obtinere, vel priuilegiis, immunitatibus, & indultis prædictorum gaudere, seu vocem actiuam, & passiuam, in Ordine & Congregatione prædictis habere non possint modo aliquo.] B. Cùm sicut accepimus, 8. apud Cherub.

8 *Fratres admitti possunt ad curas annexas suis Monasteriis.*

Pius V. anno 1567. pro omnibus Mendicantibus. [Cúmque (Conc. Trid.) licet cap. 11. sessione 25. statuat, quòd in domibus virorum, seu mulierum, quibus animarum personarum secularium cura imminet, nulli, etiam ad nutum amouibiles, inibi deputentur, nisi de Ordinarij consensu, ac præuio examine huiusmodi præcedente: ad curam huiusmodi admitti posse omninò volumus præfatos Regulates.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherubinum, 7. apud Rodericum & Peyrinis. Et habetur authentica in arch. Conuentus Carmelitarum Rhedonensium.

Ibidem

Ibidem. [Ac ipsis Ordinariis ne quascunque vniones, etiam perpetuas, à Sede prædicta, vel aliàs, vt præfertur, hactenus factas, & pro tempore faciendas, de beneficiis Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sortiantur effectum impediant, omninò etiam prohibemus. Et censuras Ecclesiasticas & alias pœnas per eos in contradictores pro tempore latas, nullius esse roboris vel momenti, similiter decernimus & declaramus. Insuper volumus, quòd præfati Regulares, quibus cura animarum est, possint per seipsos iuxta suorum Superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, seu Capellanos seculares, ipsorum Regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab Ordinario pro idoneis nominatos & approbatos, præfatam curam exercere: neque in eorum deputatione vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione pro præfatis Capellanis seu Vicariis secularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi vllo pacto se intromittant.

9 *Maneant vniones beneficiorum.*

Quibus deseruiant per se, vel alios eorum nutu amouibiles.

***

BONA.

Vide verb. *Alienatio bonorum*, per totum. *Indulgentia pro extraneis*, num. 4 in Lucio 3. *Loca Fratrum*, per totum.

1 *Male acquisita, & indistinctè legata &c.*

ALEXANDER IV. anno 1257. Minoribus concedit, vt eis donari possint, & illi recipere, bona malè ablata, & illicitè acquisita, si ij quibus ipsorum restitutio fieri debeat, omninò inueniri non possunt, nec non legata indistinctè in pios vsus non expressis locis aliquibus vel personis. Nonobstantibus Literis super hoc concessis Hospitalibus; Militiis &c. B. Felicis rec. & B. Ex parte dilectorum, 16. & 17. apud Roder. 86. & 87. apud Wadingum, in reg. tom. 2. & in Speculo Minorum tract. 1. fol. 8. vbi prior dicitur esse sub authentico in conuentu Rothomagensi; quæ etiam est 3. apud Confettium. Idem anno 1259. Eremitis S. August. [Vt de vsuris, rapinis, & aliàs malè acquisitis, si ij quibus horum restitutio fieri debeat, omninò sciri & inueniri non possint, necnon de redemptionibus votorum, quæ fuerint authoritate Diœcesanorum Pontificum commutata, (Ierosolymitano duntaxat excepto) vsque ad summam trecentarum librarum Senensium paruorum recipere valeatis, (dummodò aliàs similem non sitis à Nobis gratiam consecuti) authoritate vobis præsentium indulgemus.] B. Religionis, 27. in

eorum

eorum Bullario, ex orig. in Ordinis archiuio Romæ, num. 27.

Vrbanus IV. anno 1261. Carmelitis concedit, vt de bonis prædictis ac redemptionis votorum (excepto Ierosolymitano) possint recipere centum marchas argenti. B. Meritis vestræ, 2. apud Confettium, & in Mari magno Carm. num. 41. Idipsum anno 1262. Eremitis S. Aug. vsque ad 20. marcas argenti. B. Necessitatibus, 4. in eorum Bullar. ex originali in Ord. arch. num. 4. 2 *De iisdem.*

Clemens IV. anno 1265. Minoritis. [Quia verò nonnulli vestræ habitum Religionis assumentes, diuersis personis quæ sciri & inueniri non possunt, interdum aliqua bona restituere tenentur, vobis Ministro & Custodibus ac prædictis Vicariis concedimus, vt singuli vestrûm in locis sibi commissis, bona ipsa in pios vsus conuertere valeant, provt secundùm Deum viderint expedire.] B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherubinum, quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Quæ etiam extat confirmata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Wadingum in reg. tom. 5. ex Reg. Vatican. lib. 1. anni 1. fol. 176. Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis idem concedit. B. Etsi cunctos, 1. apud Cherubinum, §. 28. Quam Eugenius IV. anno 1434. ex certa scientia confirmauit. B. Ad decorem, 18. apud Rodericum. 3 *Ex debitis recipiendorum.*

4 *Malè acquisita &c.*

Ioannes XXII. anno 1323. quibusdam S. Claræ Monialibus cõcedit idem prorsus quod num. 2. vsque ad summam centum librarum Turonensium. B. Necessitatibus, 139. apud Wadingum in reg. tomi 3. ex Reg. Vat. epistola 1554.

5 *Ex debitis recipiendorum.*

Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus idem concedit quod num. 3. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherubinum, §. 23. quæ & includitur in Mari magno Prædic. Et ibidem ex certa scientia innouatur & confirmatur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. anno 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474.

6 *Ex Monasteriis Monialium destitutis.*

Sixtus IV. anno 1474. Minoribus. ¶ Cùm aliquando contingat. Monasteria Monialium S. Claræ & Minorissarum, seu S. Damiani nuncupatarum, Monialibus destitui, adeò vt de eorum reformatione spes nulla supersit, conuenientiúsque sit quòd illorum sic destitutorum bona ad ipsos Fratres deueniant, quorum erant curæ commissa, quàm ad alios; illa quæ sic destituta existunt, & destitui contigerit in futurum, cum eorum bonis omnibus, perpetuis vsibus Fratrum Domus dicti Ordinis Minorum eisdem destitutis Monasteriis propinquiorum applicamus, ita vt Fratres ipsi possint dẽ illis, & eorundem Monasteriorum structuris & ædificiis pro eorum voluntate disponere. Prouiso quòd illorum Ecclesiæ & Oratoria, ad profanos vsus non redigantur, sed in illis quandoque diuina celebrentur officia. In

Mari

Mari magno Minor. §.11. Idem Prædicatoribus in eorum Mari magno, §.10. Idem Eremitis S. Augustin Mari magno illorum, §.46. Idem anno 1476. Carmelitis, in Mari magno Carmel.

7 *Ex debitis recipiendorum.*

Idem anno 1476. Carmelitarum Prioribus Generali, Prouincialibus, & Localibus, idem concessit, quòd suprà num. 3. & 5. Idem eodem anno Canonicis Reg. S. Augustin. Congreg. Lateran. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §.30.

8 *Ex Monasterijs Monialium destitutis.*

Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis idem concessit quod suprà num. 6. In eorum Mari magno, §.37.

9 *Ex debitis recipiendorum.*

Iulius II. anno 1506. Minimis concedit quod suprà num. 3. In eorum Mari magno, §.18.

10 *Idem.*

Idem anno 1512. Canonicis Regul. S. Augustin. Congregationis S. Saluatoris, idipsum concedit. B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §.20.

11 *Ex malè acquisitis & votorum commut.*

Pius IV. anno 1565. post Alexandrum IV. Fratribus Militibus S. Lazari Hierosolymitani concessit quod supra Eremitis S. Augustin. num. 1. vsque ad ducentas marchas argenti. B. Inter assiduas, 95. apud Cherub. §.10.

12 *Facultas componendi &c.*

Ibidem §.150. concedit. [Quòd Magister pro tempore, & Conuentus dicti Hospitalis, suique de eorum licentia pro tempore Commissarij, Nuntij, vel Procuratores, de vsuris, rapinis, incendiis, (non tamen Ecclesiarum damnis datis) & alio quocunque nomine, titulo, vel modo malè ablatis, vel illicitè acquisitis

fitis(si tamen verus dominus,cui eorum restitutio fieri deberet, ignoretur) de pœnitentiis à Sacerdotibus confitentibus impositis redimendis, seu commutandis, necnon legatis ad Hospitale ipsum seu eius membra debitis, vel aliàs indistinctè ad pios vsus relictis ; ad vtilitatem ipsius Hospitalitatis & Militiæ componere possint, ita quòd detinentes ad aliam restitutionem minimè teneantur.]

13. *Degentium & decedentium extra claustra.*

Pius V. anno 1567. pro omnibus Mendicantibus, [Inhibemus etiam ipsis Ordinariis, ne Fratres extra claustra degentes,sub eorum protectione recipiant,eósque inuitis suis Superioribus detineant. Prohibemus quoque eisdem Ordinariis, ne aliquo modo se intromittãt in bonis dictorum Fratrum extra claustra suorum Monasteriorum pro tempore degentiũ, siue decedẽtium & quamuis in habitu, siue absque habitu moriantur, voluimus quòd eorum bona mobilia & immobilia , ad Ordinem,quem professi sunt,pertineant,disponenda iuxta constitutiones seu ordinationes præfatorum Ordinum,neque illa Ordinarij præfati occupare præsumant. Imò huiusmodi,& ad habitum reuertentium bona omnia Monasteriis ipsis , cùm ea quæ acquirit Monachus de iure Monasterio acquirantur , pertinere etiam decernimus.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherubinum,7.apud Roder.& Peyrinis.Quæ, & extat authentica in Conuentu Carmelitarum Rhedonensium.

14. *Monachorum decedentiũ.*

Idem eodem anno, pro Cistercien sibus statuit de bonis Monachorum suorum decedentium

sium. B. Decet Romanum, 46. apud Cherubinum.

BVLLA IN COENA DOMINI.

Vide verbo *Absolutio Fratrum*, num. 44. 48. *Excommunicatio*, num. 66.

PIVS V. etiamsi iniunxerit vt omnes Confessarij transumptum Bullæ Cœnæ per eum decretæ, apud se haberent; tamen pro Societate IESV declarauit satis fore, si in singulis Collegiis vel Domibus vnicum haberetur, quod in eo loco affigeretur, in quo omnes Confessarij legere illud possent. In viuæ vocis oraculis Societatis, fol. 42. vt refertur in Compendio eiusdem, hoc verb. §. 1.

1 *Vnicum exemplar in singulis Domibus.*

Gregorius XIII. anno 1584. concessit quòd nullæ Societatis IESV facultates censeantur reuocatæ per Bullam Cœnæ Domini. In viuæ vocis oraculis Societatis, pag. 133. vt refertur in Compendio cit. §. 2.

2 *Non praualet contra Priuilegia.*

CALICES.

Vide verbo *Missionarij*, num. 10. 11. 12. 14. 15. *Ordinatio*, num. 28. *Sacra*, num. 1.

CAMPANÆ.

Vide verbo *Ædificare*, num. 4. §. *Benedicere*, n.9. *Exemptio*, n.2.6.10.27. *Missa*, n.23.

1 *Facultas illimitata.*

CÆLESTINVS V. anno 1294. Cæleſtinis. [Habendi, & pulſandi campanas die noctûque ad horas canonicas, & quandocunque de veſtra proceſſerit voluntate, abſque cuiuſque contradictionis obiectu, concedimus poteſtatem.] B. Etſi cunctos, 1. apud Cherubinum, §. 35. Quam Eugenius IV. anno 1434. ex certa ſcientia confirmauit. B. Ad decorem, 18. apud Rodericum.

2 *Magna & diuerſa.*

Sixtus IV. Minoritis conceſſit quod poſſint habere campanas magnas & diuerſas. Viuæ vocis oraculum 8. apud Rodericum. Et in Speculo Minorum, folio 41.

CASVS RESERVATI pro ſecularibus.

Vide verbo *Confeſſio ſecularium*, n.17.19.20.24. 26.29.30.37.41.43.44.45.48.49.50.51.52 53.54.58.59.62.63.64.65.66.71.72.75.76. 77. *Familiares*, n.6. *Indulgentiæ pro extraneis* num.7.8.

VRBANVS IV. anno 1262. Carmelitis. [Præſentium vobis authoritate concedimus,

dimus, vt Confratrum & familiarium vestrorum,ac aliorum Christi Fidelium,causâ deuotionis ad vos recurrentium , de suorum licentia Prælatorum,confessiones audire, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere valeatis,nisi fortè talia commiserint, propter quæ Sedes Apostolica sit meritò consulenda.] B. Vobis ad hoc , in Mari magno Carmelitarum, num. 14. Pius II. anno 1459. idpsum eodem tenore concessit,in suis Ecclesiis tantùm, Guardianis Minorum Obseruantiæ, & eorum vicem gerentibus in eorum absentia. B. Iniunctum nobis , 4. apud Rodericum in editione recentiori.

Absolutio à nõ reseruatis Papæ.

2 *Qua requiratur Prælatorum licentia.*

Sixtus IV. anno 1476. ex certa scientia confirmat prædictam Vrbani IV. concessionem, & declarat vt sequitur. [Declaramus licentiam suorum Prælatorum illam intelligi debere, quam Ordinarij præsentatis ad confessiones audiendas,iuxta Concilij Viennensis Constitutionem dare sunt astricti.] In Mari magno Carmel. §. 61.

3 *A non reseruatis Papæ.*

Idem anno 1479. Carmelitis Ducatus Britanniæ concessit,vt vtriusque sexus personæ in partibus prædictis existentes , quæ senio, seu infirmitate , aut debilitate, aliáve causa legitima detentæ,seu etiam occupatæ, Ecclesias dicti Ordinis,in quatuor Beatæ Mariæ Virginis, videlicet Annunciationis, Natiuitatis,Conceptionis,& Purificationis,festiuitatibus, personaliter visitare nequibunt,sed tamẽ pro reparatione & restauratione ac conseruatione dictarum Domorũ de bonis suis, transmiserint;

eligere

eligere possint Confessores idoneos, seculares, vel regulares, qui eis per quatuor dies ante tempus indulgentiarum huiusmodi, & in illo, & post illud per quatuor alios dies, confessionibus earum diligenter auditis, ab vniuersis & singulis earum criminibus, excessibus, & delictis, per easdem pro tempore perpetratis, de quibus tamen Sedes Apostolica non est meritò consulenda, & eidem Sedi reseruata non sint, absolutionem impertiri & pœnitentiam salutarem iniungere possint, ac si in prædictis festiuitatibus Ecclesiam ipsam visitarent. B. Tunc pastoralis. P. Iustinus in Bullario suo Manuscripto ait eam haberi originaliter in Conuentu Aurelianensi. Vidi quoque authenticatam in archiuio Conuentus Rhedonensis, capsula OO. PP.

4 *Confessores etiam seculares ponere, qui &c.*

Leo X. anno 1513. [Omnium & singularum constructarum & construendarum Domorum Ordinis Minimorum Correctoribus, nunc & pro tempore existentibus, deputandi annis singulis sex aut plures Presbyteros idoneos seculares, aut dictarum Domorum Fratres, qui in prædictis (omnium Sanctorum, Assumptionis B. Mariæ, eiusdem Annunciationis, ac Pentecostes) Festiuitatibus, & die præcedenti, in dictis Ecclesiis, eorumdem (pro consequenda indulgentia) confluentium confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis per eos delictis, etiam in singulis casibus Episcopalibus, absolutionis beneficium impẽdere, & pœnitentiam salutarem iniungere; nec

non

non vota quæcunque per eos pro tempore emissa (Religionis, & Castitatis, ac vltramarino, necnon liminum Apostolorum Petri & Pauli, ac S. Iacobi in Compostella, votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat, licentiam & facultatem tenore præsentium concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.] B. Pastoris, 5. apud Confettium, 2. apud Peyrinis.

Idem anno 1518. iisdem. [Correctori dictæ Domus pro tempore existenti, Cõfessores Religiosos dicti Ordinis, qui eosdem Christi Fideles ad eandem Ecclesiam pro huiusmodi indulgentiis consequendis, dictis singulis diebus Dominicis Quadragesimæ cuiuslibet anni, & à medio Quadragessimæ vsque ad octauam Paschæ inclusiuè, etiam cuiuslibet anni, diebus singulis accedentes, eorum confessiones audire, eorúmque confessionibus diligenter auditis, eosdem à quibuscunque casibus, etiam Apostolicæ Sedi reseruatis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) absoluere possint & valeant, deputandi licentiam concedimus, præsentibus perpetuò valituris.] B. Etsi cunctæ, 9. apud Confet. 8. apud Peyrinis.

Ac casus reser... in Bulla Cœnæ.

Tempore Pasch...

Clemens VII. anno 1532. præmissas Leonis X. suprà num. 4. Litteras de nouo extendit ad omnes & singulas ipsius Ordinis Minimorum Domos de nouo fusceptas & fusciendas. Nonobstantibus, &c. Conciliis generalibus, &c. B. Deuotionis, 2. apud Confettium, 3. apud Peyrinis.

Confess... etiam... se... lar... qui C...

CHRISMA.

Vide verbo *Exemptio*, num. 1. *Missionarij*, num. 5.6.8.9.10.11.12. *Ordinatio*, n. 1.2.5.

COMMISSIO.

1 *Exemptio.*

GREGORIVS IX. anno 1236. Minoritis. (Quieti vestræ prouidere volentes authoritate vobis præsentium indulgemus, vt commissiones causarum vel sententiarum executiones à Sede Apostolica vel Delegatis eius, seu à quibuslibet aliis factas vobis, sine vestra non teneamini recipere voluntate: nisi in Literis Apostolicis de concessione huiusmodi mentio habeatur.] B. Quieti, in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 114. Et est 46. apud Wadingum, tom. 1.

2 *Idem.*

Idem anno 1241. iisdem concessit idem, B. Qui postpositâ, in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 116. Et est 2. apud Rodericum, qui ait eam haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi. Et 8. apud Wadingum, tomo 1. qui eam haberi ait in Ordinis archiuio. Idem quoque iisdem Innocentius IV. anno 1243. B. Quieti, 12. apud Rodericum; & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 116. Et anno 1246. Carmelitis

Carmelitis, B. Deuotionis, in Mari magno Carmelitarum, numero 35. Idem etiam Alexander IV. anno 1255. Minoritis, B. Conuenit, 10. apud Rodericum, vbi dicitur esse originaliter in Conuentu Salmanticensi; est etiã 35. apud Wadingum in Reg. tomi 2. & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 119. Et fusiùs adhuc anno 1258. B. Virtute conspicuos, 98. apud Wadingum in Reg. tomi 2. ex autographo sub plumbo. Clemens IV. anno 1265. Minoribus illa omnia & alia fusè (veluti quòd ad recipiendam curam Monialium, vel ad audiendum confessiones earum, compelli non possint, &c.) concedit. B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherubinum. Quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Quæ & extat confirmata per Ioannem XXIII. anno. 1410. Bullâ, Sacra vestra, 5. apud Wadingum in Reg, tomi 5. ex Reg. Vat. libro 1. anni 1. folio 176. Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis idem concedit, complectendo quoque curam Monialiũ. B. Etsi cunctos, 1. apud Cherubinum, §. 25. Quam Eugenius IV. an. 1434. ex certa scientia confirmauit. B. Ad decorem, 18. apud Rodericum. Item Gregorius XI. an. 1374. Prædicatoribus, B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherubinum, §. 14. Quæ & includitur in Mari magno Prædicatorum, & ibidẽ ex certa scientia innouantur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. anno 1443. Bullâ,

Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Idem quoque quod num. 1. concessit Benedictinis Valli soletanis Martinus V. anno 1430. B. In decore, 4. apud Rodericum. Idem Eugenius IV. an. 1434. Benedictionis Congregationis S. Iustinæ, seu Cassinensis, B. Etsi ex debito, 7. apud Rodericum. Et anno 1436. B. Regularem, 9. apud Cherub. & Roder. §. 13. Idem Sixtus IV. ann. 1476. Carmelitis, vbi recensetur fusè quælibet onera, veluti ad visitandum Moniales, audiendum earum confessiones, &c. & quascunque causarum expiditiones commissas, etiam à Legatis, Patriarchis, &c. In Mari magno Carmelitar. §. 88. Eadem quoque eodem anno Canonicis Regularibus S. Aug. Congregat. Later. B. Dum ad vniuersos 10. apud Cherub. § 19. Idem Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis, in eorum Mari magno, §. 60. Idem Iulius II. an. 1506. Minimis, in eorum Mari magno, §. 9. Et ann. 1507. Benedictinis Congregat. Montis Oliueti. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherubin. §. 24. Et anno 1512. Canonicis Regularibus S. Aug. Congreg. Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 32. Idem Leo X. an 1513. Camaldulēsibus, B. Etsi à summo, 2. apud Cherubinum, §. 26. Idem Paulus III. an. 1459. Societati Iesv, B. Licet debitum, 48. apud Cherubinum, 8. apud Rodericum, §. 21.

COMMVNICATIO DIRECTA Priuilegiorum Ordinum non Mendicantium tantùm.

Vide verbo *Communicatio Priuilegiorum Mendicanicum*, num. 2.

IOANNES XXIII. anno primo sui Pontificatus, concedit Militibus Christi, Priuilegia, Indulgentias, &c. Militum de Calatraua. Bullâ, Ad ea; quæ est eorum institutio. 1 *Militibus Christi.*

Nicolaus V. anno 1450. Omnibus Congregationis Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris Lateranensis Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, locis & personis præsentibus & futuris, communicat omnia Priuilegia, gratias, &c. concessa & concedenda ipsi Basilicæ Sancti Saluatoris Lateranensis, eiúsque suppositis. B. Ex prouisione, in eorum Priuilegiis, pag. 330. 2 *Canonicis Reg. S. Saluat. Lateran. Etiam de concedendis.*

Sixtus IV. anno 1476. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Lateranensis, communicat pariformiter omnia Priuilegia, Indulgentias, &c. concessa Benedictinis Congregationis Sanctæ Iustinæ, seu Cassinensis. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §. 32. Vbi valdè notandum est, in ea 3 *Iisdem.*

quoque renouari alteram eiusdem Sixti IV. Constitutionem, quæ incipit, *Regimini*, & est in eorum Priuilegiis pag. 342. qua iisdem licet exclusis iam à Basilica Lateranensi, renouatur tamen concessio Nicolai V. suprà numer. 2. & statuitur eos posse & debere frui, eorúmque Ecclesias, &c. omnibus Priuilegiis, gratiis, &c. quibus ante hanc suam exclusionem. Porrò dictam Sixti IV. Constitutionem, provt præcedentium huiusmodi renouatiuam confirmat ex professio Paulus III. anno 1541. Bullâ, Dudum nos, in eorum Priuilegiis, pag. 487.

4 *Fratribus Hospitalis S. Spiritus in Saxia.*

Idem anno 1483. Fratribus Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia, communicat Priuilegia, &c. concessa Benedictinis Congregationis, Sanctæ Iustinæ, seu Cassin. B. Religionis, 22. apud Cherubinum.

5 *Benedictinis Vallis Vmbrosæ etiam deconcedendis.*

Iulius II. anno 1507. Benedictinis Congregationis Vallis Vmbrosæ communicat omnia Priuilegia, Indulgentias, &c. concessa & concedenda, Benedictinorum Congregationi Cassinensi. B. Militantis, 13. apud Cherubinum.

6 *Militibus de Calatrana.*

Idem anno 1508. Militibus de Calatraua concedit omnia Priuilegia concessa Ordini Cistercienſi, quatenus in vsu. B. Romani Pontificis, 16. apud Cherubinum, 5. in eorum Priuilegiis.

7 *Militibus de Alcantara. Etiam concedenda.*

Leo X. anno 1521. Militibus de Alcantara communicauit omnia Priuilegia, Indulgentias, &c. concessa & concedenda Monachis eiusdem Ordinis Cistercienſis, vassallis, Ecclesiis, illas visitantibus, &c. B. in Apostolicæ

licæ, 44. apud Cherubinum, 3. in eorum Priuilegiis.

Clemens VII. anno 1524. Theatinis communicauit omnia priuilegia conceſſa & concedenda Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini Congregationis Lateranenſis. B. Exponi nobis, 11. apud Cherub. 8 *Theatinis.* *Etiam concedenda.*

Paulus III. anno 1535. Clericis Regularibus Sancti Pauli communicauit priuilegia, Indulgentias, &c. conceſſa & concedenda Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini Congregationis Lateranenſis, ac perſonis & locis eorum. Bullâ, Dudum felicis, 5. apud Cherubinum. 9 *Clericis Reg. S. Pauli decollati.* *Etiam concedenda.*

Pius IV. anno 1565. Fratribus Militibus S. Lazari Hieroſolymitani communicat priuilegia, gratias, &c. conceſſa & concedenda Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Sancti Iacobi de Spatha, Sancti Stephani Militiis, ac Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & Sancti Antonij Viennenſis Hoſpitalibus; dummodo Concilio Tridentino non repugnent, & iuribus alterius non præiudicent. Et Indulgentias conceſſas & concedendas eidem Sancti Spiritus Hoſpitali. B. Inter aſſiduas, 95. apud Cherubinum, §. 165. 167. 10 *Militibus S. Lazari.* *Etiam concedenda.*

Pius V. anno 1567. iiſdem idipſum, & citrà Indulgentias quæſtuarias. B. Sicuti bonus, 28. apud Cherub. §. 69. 11 *Iiſdem.* *Etiam de concedendis.*

Gregorius XIII. anno 1575. declarat omnia priuilegia, Indulgentias, &c. Militibus Sancti Iacobi, & de Calatraua, & de Alcantara, in Regnis Caſtellæ & Legionis, conceſſa 12 *Militibus S. Iacobi de Spatha, &*

Militibus ... de Auis ... concedenda.

& concedenda, æquè pertinere ad Milites eiusdem Sancti Iacobi, & de Auis, in Regnis Portugalliæ & Algarbiorum. B. Ex Apostolicæ, 2. in Priuilegiis Militum de Auis.

13 *Eremitis S. Basilij.*

Idem anno 1577. Fratribus Eremitis Prouinciæ Hispaniarum Ordinis Sancti Basilij, communicat omnia Priuilegia, &c. concessa Ordini Sancti Basilij, necnon Congregationi Montis Cassinensis, quatenus vsu recepta sint, & Concilio Tridentino, aliisque sacris Canonibus & ipsius Ordinis Sancti Basilij institutis non aduersentur. Bullâ, Cogit. 11. apud Rodericum, & 46. apud Cherubinum.

14 *Canonicis Lateran. Etiam de concedendis.*

Gregorius XV. annn 1622. Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis communicat Priuilegia, gratias & indulta concessa & concedenda Congregationibus Cassinensi, & Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris. Bullâ, Iniuncti, trecentisima octogesimaquinta in Bullario Cassinensi.

COMMVNICATIO PRIVILEGIORVM Mendicantium Ordinum directè, & cæterorum consequenter.

Vide verbo *Indulgentia concessa extraneis &c.* num.20. *Moniales*, per totum. *Tertiarij*, n.8. 9.15.16.17.18.21.22.24.26.28.30.

BONIFACIVS IX. anno 1392. Seruitis. [Omnes libertates, immunitates, Priuilegia, ac Indulgentias, venerandis Domibus Ordinis Fratrum Eremitarum Ordinis S.Augustᵢ. ab Apostolica Sede concessa, Domibus vestris concedimus, & vt eis vtamini liberè sicut illi, vobis authoritate præsentium indulgemus.] B.Sacra vestra, in Mari magno Seruit.num.17. 1 *Seruitis.*

Gregorius XII. anno 1408. Canonicis Regularibus S. Augustᵢ. Congregationis S.Saluatoris, concedit vt gaudeant omnibus Priuilegiis, Indulgentiis, gratiis, exemptionibus, & libertatibus, concessis Ordini Eremitarum S. Augustᵢ. & cæteris Canonicis Regularibus. B. Excitat nostræ, 2. apud Cherubinum, §.7. 2 *Canonicis Reg. S. Augustᵢ. Congreg. S.Sal.*

Martinus V. anno 1425. Seruitis idem concessit quod suprà num.1. B. Iniunctum nobis, in Mari magno Seru.num.27. 3 *Seruitis.*

Sixtus IV. anno 1474. Minimis concessit, vt omnibus & singulis Priuilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, quibus Fratres S.Franciſci, cæterique Mendican- 4 *Minimis.*

tes fruebantur & vtebantur, frui & vti posset. B. Sedes Apostolica, 5. apud Cherubinum, 13. apud Confettium, & 2. apud Peyrinis.

5 *Minoritis & Prædicatoribus.*

Idem eodem anno, mutuam inter Fratres Minores & Prædicatores communicationem Priuilegiorum eò vsque concessorum instituit. In Mari magno Minorum, §. 16. & in Mari magno Prædicat. §. 14.

6 *Erem. S. Aug.*

Idem eodem anno, Eremitis S. Aug. communicauit Prædicatorum & Minorum omnia priuilegia, Indulgentias, &c. sine vlla differentia, perinde ac si &c. In Mari magno Erem. S. Aug. §. 52.

7 *Carmelitis.*

Idem anno 1476. Carmelitis, omnia priuilegia Prædicatorum, Minorum, & Eremitarū S. August. eodem tenore communicauit; & mandauit vt dum priuilegiorum prædictorum originales Litteræ aut transumpta authentica pro parte Carmelitarum exhiberentur, eadem fides indubia adhibeatur, tam in iudicio, quàm extra iudicium, ac si eis fuissent immediatè concessa. In Mari magno Carm. §. 105.

8 *Prædicatoribus & Minoribus.*

Idem an. 1479. eodem prorsus tenore Prædicatoribus & Minoribus communicauit priuilegia, Indulgentias, &c. concessa Eremitis S. August. Carmelitis, & Seruitis. B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherubinum, 2. apud Confettium, 4. apud Peyrinis, 20. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi. Extat & in Spec. Minorum tract. 2. fol. 67. & apud. Wadingum in annal. tom. 7. anno 1479. num. 6. pag. 63. Vocatur Bulla Aurea.

Innocentius

Innocentius VIII. anno 1486. pro Eremitis S. Augustᵢ decreuit quòd omnia priuilegia vni Congregationem suarum concessa, vel quæ concedi contingeret in futurum, alteri earundem Congregationum, & è contra, suffragentur sine vlla differentia, ac si &c. B. Vacantibus, 2. apud Confettium; & 3. in eorum Bullario, ex Transumpto Auditoris Cameræ, Romæ asseruato sub Eugenio IV. num. 3. Sed & Iulius II. anno 1507. omnia concessa Eremitis S. Augustini Regularis Obseruantiæ, extendit ad totum Ordinem. B. Dum fructus, 19 apud Rodericum, 2. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch. Romæ num. 1. Qui idem anno 1512. singula priuilegia cuiuslibet Monasterij vniti & vniendi Congregationi S. Saluatoris Canonicorum Regularium S. Augustᵢ extendit ad cætera omnia. B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 3. Minoritis quoque de Obseruantia, reperiuntur sæpè Pontifices concessisse mutuam inter Citramontanos & Vltramontanos communicationem priuilegiorũ, tam anteà concessorum, quàm concedendorum deinceps. Veluti Iulius II. B. Exponi nobis, 2. apud Roder. Imò etiam Leo X. anno 1517. priuilegia Minoritis de Obseruantia, & Conuentualibus eatenus concessa, communicat inuicem. B. Omnipotens, 3. apud Confettium, 2. apud Roder. Quin etiam, quòd omnia priuilegia, indulgẽtiæ &c. vni aut pluribus Domibus Ordinis in genere concessa, & in posterum concedenda, omnibus & singulis aliis Domibus & Fratribus eiusdem Ordinis essent

9 *Concessa, & concedenda, vni Congregationi vel Domui, sunt communia cæteris.*

essent & intelligerentur esse concessa; statuit pro Minimis Iulius II. B. Dudum, infrà num. 14. & B. Aliàs, infrà num. 15. in qua idem intelligendum esse vult de Domibus etiam in posterum construendis. Et pro Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, anno 1507. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherbinum, §. 3. Et Clemens VII. pro iisdem Minimis, anno 1532. B. Deuotionis, 2. apud Confettium, 3. apud Peyrinis, quæ ad id vnicè data fuit.

Item Paulus III. an. 1573. Congregationi Cassinensi confirmat ex certa scientia quod refert fuisse motu proprio concessum ab Alexandro VI. [Cuiusvis particularis Monasterij ipsius Congregationis priuilegia, toti Congregationi prædictæ, & illius particularibus Monasteriis communia esse, & ad illa extensa, ac extendi debere decreuit, prout etiam extendit.] B. Benignitas, 15. apud Cherub. Item Clemens VIII. an. 1592. Congregationi Vallisoletanæ Ordinis S. Benedicti; confirmans ex certa scientia omnia priuilegia, facultates, & gratias spirituales, dicto Ordini, Monasteriis, locis, &c. concessa, & eadem de nouo concedens, adiicit: [Et de vno eorum Monasterio ad aliud concedendo sine vlla differentia extendimus.] Postmodùm in specie concessa Monasterio Beatæ Mariæ de Monte Serrato eiusdem Ordinis & Congregationis, etiam si talia forent quæ specialem & indiuiduam requirerent mentionem, cæteris ac singulis eiusdem Obseruantiæ Monasteriis virorum ac mulierum

lierum concedit & communicat. B.Romanus, 23. apud Rodericum. Idem an.1593. Priuilegia, facultates, gratiásque spirituales & temporales, Ordinis Præmonstratensis personis vtriusque sexus, concessa, ex certa scientia confirmans, ac de nouo concedens, adiicit pariter: [Et de vno eorum Monasterio ad aliud concedendo sine vlla differentia extendimus.] B. Romanus, 21. apud Rodericum. Idem an.1601. confirmans omnia priuilegia, facultates, gratias, fauores, indulta, &c. tam spiritualia, quàm temporalia, Ordini S. Hieronymi Hispanorum, etiam per modum communicationis, & illius Ecclesiis, locis, personis vtriusque sexus, &c. concessa, adiicit: [Ac illa omnia & singula de vno ad aliud Monasterium eiusdem Ordinis extendimus, ac adinuicem & vicissim communicamus, perinde ac si cuique illorum nominatim concessa extitissent.] B. In supremo, 20. apud Rodericum.

Idem Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis communicat omnes gratias, Indulgentias &c. Eremitis S. Augustin. concessas, & concedendas. In eorum Mari magno §. 56. Et §. 67. concessas quatuor Mendicantibus. 10 *Seruitis etiam de concedendis.*

Idem anno 1488. Prædicatoribus. [Quia in Bulla Mare magnum nuncupata continetur, quòd Fratres Prædicatores & Moniales sub eorum cura degentes, gaudeant & gaudere possint perpetuis futuris temporibus, omnibus & singulis Priuilegiis & gratiis Fratribus Ordinis Minorum concessis, & à nonnullis vertitur in dubium, an hoc intelligatur de gratiis 11 *Prædicatoribus.* *Etiam de gratiis concedendis.*

tempore

tempore dictæ Bullæ conceſſis, vel ex tunc in anteà concedendis, authoritate & tenore præmiſſis declaramus, illud etiam intelligi debere de gratiis ex tunc concedendis, &c.] B. Sacræ Religionis, 3. apud Roder.

12 *Minoribus.* Alexander VI. anno 1501. Minoritis conceſſit omnes gratias, Priuilegia &c. Prædicatorum, Erem. S. Auguſt. Carmelitarum, & omnium aliorum Mendicantium. B. Sacræ Religionis, 9. apud Roder. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 77.

13 *Iiſdem. Etiam de tractatis.* Iulius II. anno 1504. Minoritis Reg. Obſeruantiæ, communicat omnia Priuilegia, Indulgentias, &c. tam viuæ vocis oraculo, quàm aliàs, conceſſa Fratribus Ord. Prædicatorum Reg. Obſeruantiæ. B. In militantis, 9. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 46.

14 *Minimis.* Idem anno 1506. Minimis. Teſtatur, præter Sixtum IV. etiam Innocentium VIII. & Alexandrum VI. Minimis communicaſſe omnia priuilegia quibuſvis Mendicantium Ordinibus conceſſa & concedenda. Et ſeipſum per priores Litteras idem ipſis conceſſiſſe, cum adiectione, de qua ſuprà num. 7. Quæ omnia eis ibidem de nouo concedit. B. Dudum ad ſacrum, 10. apud Cherub. 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis. *Etiam de concedendis.*

15. *Iiſdem. De concedendis.* Idem anno 1507. iiſdem concedit vt vbivis fruantur ſingulis Priuilegiis, gratiis, & indultis, omnibus quatuor Mendicantibus Ordinibus, & eorum cuilibet, per Sedem Apoſtolicam, ſeu aliàs quomodolibet concedendis. B.

Aliàs

Aliàs venerabilem, 3. apud Confettium, 27. apud Roder. 4. apud Peyrinis.

Idem anno 1508. Eremitis S. Aug. [Confirmamus & Priuilegiorum communionem, quã fœlicis recordationis Sixtus prædeceſſor noſter fecit inter vos, Mendicanteſque alios. Decernimúſque ac volumus quidquid vſque in hunc diẽ Ordini Minorum, aut Prædicatorum, aut Carmelitarum, aut Seruorum, conceſſum ab Apoſtolicâ Sede eſt, & quidquid in futurum concederur, vobis conceſſum eſſe &c.] B. Etſi ad benemerendum, 18. apud Cherub. 20. apud Roder. 11. apud Peyrinis, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch. Romæ, num. 3. 16 *Eremitis S. Aug. De etiam concedendit.*

Idem anno 1509. Prædicatores inter & Minores modum communicationis determinat. [Quòd ea, quæ quoad abſolutionem, diſpenſationem, vel aliàs, ad Priorem Generalem ſeu Magiſtrum Ordinis Prædicatorum ſpectant, ad Miniſtrum vel Vicarium Generalem Fratrum Minorum pertineant; & ea, quæ ad Priores Conuentales, id eſt Prælatos ſingularum Domorum Ordinis Prædicatorum, & eorum Vicarios ſimiliter ſpectant, ad Guardianos & eorum Vicarios Ordinis Minorum; & ea quæ ad Priores, ſeu ad Vicarios vel Superiores Prouinciales, id eſt Prælatos qui medij ſunt, quocunque nomine cenſeantur & vocentur, inter dictum Generalem ſeu Magiſtrum Ordinis & Priores Conuentuales eorúmque Vicarios, ſimili modo ſpectant, ad Miniſtros & Vicarios Prouinciales ac Cuſtodes, qui etiam medij sũt 17 *Communicationis modus declaratur.*

inter

inter Miniſtrum & Vicarium Generalem, & Guardianos eorumque Vicarios, ſimiliter pertineant; & ſicut de poteſtate Prælatorum, ſcilicet de Prælatis ad Prælatos dictum eſt, ita de Congregationibus vnius ad Congregationes alterius Ordinis, & de Fratribus priuatis, id eſt ſine Prælatura, ad Fratres priuatos, & de Feſtiuitatibus ad Feſtiuitates, in his caſibus, in quibus Congregationibus, vel Fratribus priuatis, aut Feſtiuitatibus vnius Ordinis aliquid conceditur, Congregationibus, Fratribus priuatis, ac Feſtiuitatibus alterius Ordinis, nunc & pro tempore reſpectiuè conceſſa intelligãtur. Ita quòd ea quæ in honorum Sanctorum Dominici, Petri Matyris, Thomæ de Aquino, Catharinæ de Senis, Fratribus vel locis Prædicatorum ſunt conceſſa, omnia illa Fratribus Minoribus præfatis, eórumque locis, in Feſtiuitatibus Sanctorum Franciſci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, quinque Martyrũ dicti Ordinis qui apud Marrochium Martyrij coronam adepti ſunt, & Sanctæ Clarę, & in aliis Feſtiuitatibus dicti Ordinis Minorum, licet ſint in maiori numero quàm feſta Prædicatorum, ſint & intelligantur conceſſa, ad tollendam quamcunque hæſitationem, & inde fortè ortum ſcrupulum, authoritate & tenore præfatis declaramus.] B. Aliàs ad ſupplicationem, 8. apud Confettium, 12. apud Peyrinis, 18. apud Rodericum.

18 *Extenditur ad viuæ vocis oracula.*

Idem anno eodem, Eremitis vniuerſis Sancti Auguſtini. [Decernimus communicationem Priuilegiorum aliorum Mendicantium Ordinum

Ordinum ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis oraculo ab illis impetrata, aut in genere donata sunt, volentes vt quidquid alicui eorundem, & hoc modo, aut quouis alio concessum est hactenus, aut in posterum concederur, siue Conuentualibus, siue Obseruantibus nuncupatis, id omne motu proprio & certa scientia vobis esse concessum.] B. Religionem vestram, 5. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch: Romæ, num. 5. & refertur nomine viuæ vocis Oraculi apud Rodericum post Bullam 22. *Etiam de concedendis.*

Leo X. anno 1514. Minoritis communicat omnia Priuilegia, gratias, &c. omnibus Mendicantibus concessa. B. Affectu, 8. apud Rodericum. 19 *Minoritis.*

Idem anno 1516. Fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede concessit omnia Priuilegia, &c. Mendicantibus Ordinibus concessa. Bullâ, Dum grata Deo, in Appendice Bullarij Cherubini impressi Lugduni. 20 *Fratribus B. M. de Mercede.*

Idem anno 1518. Prædicatoribus communicat omnia Priuilegia, Indulgentias, &c. concessa & concedenda Ordinibus Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum Seruorum Beatæ Mariæ, ac Minimorum, eorum Ecclesiis, Tertiariis, &c. cum facultate vtendi Litteris eorum, ac ſ, &c. B. Cùm inter cæteros, 33. apud Rodericum. 21 *Prædicatoribus. Etiam de concedendis.*

Idem anno 1519. communicauit inuicem omnia Priuilegia, Indulgentias, &c. concessa & concedenda, Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarũ, 22 *Mendicantibus omnibus inuicem*

Etiam de concedendis. Seruorum B. Mariæ, ac Minimorum Ordinibus, personis, Monialibus, Tertiariis, Benefactoribus, Ecclesiis, eas visitantibus, &c. B. Dudum per nos accepto, 32. apud Cherubinum. 18. Confettium, 30. apud Rodericum, 25. apud Peyrinis.

23 *Minoritis.* Idem, instante ac restante Francisco Cardinali Surrentino, anno 1517. concessit, [quòd sicut Moniales Sanctæ Claræ gaudent priuilegiis ipsorum Fratrum Minorum, ita etiam ipsi Fratres gaudeant & vti possint priuilegiis ipsarum Monialium, quæ sub cura ipsorum sunt duntaxat, & in spiritualibus tantùm.] Viuæ vocis oraculum 38. apud Rodericum.

24 *Ordini Ss. Trinitatis.* Adrianus VI. anno 1522. post Leonem X. anno 1520. Ordini Sanctissimæ Trinitatis communicauit omnia Priuilegia, Indulgentias &c. etiam viuæ vocis oraculo concessa quatuor Mendicantium Ordinibus. B. Rationi congruit, 4. apud Roderic.

Etiam oraculo.

25 *Tertiariis S. Francisci.* Clemens VII. anno 1526. Fratribus & Sororibus Tertij Ordinis Sancti Francisci, siue in communi viuentibus, siue Eremitis, siue etiam coniugatis & in seculo viuentibus, ipsorum personis, domibus, bonis, &c. communicauit æquè principaliter omnia Priuilegia, Indulgentias, &c. concessa & concedenda quomodolibet quibusvis Mendicantium Ordinibus. B. Ad vberes fructus, 5. apud Rodericum.

Etiam de concedendis.

26 *Carmelitis.* Idem anno 1530. Carmelitis confirmat priuilegiorum quam habebant communicationem. B. Ex Clementi, 31. apud Cherubinū, 5. apud

5. apud Confettium, 11. apud Rodericum.

Idem anno 1552. Iesuatis Sancti Hieronymi communicauit omnia Priuilegia, indulgentias, &c. concessa & concedenda, quomodolibet, etiam communicatiuè, Eremitis Sancti Augustini. B. Sacræ Religionis, 36. apud Cherubinum, 27 *Iesuatis. Etiam de concedendis.*

Paulus III. anno 1535. Hieronymitis de Pisis communicat omnia priuilegia, gratias, &c. concessa & concedenda Eremitis Sancti Augustini, & ipsorum Congregationibus, locis seu Domibus & Fratribus. B. Pastoralis, inter Bullas impressas cum ipsorum Statutis Romæ anno 1573. 28 *Hieronymitis de Pisis. Etiam de concedendis.*

Idem anno 1540. Minimis supra facta communicationes confirmauit ex certa scientia, &c. B. Regimini, 1. apud Peyrinis. 29 *Minimis, Etiam de concedendis.*

Pius V. anno 1567. priuilegia, gratias, &c. Mendicantibus concessa, communicat Congregationibus Cassinensi, Montis Oliueti, Cistercienſi, Carthusienſi, Camaldulenſi, Vallis Vmbrosæ, Lateranenſi, Sancti Saluatoris, Sanctæ Crucis Conimbricenſis, Sancti Hieronymi Hispaniarum, ac militiæ Iesu Christi Reformatorum Portugalliæ. B. Ex supernæ, 359. in Bullario Cassinensi, & post 41. apud Cherubinum. 30 *Diuersis.*

Gregorius XIII. anno 1577. recitat, & confirmat, quod Sixtus IV. omnium Mendicantium indulgentias, ad Carmelitas, & alias perpersonas (intuitu eorum) extendit, ac si nominatim illis concessæ fuissent. Bullâ, Vt laudes, quinta in Appendice Roderici, & habe- 31 *Carmelitis.*

tur sub plumbo in Conuentu Andegauensi Carmelitarum.

32 *Carmelitis Discalceat.*

Idem anno 1580. Carmelitis Discalceatis communicat priuilegia, &c. totius Ordinis Carmelitarum; decretis Tridentini, Constitutionibus Apostolicis, ac primitiuæ regulæ, & instituto eorum, & præsentibus Litteris non contraria. Bullâ, Pia consideratione, sexagesima quarta apud Cherubinum, & tertia in Appendice Roderici, vbi dicitur esse authentica in Conuentu Bruxellensi Carmelitar. Discal.

33 *Iisdem.*

Sixtus V. anno 1586. Carmelitis Discalceatis confirmat totam Constitutionem numero trigesimo secundo suprà recensitam. Bullâ, Quæ à prædecessoribus, sexta in Appendice Roderici, dicitur haberi authentica in Con-Conuentu Bruxellensi Carmelitarum Discalceatorum.

34 *Minoritis. Conuentualibus reformatis.*

Idem anno 1587. Minoritis Conuentualibus reformatis communicat priuilegia, &c. concessa & concedenda cæteritis Minoritis Conuentualibus. Bullâ, Apostolici, sexagesima octaua apud Cherubinum.

35 *Carmelitis Discalceat.*

Etiam concedenda.

Clemens VIII. anno 1593. Carmelitis Discalceatis communicat priuilegia, &c. concessa & concedenda toti Ordini Carmelitarum, dummodo primitiuæ regulæ & Ordinis Cõstitutionibus, Regularique obseruantiæ non repugnent. Bullâ, Pastoralis, decima tertia in Appendice Roderici, 25. apud Cherubinum.

36 *Congregationis somasc.*

Paulus V. anno 1607. Congregationi Clericorum Regularium Somascæ, communicat & concedit priuilegia, &c. (excepta exemptiona

ptione à iurisdictione Ordinariorum) quibusvis Mendicantium Ordinum Congregationibus, etiam per modum communicationis concessa, & concedenda, quæ pro expressis habet etiamsi talia sint & forent, quæ specialem & individuam requirerent mentionem; quatenus sint in vsu, nec reuocata, ac sacris Canonibus & Concilij Tridentini decretis non aduersentur. Bullâ, Ex quo, 37. apud Cherubinum.

Etiam de concedendis.

Idem anno 1609. Fratribus Reformatis Discalceatis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, communicat priuilegia, &c. Mendicantibus Ordinibus quomodolibet etiam per communicationem concessa, quorum tenores habet pro expressis, quoad ea quæ institutis eorum non repugnant. B. Ecclesiæ, 60. apud Cherubinum. 37

Discalceatis Ss. Trinitatis.

Gregorius XV. anno 1622. Discalceatis Eremitis Sancti Augustini concedit priuilegia, &c. concessa Calceatis Eremitis eiusdem Ordinis. B. Ad sacram, 4. in eorum Bullario, 36. apud Cherubinum. 38

Discalceatis S. Aug.

Idem eodem anno Clericis Regularibus Scholarum Piarum communicat priuilegia, &c. concessa & concedenda Ordinibus Mendicantium, etiam per viam communicationis; quatenus in vsu, nec reuocata, &c. B. Ad vberes, post 14. apud Cherubinum. 39

Clericis Regularibus Scholarum Piarum.

Vrbanus VIII. anno 1628. Ordini B. M. de Mercede factam priuilegiorum communicationem (vide numero 20. suprà) confirmauit. Bullâ, Ex clementi, 94. apud Cherubinum. 40

Ordini B. Mariæ de Mercede.

COMMVNICATIO DIRECTA Priuilegiorum Ordinum Mendicantium simul & non Mendicantium.

Vide verbo *Communicatio Priuilegiorum Mendicantium*, num,2.

1 *Eremitis S. Aug.*

ALEXANDER VI. anno 1494. Eremitis S.Augustini concedit vt gaudeant priuilegiis, Indulgentiis &c. Omnium cuiuscumque Obseruantiæ Religiosorum,locorum &c.quibus concessum est gaudere priuilegiis eorumdem Eremitarum, B.Sactæ Religionis,12. apud Roder.

2 *Iisdem.*

Iulius II. anno 1507. confirmat iisdem factam communicationem quarumcunque gratiarum aliorum ordinum. B. Dum fructus vberes, 19. apud Rodericum , & 2. in eorum Bullario , ex orig. in Ordinis archiuio Romæ,num.2.

3 *Iisdem.*

Idem anno 1508. iisdem idipsum.B. Nihil est, 22. apud Roder. & 4. in eorum Bullario, ex origin. in Ordinis archiuio Romæ, numero 4.

4 *Canonicis Regul. S. Aug. Congr. S. Salu.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularib.S. Augustt. Congregationis S. Saluatoris, communicat omnia Priuilegia concessa & concedenda Ordini Canonicorum Regularium S. Aug.& Congregationi Lateranensi, Ordini-

busqua

búsque Eremitarum, Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, & Seruorum B. Mariæ, & Benedictinis Congregationis Cassinensis & aliis Congregationibus quibus concessum exitit gaudere priuilegis præfatæ Congregationis S. Salu. B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 6. *Etiam concedenda.*

5 *Eremitis S. Aug.*

Leo X. anno 2513. Eremitis S. Augustini. [Communicationē priuilegiorum cum aliis Ordinibus omnibus firmamus &c.] B. In rerum, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch. Rom. num. 3.

6 *Iisdem.*

Idem anno 1514. Iisdem idipsum. B. Licet sponte: 4. apud Confettium, 10. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch. Romæ, num. 10.

7 *Ordinibus S. Francisci.*

Clemens VII. anno 1525. Ordinibus S. Francisci, & illorum personis, Ecclesiis, locis &c. communicat pariformiter omnia priuilegia, indulgentias, &c. concessa & concedenda quomodolibet quibusvis Congregationibus eorundem & aliorum Ordinum, siue Mendicantium, siue non Mendicantium, quatenus non sint contraria suæ professioni regularis obseruantiæ. B. Dum fructus vberes, 7. apud Confettium, 2. apud Rodericum, *Etiam concedenda.*

8 *Monialibus B. Mariæ Magdalenæ.*

Idem eodem anno Monasterio Monialium B. Mariæ Magdalenæ, idipsum concessit. B. Cum ex corpore, 14. apud Cherub.

9 *Capucinis. Etiam de concedend.*

Idem anno 1528. Capucinis communicauit æquè principaliter omnia priuilegia, indulta, & gratias, concessa & concedenda quomolibet Minoritis & Camaldulensibus S. Romualdi. B. Religionis, 21. apud Cherubinum

binum & apud Bouerium, tomo 1. annal. anno 1528. num. 4. pag. 94.

10 *Camaldulensibus.*

Idem anno 1529. Camaldulensibus S. Romualdi communicauit omnia priuilegia, indulgentias &c. concessa & concedenda omnibus & singulis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Monasteriis, sub approbatis Regulis degentibus, seu militãtibus, & eorum personis, Ecclesiis, bonis, Benefactoribus, Oblatis, &c. quomodolibet, etiam viuæ vocis oraculo, tam in communi, quàm in particulari &c. æque principaliter &c. exceptis his quæ essent contra eorum constitutiones approbatas, ac ordinationes & declarationes capitulares factas & pro tempore faciendas. B. Inter multiplices curas, apud Bouerium in regesto tomi 1. annalium, pag. 970. Et authenticatur à Paulo III. anno 1534. B. Rationi congruit, 1. apud Cherubinum, & Bouerium cit. p. 977.

Etiam concedenda & oraculo.

11 *Carmelitis.*

Idem anno 1530. Carmelitis. [Ipsos Fratres, Moniales, Sorores, personas, Monasteria, Domos, & Ecclesias, & alia loca huiusmodi, omnibus & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, indulgentiis (citra tamen plenarias) peccatorum remissionibus, & gratiis, quibusvis Congregationibus dicti, & aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, Fratribus & personis, ac Confraternitatibus, suæ professioni non contrariis, aliisque Ordinibus quibuscumque etiam non Mendicantium, quomodolibet concessis & concedendis in genere, vti, frui, & gaudere posse atque debere, in omnibus & per omnia, perinde

Etiam concedenda.

ac

ac si eis concessa fuissent, decernimus. Necnó potiori pro cautela, ea omnia etiam de nouo concedimus.] B. Ex Clementi, 31. apud Cherubinum, 5. apud Confettium, 11. apud Rodericum, & 2. in Appendice recentioris editionis, vbi dicitur esse authentica in Conuentu Bruxellensi Carmelitarum Discalceatorum.

Idem eodem anno Eremitis S. Augustini æquè principaliter communicat omnia priuilegia, gratias, &c. concessa & concedenda, quomodolibet, etiam viuæ vocis oraculo, singulis Mendicantium, etiam de Obseruantia nuncupatorum, & aliorum quorumcunque Ordinum Congregationibus, personis, Confraternitatibus, Ecclesiis, Oblatis, Mantellatis &c. B. Romanus Pontifex, 1. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch. Romæ; & habetur apud Confettium post Bullam Pauli IV. 12 *Erem. S. Aug.* *Etiam concedenda & oracula.*

Idem anno 1533. Theatinis communicauit omnia priuilegia, indulgentias &c. concessa & concedenda quomodolibet, etiam communicatiuè, in specie vel in genere, quorumvis, etiam Cistercienſium, & Cluniacenſium, Monachis, & aliorum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinum Fratribus. B. Dudum pro parte, 38. apud Cherub. 13 *Theatinis.* *Etiam concedend.*

Paulus III. anno 1536. Capucinis confirmauit quod suprà num. 9. B. Cum sicut nobis, apud Bouerium, in regesto tomi 1. annalium, pag. 986. Et B. exponi nobis, 11. apud Cherub. & apud Bouerium in annal. tom. 1. anno 1536. num. 33. pag. 221. 14 *Capucinis.* *Etiam concedenda.*

Idem anno 1549. Carmelitis, confirmauit 15 *Carmelitis*

in

in specie Litteras Clementis VII. præmissas num. 11. B. Dum à nobis, apud P. Iustinum, ex authentico Romæ in Ordinis Archiuio.

Etiam concedenda.

16 *Ordinibus S. Francisci. Etiam concedenda*

Iulius III. anno 1550. ex certa scientia confirmat priuilegiorum, indulgẽtiarum &c. communicationem factam Ordini Minorum, S. Claræ, & de Pœnitentia. B. Dum regularis, 2. apud Roder.

17 *Ordinibus S. Dominici. Etiam concedenda & oracula.*

Idem anno 1551. Ordinibus Prædicatorum, Monialium, & de Pœnitentia S. Dominici, communicat omnia priuilegia, & gratias, quorumcunque Mendicantium & aliorum Ordinum personis, Ecclesiis, Oblatis, Corrigiatis, Mantellatis, Tertiariis vtriusque sexus &c. concessa & concedenda quomodolibet, etiam viuæ vocis oraculo &c. B. In sacra, 3. apud Rodericum.

18 *A Superioribus communicatio fit inferioribus.*

Idem anno 1552. Generali Societatis IESV. [Præpositis quoque inferioribus, à te & pro tempore existenti Præpositio Generali, vel etiam Prouincialibus, præsertim in locis Indiarum, & aliis remotis partibus, pro tempore deputatis, vt ipsi quæcunque gratias, facultates, concessiones, & indulta eis per te & eundem Præpositum Generalem, vel Prouincialem, pro tempore existentes, communicata & concessa, quibusvis aliis personis de Societate huiusmodi professis eis benè visis, quoties eis videbitur, de tua tamen, & Præpositorum Generaliũ pro tempore existentiũ licentia, communicare & concedere possint. B. Sacræ, in Litteris, Apostolicis Societatis, pag. 77.

19 *Ordinibus S. Francisci.*

Paulus IV. anno 1555. tribus Ordinibus S.

S. Franciſci, communicationem priuilegiorum inter ſe & cum aliis Mendicantibus, & non Mendicantibus, approbat & innouat. B. Ex Clementi, 1. apud Cherubinum, Confettium & Roder.

20 *Theatinis. Etiam concedenda.*

Idem eodem anno Theatinis communicauit omnia priuilegia, indulgentias &c. conceſſa & concedenda Societati Iesv. Provt teſtatur Pius V. B. Ad immarceſcibilem, 31. apud Cherubinum, §. 14.

21 *Capucinis. Etiam concedenda.*

Pius IV. anno 1560. Capucinis confirmat communicationem de qua num. 9. & 14. B. Paſtoralis, apud Bouerium, tom. 1. annal. anno 1560. num. 2. pag. 567.

22 *Ordinibus S. Franciſci. Etiam concedenda.*

Idem anno 1561. Tribus Ordinibus S. Franciſci, vt num. 18. B. Ex Clementi, 2. apud Rodericum.

Pius V. anno 1567. Theatinis confirmat quod ſuprà num. 20. B. Ad immarceſcibilem, 31. apud Cherub. §. 15.

23 *Theatinis. Etiam concedenda.*

Idem eodem anno pro omnibus Mendicantibus. Confirmat communicationem actiuam & paſſiuam, inter ſe & alios quoſcunque Ordines reſpectiuè, & de nouo concedit. B. Etſi Mendicantium, 41. apud Cherubinum, 7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonenſium.

24 *Omnibus Mendicantibus*

25 *Canonicis S. Aug. Benedictinis, Ciſtercienſibus, Carthuſian. &c.*

Idem eodem anno, illud idem extendit Canonicis Regular. S. Aug. Congregationum Lateran. & S. Saluat. ac S. Crucis Conimbricenſis; & Monachis S. Benedicti, Congregationum Caſſinenſis, Montis Qliueti, & Vallis

Vmbrosæ, Cistercien sibus, Carrhusien sibus, Fratribus Sancti Hieronymi Hispaniarum, Camaldulen sibus, & Fratribus Militiæ Iesv Christi Reformatis nuncupatis Regni Portugalliæ: sed excipit contributionem ratione seminariorum, & subsidiorum Apostolicâ authoritate pro tempore imposito rũ, ac quæstuationem eleemosynarum. B. Ex supernæ, apud Cherubin. post prædictam 41.

26 *Minimis.* Idem eodem anno, ad Minimos idipsum extendit. B. Apostolicæ, 49. apud Cherubinum, 1. apud Confett. 20. apud Roderic. 3. apud Peyginis.

27 *Fratribus S. Hieron. Iesuatis.* Idem eodem anno, ad Fratres Sancti Hieronymi Iesuatos idipsum extendit. B. Romanus, 50. apud Cherubinum, 21. apud Roderic.

28 *Canonicis S. Georgij in Alga. Etiam concedenda.* Idem anno 1569 Canonicis Congregationis Sancti Georgij in Alga Venetiarum, communicauit priuilegia, gratias, &c. concessa & concedenda quibusvis Ordinibus & Religionibus, etiam Fratrum Mendicantium: Bullâ, Ex incumbenti 92. apud Cherub.

29 *Hieronymitis de Pisis.* Idem anno 1571. ad Hieronymitas Congregationis Beati Petri de Pisis extendit quod suprà num. 24. B. Religionis, 125. apud Cherubinum.

30 *Societati Iesu.* Idem eodem anno, ad Societatem Iesv idipsum extendit. B. Dum indefessæ, 5. apud Roder. 131. apud Cherubinum.

31. *Ordinibus S. Dominici.* Idem eodem anno, Ordinibus Sancti Dominici factas communicationes confirmat ex certa scientia, &c. B. Ad hoc nos Deus, 3. apud Confett. & apud Cherub. post. 41. §. 7.

Gregorius

Gregorius XIII. anno 1575. confirmat & innnouat communicationem & extensionem priuilegiorum Ordinum Mendicantium & non Mendicantium factam Ordinibus Sancti Francisci, etiam quæ solâ signaturâ, aut viuæ vocis oraculo, &c. B. Ex benigna, 1. apud Rodericum. 32 *Ordinibus S. Francisci Etiam de simplici signatura, & oraculis.*

Idem eodem anno Minimis, eadem & iisdem verbis confirmat & innouat. B. Regimini, 1. apud Peyrinis. 33 *Minimis. Eadem.*

Idem eodem anno Fratribus & Monialibus Ordinis Ss. Trinitatis eadem omnia & iisdem verbis. B. Regimini, 29. apud Roderic. 34 *Ordini Ss. Trinit. Eadem.*

Idem anno 1577. Ordini Sancti Spiritus in Saxia, eadem omnia confirmat & innouat. B. Si inter, 44. apud Cherub. 35 *Ordini Sanctus Spiritus. Eadem.*

Idem anno 1579. Monachis Ordinis Sancti Basilij concedit omnia priuilegia, &c. concessa, etiam per viam communicationis, Benedictinis Congregationis Cassinensis, (ac proinde Mendicantium & non Mendicantium, iuxta relata numero 25.) quæ tamen vsu recepta sint, & sacris Canonibus, ac Concilij Tridentini decretis, ipsiusque Ordinis Sancti Basilij, non aduersentur. B. Benedictus, 58. apud Cherub. 12. apud Roder. 36 *Monachis S. Basilii.*

Idem anno 1580. Cistercienſibus Sanctæ Mariæ de Alcobacia, communicat omnia priuilegia, gratias, indulgentias, etiam plenarias &c. concessa & concedenda Sancti Benedicti, & quibusvis aliis Ordinibus, & eorum personis, locis, &c. etiam per solam signaturā, etiam viuæ vocis oraculo; etiamsi specialē requirerent 37 *Cisterciens. signatura & oracula Etiam concedenda.*

requirerent mentionem. B. Decet Romanum 41. in Priuilegiis Cistercienſium Regularis Obſeruantiæ in Regnis Hiſpaniæ.

38 *Societati Ieſu.*

Idem anno 1584. Societati Iesv factam priuilegiorum communicationem (vide ſuprà num. 30,) confirmat motu proprio & ex certa ſcientia. B. Aſcendente, 89. apud Cherub.

39 *Ordinibus S. Franciſci Etiam ſignatura, & oracula.*

Sixtus V, anno 1587. Ordinibus Sancti Franciſci, confirmat & innouat priuilegiorum communicationem & extenſionem inter ſe & cum aliis Ordinib s Mendicantibus & non Mendicantibus, etiam eorum quæ per ſolam ſignaturam, aut viuæ vocis oraculo; in iis omnibus in quibus Tridentino non contrariantur. B. Etſi Mendicantium, 5. apud Confettum, 14. apud Roder.

40 *Fulienſibus Etiam ſignatura, & oracula. Et concedenda.*

Idem anno eodem, Fulienſibus communicat & de nouo concedit priuilegia, &c. etiam per ſolam ſignaturam & viuæ vocis oraculo & per modum communicationis & extenſionis conceſſa & concedenda, Ordini Ciſtercienſium (vide num. 25. ſuprà) & Congregationibus ſub illo inſtitutis. B. Super ſpecula, 70. apud Cherubinum, 2. in eorum Priuilegiis. Idipſum iiſdem conceſſit Clemens VIII. anno 1591. B. Paſtoralis, 3. ibidem.

41 *Benedictinis Portugalliæ. Etiam concedenda.*

Idem eodem anno Congregationi Sancti Benedicti Portugalliæ cómunicat priuilegia, &c. etiam per modum communicationis (vide numero 25. ſuprà) conceſſa & concedenda Ordinibus Sancti Hieronymi, & Sancti Bernardi Ciſtercienſis, & Congregationibus Sãcti Benedicti Caſſinenſis & Valliſoleti. B.

Iniun

Iniunctum, 21. apud Rodericum. Quæ insuper extenditur anno 1588. B. Regularium, 23. apud eundem.

Idem anno 1588. Carthusianis confirmat priuilegiorum communicationem & extensionem, actiuè vel passiuè inter se, aut cum aliis quibusvis Ordinibus Regularibus, etiãsi per solam signaturam, aut viuæ vocis oraculo, &c. B. Pro nostra, 20. apud Roder. 42 *Carthusiensibus signatura & oraculo.*

Gregorius XIV. anno 1591. Clericis Regularibus Minoribus communicat priuilegia, &c. Theatinis etiam per viam communicationis & extensionis (vide suprà num. 13. & 23.) concessa & concedenda. B. Romanus, 2. apud Cherubinum. 43 *Clericis Regul. Minorib. Etiam concedenda.*

Idem eodem anno Societati IESV factam priuilegiorum communicationem (vide suprà numero 19. confirmat motu proprio & ex certa scientia. B. Ecclesiæ, 2. apud Rodericum, 10. apud Cherubinum. 44 *Societati Iesu.*

Idem eodem anno Congregationi Sancti Bernardi Regnorum Hispaniæ communicat priuilegia, &c. Ordini Cistercienſi, etiam per modum communicationis (vide numero 25. suprà) & extensionis concessa, quatenus sint in vsu, & Tridentino non aduersentur: imò & Sancti Benedicti & quibusvis aliis similium & dissimilium Ordinibus concessa, etiam per solam signaturam, & viuæ vocis oraculo, aut per viam communicationis & extensionis. Non obstantibus Conciliis generalibus, &c. Et constitutionibus communicationis prohibitiuis, &c. B. Romanus, 3. apud Roder. 45 *Congregat. S. Bernardi Hispaniæ Signatura & oracula. Derogatio Conc. Gen.*

Nota pro. pter quædam priuilegia Societatis Iesu.

46 *Cruciferis. Etiam concedenda.* Idem eodem anno Cruciferis communicat priuilegia, &c. Ordinibus Mendicantium & non Mendicantium concessa (Tridentino non contraria) & concedenda. Nonobstantibus eorumdem Ordinum priuilegiis & clausulis in iisdem contentis. B. Romanus 13. apud Cherubinum.

Nota vt suprà.

47 *Cistercienſibus.* Idem eodem anno Cistercienſibus priuilegiorum communicationem factam per Pium V. (suprà numero 25.) & alios Pontifices, confirmat & de nouo concedit motu proprio & ex certa scientia. Nonobstantibus etiam Conciliis generalibus, &c. B. Romanus, 16. apud Cherubinum.

Derogatio can. gen.

48 *Congregat. Miniſtrantium infirmis.* Idem eodem anno Congregationi Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis communicat priuilegia. &c. quorumvis, etiam Cistercienſis, Cluniacenſis, ac Sancti Benedicti Monachis, Clericis Regularibus, & Presbyteris Collegialibus Societatis IESV, & Canonicis Congregationis Lateranenſis, ac quibuſcunque aliis Clericis Regularibus, & aliorum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinum & Congregationum Fratribus & perſonis, quomodolibet, etiam communicatiuè, conceſſà, quæ tamen ſunt in vſu, nec vllis reuocationibus comprehenſa, neque decretis Concilij Tridentini, nec ipſius Congregationis inſtitutis contraria; & concedenda in futurum. Nonobstantibus, &c. B. Illius qui, 17. apud Cherub. §. 26. & 39.

Nota vt suprà.

Etiam conced.

49 *Camaldul.* Idem eodem anno, Camaldulenſibus communicat priuilegia, &c. conceſſa & concedēda

quibuſvis

quibusvis aliis Regularium Congregationum Ordinibus, etiam si talia fuerint quæ requirerent specialem mentionem. Nonobstantibus quibusvis litteris eisdem Ordinibus concessis &c. B. Ex iniuncto, 18. apud Cherubinum. *Etiam concedenda.* Nota sicut antè.

Clemens VIII. anno 1592. Congregationi S. Benedicti Vallis Oleti communicat priuilegia, &c. Ordinis Cistercienſis, (vide num. 25. supra) quorum tenores habet pro expressis. B. Romanus, 23. apud Rodericum. 50 *Congregat Vall. Oleti.*

Idem anno 1593. Præmonstratensibus, confirmat ex certa scientia priuilegia &c. per cõmunicationem concessa, & de nouo concedit omnia priuilegia Obseruantiæ S. Bernardi Ordinis Cistercienſis Regnorum Hispaniæ concessa, communicata & extensa, (vide n. 25. supra) quorum tenores habet pro expressis, quatenus sint in vsu, nec reuocata, vel Tridentino contraria. B. Romanus, 4. in eorum Priuilegiis, 21. apud Roder. 51 *Præmonstratensibus.*

Idem anno 1594. Carmelitis Discalceatis ex certa scientia concedit priuilegia &c. toti Ordini per communicationem tam à Sixto IV. Clemente VII. quàm ab aliis Pontificibus concessa (dummodo Tridentino, Regulæ primitiuæ, & constitutionibus non aduersentur) concedenda B. Cum dudum, 14. in Appendice Roderici. 52 *Carmelitis Discalceatis.* *Etiam concedenda.*

Idem anno 1596. Ordinibus S. Francisci, ex certa scientia confirmat & innouat factam eis communicationem priuilegiorum Ordinum Mendicantium & non Mendicantium; 53 *Ordinibus S. Francisci.*

Signatura & oracula. etiam per solam signaturam, aut viuæ vocis oraculo; quatenus non aduersentur Concilio Tridentino & decretis ab eodem Pontifice in fauorem Fratrum Reformatorum concessis. B. Ratio, 1. apud Rodericum, 5. apud Confett. 51. apud Cherubinum.

54 *Hieronymitis.* Idem anno 1601. Ordini S. Hieron. motu proprio & ex certa scientia confirmat & de nouo instituit communicationem omnium priuilegiorum &c. quibusvis Ordinibus, Congregationibus &c. Mendicantibus & non Mendicantibus concessorum, quorum tenores habet pro expressis &c. quatenus sint in vsu, ac Tridentino & Regularibus institutis ipsius Ordinis S. Hieronymi non contraria. *Derogatio conc. gen.* Nonobstantibus etiam Conciliis Generalibus &c. B. In supremo, 20. apud Roder.

55 *Ordinibus S. Francisci de Paula.* Idem anno 1603. Ordinibus S. Francisci de Paula, confirmat ex certa scientia communicationem priuilegiorum &c. inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantium & non Mendicantium. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis.

56 *Cælestinis.* Paulus V. anno 1606. Congregationi Cælestinorum factam priuilegiorum communicationem &c. inter se, & cum aliis Congregationibus & Ordinibus Mendicantiũ & non Mendicantium; etiam per solam signaturam, *Signatura & oracula.* & viuæ vocis oraculo quatenus non sint reuocata, nec Tridentino & Regularibus dictæ Congregationis institutis contraria; motu proprio & ex certa scientia confirmat. B. Iniuncti, 19. apud Cherubinum.

57 *Fulienſibus.* Idem eodem anno ad Fulienses extendit priuilegia

priuilegia &c. Cistercienſi Ordini (vide num. 25. ſuprà) aliiſque Religionibus Monaſticis conceſſa, quorum tenores habet pro expreſſis, & concedenda. B. Diuina 23. apud Cherubinum. Et anno 1607. eodem modo etiam priuilegia &c. Congregationibus quibuſlibet Ordinum Mendicantium conceſſa & concedenda, quatenus ſint in vſu nec reuocata aut ſacris Canonibus &c. contraria. B. In ſupereminentis, ibidem.

Etiam concedenda.

Idem eodem anno Congregationi Syluestrinorum Ordinis S. Benedicti, communicat priuilegia &c. quibuſvis Mendicantibus & non Mendicantibus conceſſa & concedenda; quatenus in vſu, nec reuocata &c. cum exceptionibus Indulgentiarum S. Benedicti. & facultatis eligendi Conſeruatores. B. Religioſorum, poſt 106. apud Cherub.

58 *Congregationi Syluestrinorum concedenda*

Idem anno 1609. Minimis factam communicationem priuilegiorum Mendicantium & non Mendicantium confirmat, quatenus ſint in vſu, nec reuocata &c. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis.

59 *Minimis.*

Idem anno 1610. Carmelitis Diſcalceatis, eodem modo; etiam de iis quæ ſola ſignatura, & viuæ vocis oraculo, fuerint conceſſa. B. Decet, 24. in Appendice Roderici.

60 *Carmelitis Diſcalceatis. Signaturæ & oracula.*

Gregorius XV. anno 1622. Canonicis Regularibus Congregationis Lateranenſis factã quamcũque priuilegiorum &c. communicationem (vide num. 25. ſuprà) confirmat & de nouo concedit. Et in ſpecie communicat priuilegia Congregationi Caſſinenſi, & Canonirum

61 *Canonicis Regularibus Congr. Lateranenſi.*

corum Regularium S. Saluatoris, concessa & concedenda. B. Iniuncti, 33. apud Cherubinum.

62 *Carthusiensibus. Etiam concedenda.*

Idem anno 1623. Carthusiensibus communicat priuilegia concessa & concedenda quibusvis Mendicantium & non Mendicantium Ordinibus; quatenus in vsu, nec reuocata &c. B. Ad vberes, 42. apud Cherub.

63 *Congregationi Ioannis Dei. Etiam concedenda.*

Vrbanus VIII. anno 1624. eodem modo communicat Congregationi Ioannis Dei, priuilegia concessa & concedenda Ordinibus Mendicantium & Congregationi Ministrantium infirmis; de qua num. 48. suprà B. Sacrosanctum, 19. apud Cherub.

64 *Minimis.*

Idem eodem anno Minimis, ex certa scientia confirmat factam priuilegiorum communicationem inter se & cum aliis Ordinibus Mendicantium & non Mendicantium. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis, 20. apud Cherubinum.

65 *Caelestinis: Etiam concedenda.*

Idem eodem anno Cælestinis motu proprio & ex certa scientia communicat priuilegia &c. concessa & concedenda, etiam per communicationem, Congregationi Cassinensi (vide num. 25. suprà) & quibusvis aliis Monachorum Congregationibus; quatenus sint in vsu, nec reuocata &c. B. Sacrosancti, 26. apud Cherubinum.

66 *Discalceatis Ord. S. Trinit. Concedenda.*

Idem anno 1634. Discalceatis Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum communicat priuilegia quibusvis Ordinibus Mendicantium & non Mendicantium, etiam Societatis Iesu, concessa & concedenda, quamvis

vis illa sint speciali nota digna, difficilisque concessionis, & quæ in Generali concessione non veniunt; quatenus sint in vsu. & non reuocata. Nonobstantibus Conciliis Generalibus &c. B.Redemptoris, 133. apud Cherubinum.

Nota vt n. 45. *Derogatio Conciliorū Generalē.*

CONFESSIO PERSONARVM secularium.

Vide verbo *Casus reseruati*, per totum *Familiares*, per totum. *Missa*, num. 1.2. *Missionarij*, per totum. *Prædicatio*, n. 1.2.4.6.9.17.

ALEXANDER IV. anno 1257. declarat quòd [Fratres Prædicatores & Minores, de licentia, vel commissione, aut concessione Romani Pontificis seu Legatorum eius vel Ordinariorum locorum, licitè possint prædicare populis & Confessiones audire ac pœnitentias iniungere salutares, aliorum inferiorum Prælatorum & Rectorum Ecclesiarum ac Sacerdotum parochialium assensu minimè requisito.] Et contrariam sententiam damnat sub pœna contumaciæ & rebellionis in Ecclesiam Romanam, &c. B. Non sine multa, 70. apud Wadingum in reg. tom. 2. & in Speculo Minorum, tract. 1. folio 7. vbi dicitur esse sub authentico in Conuentu Rothomagensi: Extat & apud Bzouium in annal. anno 1257. numero 5.

1 *Absque licentia Prælatorū inferiorū.*

2 *Idem.*

Idem anno 1259. mandat prædictam suam determinationem irrefragabiliter obseruari. [Inhibemus ne quisquam super his vel eorum aliquo, vos (Fratres) vel aliquem vestrum, aut etiam confitentes vobis, contra præmissæ determinationis formam aliquatenus molestare præsumat,] B. Cùm olim quidã 105. apud Wadingum citatũ, & 24. apud Rodericum, & in Speculo Minor. tract. 1. fol. 9.

3 *Extensio Episcopalis licentia ad tempus sedis vacantis.*

Clemens IV. anno 1265. Prædicatoribus. [Licet vobis à nonnullis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis audiendi confessiones subditorum suorum, necnon prædicandi, & aliqua vota in alia pietatis opera commutandi, in suis Ciuitatibus & Diœcesibus, licentia sit concessa, quia tamen ipsis Prælatis decedentibus, vti licentia huiusmodi, Ecclesiis sic vacantibus dubitatis, nobis humiliter supplicastis, vt prouidere vobis super hoc paterna diligentiâ curaremus. Vestris igitur supplicationibus inclinati, præsentium vobis authoritate concedimus, vt huiusmodi casu possitis vti tandiu liberè prædicta licentiâ, donec viduatis Ecclesiis prouisum fuerit de Pastore.] B. Exigentibus, 7. apud Confertium; 4. apud Rodericũ, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Sancti Francisci Salmanticensi. Eadem data etiam fuit Minoribus anno 1266. & est 13. apud VVadingũ in reg. tom. 2. & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 35. vbi dicitur haberi authentico in Conuentu Rothomagensi.

Idem eodem anno Minoritis. Declarat & mandat

mandat eadem quæ numero 1. & 2. adiiciens quòd [De Romano Pontifice proculdubio esset erroneum dubitare, an in omnes sine alicuius consensu, imò inuitis quibuslibet, huiusmodi possit cõcedere potestatem.] Adiicit & limitationem sequentem. [Illis casibus exceptis, qui de iure, consuetudine, seu retentione ab eis specialiter facta, Sedi, Legatis, & Ordinariis prædictis specialiter relinquũtur, ad quos non licet vos manus extendere, nisi vobis specialiter committatur.] B. Quidam temerè, 5. apud VVading. in reg. tom. 2. & 10. apud Rodericum, & in Speculo Minor. tr. 1. folio 11. in cuius sũmario & apud Rodericũ dicitur esse authentica in Conuentu Salmant.

Absque licentia Prælatorum inferiorum.

Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis. [Audiendi confessiones, & iniungendi pœnitentias, & imponendi absolutionem debitam pro confessis, concedimus potestatem.] B. Etsi cunctos, 1. apud Cherub. §. 34. 5

Datur potestas.

Bonifacius VIII. anno 1295. aut circiter pro peccatoribus & Minoribus. Statuimus & ordinamus, vt in singulis Ciuitatibus, & Diœcesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, Magistri, Priores Prouinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarij, & Generales, & Prouinciales Ministri, & Custodes Minorum, Ordinum prædictorum, ad præsentiam Prælatorum eorumdem locorum se conferant, per se, vel per Fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri, vt Fratres, qui ad hoc electi fuerint, in orũ Ciuitatibus & Diœcesibus confessiones 6

Præsentandi modus, &c.

subditorum suorum confiteri sibi volentium audire liberè valeant,& huiusmodi confitentibus(provt secũdùm Deum expedire cognouerint)pœnitentias imponere salutares,atque eisdem absolutionis beneficium impendere, de licentia,gratia,& beneplacito eorundẽ.Ac deinde præfati Magistri,Priores Prouinciales, & Ministri Ordinum prædictorum, eligere studeant personas sufficientes, idoneas, vita probatas,discretas,modestas,atque peritas ad tam salubre ministerium officium exequendum: quas sic ab ipsis electas præsentent,vel faciant præsentari Prælatis, vt de eorum licentia,gratia,& beneplacito, in Ciuitatibus & Diœcesibus eorumdem,huiusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi volentium audiant,imponant pœnitentias salutares,& beneficium absolutionis impendant, provt superiùs est expressum,extra Ciuitates Diœceses, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus & non per Prouincias deputari confessiones nullatenus audituræ. Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, provt vniuersitas Cleri, & populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorumdem. Et si iidem Prælati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint, illam præfati Magistri, Ministri, & alij, cum gratiarum recipiant actione,dictæque personæ,sic electæ commissum sibi officium exequantur. Quòd si fortè iam dicti Prælati quenquam ex dictis Fratribus præsentatis

eisdem

eisdem ad huiusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel subtracto, loco ipsius similiter eisdem præsentãdus Prælatis possit & debeat alius surrogari. Si verò iidem Prælati præfatis Fratribus ad confessiones (vt præmittitur) audiendas electis, huiusmodi exhibere licentiam recusauerint, nos ex nunc ipsis, vt confessiones sibi confiteri volentium liberè licitéque audire valeant, & eisdem pœnitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri, gratiosè concedimus de plenitudine Apostolicæ potestatis. Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis, seu Fratribus ipsis ad id taliter deputatis, potestatẽ in hoc impendere ampliorem, quàm in eo Curatis, vel Parochialibus Sacerdotibus est à iure concessa: nisi forsan eis Ecclesiarum Prelati vberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam. Extrauagan. *Super Cathedram, De sepulturis.* Eodem anno 1302. ad Eremitas Sancti Augustini extendit. Bullâ, inter sollicitudines, in Mari magno August. numero 1. Et ibidem ex certa scientia confirmatur à Nicolao V. anno 1450. B. Sinceræ. & ab ipso Maris. mag. authore Sixto IV. anno 1474.

Benedictus II. anno 1204. pro Prædicatoribus & Minorib. [Electi ab eisdem Fratribus ad audiendas confessiones, & pœnitentias iniungendas, liberè authoritate Apostolica absque licentia Diœcesanorum, & aliorum Prælatorum inferiorum exemptorum, & non ex- 7 *Præsentandi modus, &c.*

emptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri volentes, (non Religiosos, qui secundùm Statura suorum Ordinum propriis Prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur aliis, prohibentur) absoluant, ipsisque pœnitentias salutares iniungant, intra sibi designatos terminos ad huiusmodi exercendum officium constitutos. Excõmunicationis verò vel alias sententias per Prælatos latas contra hoc vel in eius fraudem, denuntiamus irritas & inanes, nec cõfessis ipsis Fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis, & absoluti pœnitentes, de illis, Sacerdotibus propriis teneantur) sicut etiam non tenentur) iterum cõfiteri: nonobstante Cõstitutione Generalis Concilij, quæ sano intellectu (ne sequatur absurdum, quòd per pœnitentiam dimissa peccata quis confiteri debeat, & quòd liberatus debitor adhuc ad soluendum remaneat obligatus) intelligenda est (vt ex ea patet) de illis, qui peccata sua confiteri aliis neglexerũt. Sed Sacerdotes ipsis taliter confessis & absolutis astricti sint ministrare Eucharistiæ & Extremæ-Vnctionis etiã Sacramentũ. Super confessione autẽ facta Fratribus memoratis, cũ de confitentis solius præiudicio (si falsũ dicat) agatur in iudicio animæ, seu pœnitẽtiæ foro stabitur simplici verbo illius, qui Sacramenta petit prædicta, & dicit Fratribus se cõfessum. Duos tamẽ casus excipimus, scilicet si Sacerdos asserat eũ excõmunicatũ, aut notoriè peccatorẽ. Sed videat ne id dicat mẽdaciter aut

Impletis præcepti Ecclesiæ.

aut in dolum, vel in fraudem: quia si hoc egerit, à delicto tali nisi plenè satisfecerit (præter quàm in morte (absolni nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur. Vt autem Diœcesanis honor debitus reseruetur, præcipimus, vt Prouinciales Priores Prædicatorum, & Ministri Minorum Ordinum præfatorum, per se vel alios, verbo vel scripto eis significent, se Fratres ad huiusmodi confessionum audiendarum, & pœnitentiarum iniungendarum officium elegisse, & non nominando aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter à Diœcesanis eisdem, quòd iidem electi Fratres ipsorum beneplacito & licentia dictum possint in eorũ Ciuitatibus & Diœcesibus intra eis determinatos fines officiũ exercere. Quòd si denegent, vel intra triduum non concedãt, tunc iidem Fratres nihilominus authoritate eadem, huiusmodi officium exequantur. Datam verò licentiam per Diœcesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quòd sæpedicti Fratres, qui ad hoc eligentur officiũ exercendũ, plus habeant in audiendis confessionibus, & pœnitẽtiis iniungẽdis, quàm Parochiales Sacerdotes noscuntur habere, Sicque de casibus Episcopis, & Superioribus, quos inferiùs annotamus, ac Sedi Apostolicæ reseruatis, se nullatenus intromittant, &c.] Extrauagãt: *Inter cunctas, De Priuilegiis.* Habetur etiam apud Bzouium, in Annal. anno 1304. Et in Speculo Minorum, tract. 2. folio 122, in cuius Summario dicitur

haberi

haberi transumptũ in Conuentu Rothomag.

8 *Præsentandi modus, &c.*

Clemens V. cum Generali Concilio Viennensi circa annum 1311. renouat Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ suprà numero 6. Clement. *Dudum, de sepulturis.*

9 *Absque licentia Prælatorum inferiorũ, &c.*

Ioannes XXII. anno 1321. [Fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quòd ipse (Magister Ioannes de Poliaco) in quibusdam articulis tangentibus Pœnitentiæ Sacramentum, non sobriè, sed perperam sentiebat, infrascriptos articulos periculosos continẽtes errores docens publicè in suis Prædicationibus, & in Scholis. Primò siquidem astruens, quòd confessi Fratribus habentibus licentiã generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio Sacerdoti. Secundò, quod stante statuto *Omnis vtriusque sexus*, edito in Concilio Generali, Romanus Pontifex non potest facere, quod Parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio Sacerdoti confiteri, quem dicit esse Parochialem Curatum: Imò nec Deus posset hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertiò, quòd Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessiones, imò nec Deus, quin confessus habenti licentiam generalem, teneatur iterùm confiteri proprio Sacerdoti, quem dicit esse, vt præmittitur, Parochialem Sacerdotem, &c. Omnes articulos, & quemlibet eorum, tanquam falsos & erroneos, & à doctrina sacra deuios, authoritate Apostolica condemnamus, & reproba-

mus

mus de Fratrum nostrorum consilio prædictorum; doctrinam contrariam veram, & cõtrarium esse Catholicum asserentes, scilicet, quòd illi qui prædictis Fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterùm, quàm si ea aliàs confessi fuissent eorum proprio Sacerdoti iuxta dictum Concilium Generale, &c.] Extrauag. *Vas electionis De Hæreticis*, inter communes. Est etiam 1. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 41. & in Spec. Carmel. fol. 75. Vbi & fol. 76. habetur Bulla Bonifacij IX. anno 1395. quæ incipit, *Prouisionis*, per quã authẽticat prædictã Cõstitutionem Ioannis XXII.

Idem anno 1326. ad Carmelitas pariformiter extendit prædictam Extrauagantem *Super cathedram*, & Clementinam *Dudum*. de qua numero 6. & 8. B. Inter cæteros, in Mari magno Carmelitarum num. 11. Et anno 1327. idipsum testatur & mandat eam ab omnibus obseruari districtè. Extrauag. *Frequentes, de iudiciis*, inter communes.

10 *Præcedendi modus, &c.*

Clemens VI. anno 1351. mandat inuiolabiliter obseruari prædictam num. 9. Constitutionem Ioannis XXII. *Vas electionis*; & Litteras cuiusdam Legati Apostolicæ Sedis Guidonis, aduersus quosdam Plebanos & Rectores Ecclesiarum, eorúmque locum tenentes, qui [Palam prædicabant, & priuatim suggerebant, quòd Fratres quantumcunque essent per Superiores suos electi, & Ordinariis locorum præsentati, legitimè non poterant, nec debebant Parochianorum dictarum Ecclesiarum

11 *Absque licentia Prælatorum inferiorum, &c.*

clesiarum confessiones audire, nec etiam eisdem iniungere pœnitentias salutares; præmissis adiiciendo, quòd si dicti Parochiani eisdem Fratribus confessi essent tenebantur nihilominus eadem peccata dictis Rectoribus, seu eorum loca tenentibus iterùm confiteri. Nonnulli etiam ex eisdem Plebanis, Rectoribus, ac loca tenentibus, Parochianos præfatos, nisi eis confiterentur infra annũ, quantũcunque dictis Fratribus confessi, & per eos absoluti existerent, iuxta formam Ecclesiæ consuetam excommunicabant, ac eis etiam infirmis denegabant Eucharistiæ Sacramentum.] B. Nuper pro parte, 241. apud Wadingum in reg. tom. 4. ex Reg. Vat. lib. 3. part. 1 fol. 73.

12 *Idem.* Innocentius VI. anno 1358. [grauem dilectorum Filiorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum, Ordinum Fratrum querelam accepimus, continentem quòd ipsi tam prætextu quarundam prædicationum in Regno Angliæ per nonnullos contra statum dictorum Fratrum, illum de facto deprauantium, & condemnantium, & non esse in statu salutis falso asserentium, olim factarum; quã quæstionis quæ inter venerabilem Fratrem nostrum Richardum Archiepiscopum Armachanum ex vna parte, & Fratres prædictos ex altera super nonnullis articulis per partes ipsas hinc inde propositis coram quibusdam ex venerabilibus Frattribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ex commissione nostra apud sedem Apostolicam

stolicam pendere dignoscitur in confessionibus Christi Fidelium audiendis, prædicationibus verbi Dei, & libera sepultura, nec non & eleemosynis ab eis fieri eisdem Fratribus consuetis, quas eis facere asserunt mendaciter esse peccatum; contra iustitiam impediuntur, & etiam perturbantur in ipsorum Fratrum præiudicium & maximam læsionem, &c.] His addit imperia Innocentius (inquit Lezana in Annal. Carmel. an. 1358.) intentatâ anathematis religione, vt ab his abstineant, néue eorum priuilegiis à superioribus Pontificibus concessis detrahant, donec ab Apostolica Sede secus constitutum fuerit. B. grauem, apud Lezanam citatum; ex Oderice sub eodem anno numero 5. Idem Innocentius VI. anno 1359. prædictæ Constitutionis *Vas electionis*, ex Registro Ioannis XXII. copiam authenticam tradidit, vt Mendicantibus suffragaretur in Hybernia, aduersus persecutiones præfati Archiepiscopi Armachani. B. Tenorem, 77. apud VVadingum in reg. rom. 4. ex Reg. Vat. fol. 117.

13 *Præsentandi modus, &c.*

Vrbanus VI. anno 1379. Seruitis concessit omnimodam participationem præmissæ numero 6. Constitutionis *Super Cathedram*, super confessionibus audiendis, pœnitentiis imponendis, & absolutionibus impendendis duntaxat. B. Sacer Ordo vester, in Mari magno Seruitarum numero 16.

14 *Idem.*

Bonifacius IX. anno 1402. Minoritis, [Licet Fratribus dicti Ordinis iuxta formã Constitutionibus

stitutionis fœlicis recordat. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri in Concilio Viennẽsi super hoc editæ, quæ incipit, *Dudum prouidæ deliberatione*, sit indultum quòd si huiusmodi Fratribus ad hoc idoneis, per eorum Superiores locorum Ordinariis præsentatis pro cõfessionibus intra ciuitates & Diœceses ipsorũ Ordinariorum audiendis, iidem Ordinarij postquàm super hoc humiliter fuerint requisiti, petitã licentiã faciendi præmissa exhibere, eisque ad præmissa licentiã concedere neglexerint & recusauerint, ex tũc Fratres ipsi sic præsentari, liberè, & licitè cõfessiones sibi confiteri volentium audire, & ipsorũ confessionibus sic auditis: eis pro commissis absolutionis beneficium impendere, de Apostolicæ potestatis plenitudine valeant, ac iniungere pœnitentias salutares. Quidam tamen temerè sentientes, & ad sobrietatẽ sapere nescientes, imprudẽter præsumũt asserere, ipsos Fratres, quantũcunque per prædictos eorũ Superiores Ordinariis huiusmodi iuxta formã Constitutionis memoratæ fuerint præsentati, absque Ordinariorum eorundem super hoc Litteris testimonialibus seu commendatoriis, præmissa facere nõn posse; neque ipsos Fratres sic præsentatos infra Ciuitates & Diœceses prædictas absq; huiusmodi Litteris cõfessiones sibi confiteri volentium audire, & alia iuxta dicti indulti formã exequi permittunt.

Sine Litteris Episcopalibus.

Nosque attẽdentes, quod si ipsis Fratribus sic præsentatis exequẽdi præmissa absque huiusmodi Litteris nõ adesset facultas, frustratoria

quoad

quoad hoc videretur Constitutio antedicta: assertiones tam temerarias penitus confutare volẽtes, prædictique prædecessoris in hac parte vestigiis inhærẽdo, vniuersis & singulis locorum Ordinariis, aliisque Ecclesiarum Prælatis & Rectoribus, ad quos præsẽtes Litteræ peruenerint, per Apostolica scripta, & sub excommunicationis pœna, quã contra sentientes incurrere volumus ipso facto, districtè præcipiendo mandamus, quatenus, Ordinarij videlicet huiusmodi Fratres ad hoc sufficientes & idoneos, qui per eorum Superiores pro huiusmodi confessionibus audiendis electi, & ipsis Ordinariis nominatim & in scriptis præsentati fuerint, absque huiusmodi Litteris testimonialibus, seu commendatoriis, liberè, cuiusuis impedimenti sublato obstaculo, quorumcunque ipsis Fratribus confiteri volentium infra huiusmodi Ciuitates & Diœceses quocunque loco & tempore, iuxta formam Constitutionis antedictæ, confessiones audire, & ipsorum confessionibus sic auditis, eis pro commissis absolutionis beneficium impendere, & pœnitentias &c. liberè permittant; necnon licentiam concedere non postponant: Prælati verò & Rectores supradicti quotiescunque per vos, vel aliquos seu aliquem vestrum locis & temporibus congruis, coniunctim vel diuisim super hoc fuerint requisiti, præmissa omnia & singula subditis suis fideliter publicare, seu publicari facere procurent, eáque faciant inuiolabiliter obseruari. Volumus insuper & authoritate Apostolica

Omni loco & tempore.

Licentia concionandi.

I statuimus,

statuimus, quòd præsentatio semel facta Ordinariis & Prælatis antedictis de huiusmodi Fratribus super confessionibus per eos, vt præmittitur audiendis, quandiu in Ciuitatibus & Diœcesibus, ad quas præsentati fuerint, perseuerauerint, sufficiat. De qua præsentatione si alicui in dubium verteretur, sufficiat fidem facere per testimoniales Litteras Ministri aut Custodis pro tempore, vbi Fratres sic præsentati moram trahunt, super quo ipsorum Ministri & Custodum conscientias oneramus. Apostolicis, ac Prouincialibus, & Synodalibus constitutionibus, & aliis contrariis nonobstantibus &c.]

Præsentationis improbatio.

B. Ad fructus vberes, 54. apud Vvading. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. libro 2. anni 13. fol. 134.

13 *Damnantur quidam articuli, &c.*

Alexander V. anno 1409. mandat obseruandam esse Constitutionem, *Super Cathedram, & Dudum*, suprà num. 6. & 8. quam & ibidem testatur extensam esse ad Eremitarum S. Aug. & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Ordinum Fratres. Insuper articulos à Ioanne XXII. suprà num. 9. damnatos, & quosdam alios infrascriptos, damnat vt falsos, cõfictos, & erroneos, ac sacris Canonibus contrarios; & vult quòd si quis deinceps prædictos articulos asserere, aut in scholis vel alibi glossare, defendere, seu tenere, aut prædicare præsumpserit, tanquam hæreticus sit censendus, & excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, à qua nisi per Summum Pontificem, præterquam in mortis articulo, non possit absolui &c. Recẽtes autem articuli per istum damnati, (præter

præmissos

præmissos num.9.) sunt qui sequuntur. [Statutum Ioannis XXII. editum, *Vas electionis*, est irritum & inane, quia cum illud fecit, erat hæreticus, & per consequens quidquid fecit prædictus Ioannes, siue Mendicantibus, siue aliis, ante reuocationem, inane fuit. Confessio Fratribus admissis facta, est dubitabilis & incerta: quapropter omnes tenentur dimittere incertum, & sic solum confiteri suis Sacerdotibus curam animarum habentibus, sub pœna peccati mortalis. Quamvis Fratres admissi habeant authoritatem absoluendi, & audiendi confessiones, tamen populus subiectus non habet potestatem accedendi ad Mendicantes admissos, sine licentia proprij Sacerdotis. Et Fratres petentes priuilegia pro confessionibus audiendis, & sepulturis habendis, sunt in peccato mortali & excommunicati: & Romani Pontifices talia priuilegia concedentes Mendicantibus, aut eisdem confirmantes, sunt in peccato mortali, & excommunicati. Fratres non sunt, aut fuerunt pastores, sed fures, latrones, & lupi. Sacerdos Curatus dans licentiam Mendicantibus audiendi confessiones, magis dispensat cum statuto, *Omnis vtriusque sexus*, quàm Papa Fratribus dans licentiam iuxta formam Decretalis, *Dudum*. | B. Regnans in excelsis, in Speculo Carmel. fol. 76. Et est 9. apud Wadingum, in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. Alex. 5. fol. 180.

16

Ioannes XXIII. anno 1414. districtè mandat Bonifacij VIII. Constitutionem *Super Cathedram*, suprà num. 6. obseruandam esse in-

Præsentandi modus, &c.

uiolabiliter erga Prædicatores, Minores, Eremitas S. Augustí. Carmelitas, & Seruitas. B. Frequentes, 36. apud Wadingum, in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 2. de diuersis formis, anno 5. fol. 255.

17 *Absoluere & dispensare in casibus Episcopalibus.*

Martinus V. anno 1424. Die 11. Augusti, Fratribus S. Hieronymi Hispan. concessit.] Vt Prior & confessarij ab eo deputati pro secularibus ad eorum Monasteria quacunque causa venientibus, absque Diœcesanorum & Curatorum suorum licentia, potestatem habeant absoluendi, & cum eis dispensandi in casibus Episcopalibus.] Viuæ vocis oraculum factum Cardinali S. Eustachij, & sub eius attestatione. In Bullario quod habetur in eorumdem Monasterio S. Alexij Romæ. Vbi eodem tenore subiicitur aliud eiusdem Papæ de die 25. Iunij, sub eiusdem Cardinalis attestatione, quo iidem [possint etiam absoluere ab omni sententia excommunicationis suspensionis, interdicti, & ab omni censura Ecclesiastica, in quibus possunt Episcopi; & dispensare super omni irregularitate contracta occasione huiusmodi excom. suspens. & interdicti, si quam etiam diuina celebrando incurrerint tales personæ; & dispensare super quibusvis criminibus, etiam enormibus]

18 *Prohiberi nō potest ab Ordinariis.*

Eugenius IV. anno 1436. Pro Benedictinis Congreg. S. Iustinæ seu Cassinensis. [Quascunque sententias latas ab Ordinariis, seu quibuscunque personis, quacunque præfulgeant dignitate, contra benefactores dictæ Cōgregationis, occasione beneficiorum eisdem collatorum

latorum ab eis, aut quia subditi eorum cum huiusmodi Monachis conuersentur, seu ab eis recipiant absolutionis beneficium, & Eucharistiæ Sacramentum ipso facto irritas & inanes eadem authoritate decernimus.] B. Regularem, 9. apud Cherubinum & Roder. §. 11. Item ibidem §. 16. [Liceat huiusmodi personis ad dictæ Congregationis Prælatos siue Monachos deputatos à suis Superioribus ad audiendum confessiones accedere, quas possint audire absque aliqua dictarum personarum Superiorum licentia & contradictione, ac eis absolutionis beneficium impendere ab omnibus peccatis, & dispensare super omnes casus, præter ea peccata, & eos casus, de quibus ipsis Confessoribus ad eorum Ordinarios videbitur recurrendum, aut de quibus esset Sedes Apostolica meritò consulenda, & eis ministrare Eucharistiæ Sacramentum, de speciali dono gratiæ elargimur. Porrò in nonobstantiis derogatur Conciliis, Constitutionibus, &c.

Sine licentia Ordinariorum.

Idem eodem anno pro iisdem. [Quod liceat dictæ Congregationis Prælatis, siue Monachis deputatis à suis superioribus, ad audiendum huiusmodi personarum confessiones accedere, illasque audire, & personæ ipsæ eis confiteri possint absque alia Superiorum suorum licentia, necnon eis pœnitentiâ & satisfactione iunctis, quoties oportuerit, absoluere ab omnibus & singulis peccatis, præterquam Sedi Apostolicæ duntaxat reservatis; necnon à quibuscunque excommunicationum

19

Sine licentia Ordinariorum.

Ab omnibus casibus & censuris non reseruatis Papæ.

cationum, suspensionum, & interdicti sententiis, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, quas à iure, vel ab homine latas, satisfactione iniuncta, incurrisse quomodolibet censebuntur. Insuper & vota omnia permutare, ac in omnibus & singulis casibus, etiam Ordinariis, aut per Synodales, seu Prouinciales constitutiones reseruatis, cum eis dispensare præter censuras, pœnas, & vota ac casus, de quibus esset meritò Sedes Apostolica consulenda: eisque, ac omnibus qui ad prædictos Monachos ad huiusmodi deuotionem recurrerint, Eucharistiæ Sacramentum ministrare valeant: de speciali dono gratiæ, in fauorem Obseruantiæ Regularis, licentiam elargimur.] B. Etsi quaslibet, 3. apud Confectium, 11. apud Rodericum. Quam & Cherubinus in Rubrica Bullæ 9. se vidisse testatur.

Absoluere à pœnis permutare vota, dispensare in casibus etiã reseruatis Ordinariis.

20 *Ab omnibus Papæ non reseruatis.*

Idem anno 1438. Cistercienſibus Regularis Obseruantiæ in Regnis Castellæ, &c. [Abbatibus cunctis præsentibus & futuris, vt ipsi & quicunque alij per eos ad hoc pro tempore deputati, Confessores idonei dicti Ordinis, quos etiam dicti Abbates pro ipsorum nutu reuocare, & amouere valeant quorumcunque vtriusque sexus Christi Fidelium in dictis Monasteriis, seu illorum Ecclesiis confiteri volentium, quotiescunque ipsis placuerit, confessiones diligenter audire, eósque sic confessos ab omnibus suis criminibus, & singulis peccatis & excessibus, quæ commiserint, quantumcunque etiam enormibus, & singulis, præterquàm Sedi Apostolicæ, reseruatis,

casibus

casibus, absoluere, ac salutares eis pœnitentias iniungere. Necnon peregrinationis, & alia quæcunque per eos emissa vota, quæ commodè seruari non possint, in alia pietatis opera in prædictis non reseruatis casibus Sedi Apostolicæ commutare, ac cum eis in ieiuniis & similibus dispensare, ipsisque Christi Fidelibus Eucharistiæ ac Extremæ Vnctionis Sacramenta per se, vel per quemcunque Sacerdotem cuiusvis de dictis Obseruantiæ Monasteriis ministrare. Reformatori quoque ac Abbatibus & Confessoribus supradictis, quòd omnes & singulos vtriusque sexus Christi Fideles in prædictis Monasteriis, seu Ecclesiis suis ab omnibus & singulis sententiis censuris, & pœnis, ac fulminationibus quarumcunque excommunicationum, suspensionum, & interdictorum, à iure, vel ab homine quomodolibet contradictis, vel contrahendis, in genere tantùm, vel cùm in sententia censuræ iuris vel hominis persona ligata non nominatur singulariter & expressè, satisfactione, sicut fuerit facienda, secundùm formam iuris iniuncta, absoluere, & eorum quemlibet habilitare liberè & licitè possint & valeant, Diœcesanorum locorum ac Rectorum Parochialium Ecclesiarum, & aliorum quorumcũque quorum ipsi Christi Fideles Parochiani vel subditi fuerint, & alterius cuiuscũque super hoc licẽtiâ vel assensu minimè requisitis, Apostolica authoritate tenore præsentium indulgemus, quandiu dicta Monasteria fuerint sub dicta Obseruantia Regulari.] B. Commissum,

Permutare vota.

Dispensare in ieiuniis, &c. Eucharistiã, & Extremæ Vnctionem ministrare.

A censuris & pœnis in genere tantùm latis.

Sine licentia cuiusquam.

12. in eorum Priuilegiis, 22. apud Rodericũ. Eadem prorsus (excepta Extræmæ-Vnctionis administratione & dispensatione in ieiuniis & similibus) concessit anno 1439. Priori Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti, & tribus vel quatuor Monachis ab eo deputandis. Bullâ, Cùm ad Ecclesiam, 25, apud Roderic.

21 *Propositiones damnatæ circa licentiam debitam, & cõfessionem annuam.*

Idem anno 1440. Multas Philippi Norreys in sacra Theologia Magistri, & sequaciũ eius Dublinensis Diœcesis in Hybernia, propositiones contra Fratres Ordinum Mendicantium formatas damnauit, vt erroneas, &c. & easdem prohibuit, imò & retractari ab iisdem præcepit sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, priuationis beneficiorum, &c. Inter illas autem habentur duæ sequentes. Quòd nullus Parochianus cuiuscunque Parochiæ potest accedere ad aliquem Fratrem admissum in forma iuris secundùm Capitulum *Dudum* gratiâ confessionis faciendæ, sine licentia proprij Sacerdotis, siue Curati Parochialis. Item, quòd confessi Fratribus admissis secundùm formam Capituli *Dudum*, tenentur iterato quolibet anno omnia peccata sua, ac eadem in numero confiteri suo proprio Sacerdoti, quem dixit esse Parochialem Curatum. B. Regnans in excelsis. Et B. Exhibita nobis, apud VVadingum tomo 5. Annalium, ad annum 1440. numero 18. & 19. pagina 381. ex Reg. Vat. libro 1. de Regularibus anno 144.

22 *De iisdem.*

Idem anno 1446. mandat obseruandam esse

esse Constitutionem, *Super Cathedram*, &, *Dudum*, suprà numero 6. & 8. quam & ibidem testatur extensam esse ad Eremitarum Sancti Augustini, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Ordinum Fratres. Insuper articulos à Ioanne XXII. suprà numero 9. damnatos, & quosdam alios infrascriptos, damnat vt falsos, erroneos, & aduersantes sacris Canonibus. Mandat Prælatis, vt si quis aliquem ex iisdem articulis pertinaciter asserere, vel temerè prædicare inueniatur, contra eum, tanquam contra hæreticum, & de Catholica fide suspectum procedant, &c. Recentes autem articuli per istum damnati (præter præmissos numero 9.) sunt qui sequuntur. [Quòd confessio Fratribus sic electis & admissis (scilicet iuxta prædictam Constitutionem *Dudū*) facta, dubitabilis sit & incerta, vnde tenentur omnes incertum dimittere, & sic solùm confiteri suis Sacerdotibus curam animarum habentibus, sub pœna peccati mortalis. Ac quamuis ipsi Fratres admissi authoritatem habeant confessiones audiendi, & absoluendi: tamen ad eos accedendi populus subiectus, sine licentia proprij Sacerdotis, non habet potestatem. Fratres quoque priuilegia, pro confessionibus audiendis & sepulturis habendis petentes, in peccato mortali; & Romani Pōtifices illa Mendicantibus concedentes siue confirmantes, etiam in simili peccato, & excommunicati sunt. Ac dicti Fratres Mendicantes, non pastores, sed fures, latrones, & lupi censentur. Sacerdos autem Curatus Mendi-

cantibus

cantibus confessiones audiendi licentiam dans, magis super isto statuto, *Omnis utriusque sexus*, dispensat, quàm Papa Fratribus licentiam tribuens iuxta formam Decretalis antedictæ.]B. Gregis nobis crediti, in Mari magno Carmelitarum, numero 12. Quam ibidem Nicolaus V. anno 1448. B. Prouisionis nostræ, authenticat, innouat, & approbat, de Cardinalium consilio & assensu. Deinde habetur ibidem Callixti III. anno 1456. Bullâ, quæ incipit, *Inter cætera*: in qua aduersus Guillelmum Rivieti, pro tunc Rectorem Vniuersitatis Parisiensis, ex aduerso contendentem, declarat, quòd [Prædictæ Nicolai Litteræ matura cum deliberatione processerunt, & quod nullo capite reputandæ sunt de falsitate, aut subreptione, vel obreptione suspectæ, nec status hierarchici in Ecclesia Dei turbatiuæ, vel scandalosæ, nec sacris Canonibus aduersans, sed potius consonæ, & saluti animarum Christi Fidelium plurimùm profuturæ: eásque de Cardinalium consilio & assensu innouat, confirmat, & approbat; & mandat illas, ac omnia & singula in eis, necnon Eugenij Litteris huiusmodi contenta, sub excommunicationis, & aliis diuersis sententiis, censuris, & pœnis firmiter obseruari: & præfati Rectoris sententiam, quâ Mendicantes, occasione Literarum illarum, à gremio Vniuersitatis excludebat, reuocat, cassat, irritat, & annullat, ac nullius roboris, vel momenti fuisse, & esse decernit: & prouidet simili grauamini in futurum.] Quæ proinde omnia sunt ex certa

ta scientia & motu proprio confirmata anno 1476. ab ipso Maris magni authore Sixto IV. cum extensione subsequente, infrà numero 38. Bulla quoque prædicta Calixti III. cæteras præfatas continens, integra refertur apud Vvadingum tomo 6. in Annalibus, anno 1457. numero 61, pagina 392. ex Regesto Vaticano, libro 11. Bullarum, folio 289. Et in Bullario Eremitarum Sancti Augustini ex originali in Ordinis archiuio Romæ.

23 *Præsentationis perpetuitas.*

Idem Minoritis concessit, [Quòd quando Fratres se semel præsentauerint Episcopis, & obtinuerint casus suos, licet alibi posteà ad habitandū se transferant ad tempus, & posteà reuertantur ad easdem Diœceses, non sit necessarium iteratò se præsentare eisdem Episcopis, vel casus de nouo obtinere.] Viuæ vocis oraculum 3. apud Rodericum, 5. in Spec. Min. tract. 1. fol. 39.

24 *Dum non potest Episcopus adiri.*

Idem iisdem. Omnibus Confessorib. [Quòd quando non possunt commodè se præsentare Episcopis quia sunt in itinere vel alibi, & nō possunt petere casus Episcopales, eo casu possunt plenariè vti authoritate Episcopali.] Viuæ vocis oraculum 4. in *Speculo* Minorum, tractatu 1. folio 39. & 13. apud Roderic.

25 *Proposit dānata &c.*

Nicolaus V. anno 1448. repetit Litteras Eugenij IV. suprà numero 21. relatas; & post longum contra eundem Doctorem à Dominico Cardinali excomissione Papæ factum processum, tandem Pontifex mandat Philippum Norreys declarari excōmunicatum quousque prædictas Conclusiones reuocauerit. B. Dudum

dum,adud Wadingum.tomo 5,annal.an.1448; num.19.pag.545.

26 *Quarumlibet Diœcesũ.*

Idem anno eodem, Minoritis, [Deuotioni vestræ audiendi in confessionibus omnes quarumcunque Diœcesum, & in illis extraneos ac forenses absoluendi quoque, etiam in casibus, quos Diœcesani locorum, in quibus ad audiendum deputati estis,duxerint concedendos. Et in omni præterquàm in die Resurrectionis,prædictam Sacratissimi Corporis Dominici communionem dandi, authoritate Apostolicâ concedimus per præsentes facultatem.]B.Scimus populos,2. apud Roder. & in Spec.Min.tract.2.fol.36.

27 *De licentia debita, & confessione annua.*

Calixtus III. anno 1456. [Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Alberti Ducis Austriæ, & Alberti Ducis Bauariæ,ac Communitatis, & hominum Argentin. necnon Prædicatorum,Minorum,& aliorũ Mendicantium Ordinum, Priorum, Guardinorum, & Fratrum Domorum in Ciuitate Argentina consistentium, nobis nuper exhibita petitio continebat,quòd nonnulli Parochialium Ecclesiarum Rectores,dictæ Ciuitatis homines, & Fratres Mendicantes prædictos, molestare & inquietare præsumunt, asserentes, quòd quilibet hominum Argentin. semel in anno eisdem Rectoribus sub pœna peccati mortalis confiteri teneatur;propter quod, si quis alicui Fratrum Mendicantium, & non Rectori suæ Parochialis Ecclesiæ cõfessus est, Eucharistiæ Sacramento priuatur,in maximum dictorum hominum scandalum pariter & detrimentum.

Quare

Quare pro parte Ducum Communitatis, & hominum, necnó Priorum, Guardianorum, ac Fratrum prædictorum asserentium, quòd nisi per Sedem Apostolicam de remedio prouideatur opportuno, in partibus illis plura scandala verisimiliter subsequentur, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ad omne dubium tollendum super priuilegiis eisdem Fratribus Mendicantibus concessis, pro ipsorum hominum deuotione ipsi Fratres Mendicantes, omnium vtriusque sexus personarum in Ciuitate, & Diœcesi Argentin. Consistentium, confessionem, eisdem Rectoribus minimè requisitis, audire liberè & licitè possint, indulgere & decernere ac declarare, & aliàs super his opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui quantum cũ Deo possumus, libenter dissensionibus & scãdalis obuiamus, prædecessorum nostrorũ Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, qui super iis per Clementinam, quæ incipit *Dudum, De Sepulturis*, salubriter prouiderũt, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt prædicti Fratres Mendicantes, omnium & singularum vtriusque sexus personarum in Ciuitate, & Diœcesi Argent. consistentium cõfessiones, dictis Rectoribus minimè requisitis audire, prædictos Mendicantes adire, & ipsis confiteri, & pœnitentiam huiusmodi salutarẽ ab eisdem suscipere liberè & licitè possint, & valeant, authoritate Apostolica tenore præsentium iuxta tenorem dictæ clementinæ indulgemus, quódque ob hoc prædicti Parochialiũ

Ecclesiarum

Ecclesiarum Rectores eisdem personis Eucharistiam, & alia Sacramenta Eucharistica, denegare nequeant, harum serie decernimus, nec non nisi prædictæ personæ semel in anno eisdem Fratribus Mendicantibus confessæ fuerint, peccata dictis Fratribus cõfessa, non amplius prædictis Parochialium Ecclesiarũ Rectoribus confiteri teneantur, eadé authoritate inxta eandem Clementinam declaramus, mãdantes prædictis Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ne sub pœna excommunicationis, concessioni, decreto & declarationi huiusmodi contradicere, seu contra præmissa quomodolibet attentare præsumant.] B. Ad ea libẽter, 12. apud Vvadingum, in reg. tom. 6 ex Regesto Vaticano, libro 21. Bullar. de Curia, folio 32.

28 *De cõfessione non iterãda.*

Idem eodem anno declarat à se Litteras quasdam emanasse quæ incipiunt, *Illius, licet immeriti*, quibus mandat Constitutionem, *Super Cathedram*, &, *Dudum*, suprà num. 6. & 8. in quacunque mundi parte à Sacerdotibus Parochialibus Fratribus Mendicantibus vitrò citróque seruandam: & eos declarari posse sententiam excõmunicationis incurrisse, qui asserrent, confessionem prædictis Fratribus, iuxta Decretalem prædictam ad confessiones audiendas deputatis factam, Sacerdotibus Parochialibus esse iterãdã. B. Nuper, 17. apud Vvadingum, in reg. tom. 6. ex Reg. Vat. lib. 21. fol. 1.

29 *Absoluere & dispensare sicut Episcopi.*

Sixtus IV. anno 1474. Minimis facultatem ab Archiepiscopo Consentino concessã confirmauit

firmauit ex certa scientia, & ita extendit, v. eâ in quacunque Ciuitate & Diœcesi gauderent; [Confessiones audiendi, & ab omnibus casibus, excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, ac super quacunque irregularitate, eidem Archiepiscopo, tam à iure, quàm ab eo reseruatis & permissis, toties, quoties opus foret, & esset, absoluendi, & dispensandi, votáque quæcunque permutandi & relaxandi, ac pœnitentiam salutarem iniungendi.]B. Sedes Apostolica, 5. apud Cherub. 15. apud Confertium, & 2. apud Peyrinis.

Idem eodem anno Minoribus concessit idem, & iisdem verbis, quod suprà num. 26. B. Vestris in hac parte, 11. apud Roder. 16. apud Vvad. in reg. tom. 6. & in Spec. Minor. tract. 2. fol. 26. 30 *Quarumlibet Diœcesium.*

Idem eodem anno iisdem. [Quia Parochialium Ecclesiarum Rectores, erga illos qui dictis Fratribus Ordinis Minorum eorum peccata confitentur, persæpe se reddunt in exhibitione Eucharistiæ, & Extremæ-Vnctionis difficiles, concedimus ipsis Fratribus Ordinis Minorum, vt eisdem personis eis confessis, quibus Rectores prædicti sine rationabili causa denegauerint, seu malitiosè distulerint Eucharistiæ seu Extremæ-Vnctionis Sacramenta Ministrare, super quo eorumdem confessorum assertioni stari debeat, illa petentibus possint impunè exhibere.]In Mari magno Minor. §. 10. 31 *Eucharistia & Extrema Vnctio.*

Ibidem §. 15. [Rursus intelleximus, qd ôd etsi bonæ memoriæ Ioannes Papa XXII. prædeceſſor 32 *Condemnatio articulorum de confessione iterranda.*

decessor noster illorum opinionem, qui asserebant, quod confessi Fratribus prædi Ordinis & aliorum Ordinum Mendicantium, ad audiendas confessiones iuxta iuris dispositionē deputatorum pro tempore, tenebantur eadem peccata Rectori eorum Parochialis Ecclesiæ iterum confiteri, reprobauerit, & deinde præfatus Eugenius prædecessor reprobationem huiusmodi approbauerit, contra talia asserentes tanquàm de hæresi suspectos, per locorum Ordinarios inquiri & procedi mandauerit, ac successiuè piæ memoriæ Nicolaus Papa V. similiter prædecessor noster gesta in præmissis ab eisdem Ioanne & Eugenio prædecessoribus robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerit; nihilominus adhuc nonnulli, eorū inhærentes proteruiæ, opinionem prædictam, & desuper factos damnatos, & malè sonantes ac reprobos articulos, veros esse affirmare nō verentur; vt talium præsumptuosa temeritas tantò minùs inualescat, quantò plurium erit Superiorum correptioni subiecta, concessam contra tales, per eiusdem Eugenij prædecessoris Litteras locorum Ordinariis facultatem, ad inquisitores hæreticæ prauitatis extendimus, &c.]

33 *Idem quod num. 31.* Idem eodem anno Prædicatoribus concessit quod suprà num. 31. In Mari magno Prædicat. §. 9.

34 *Condemnatio, &c.* Ibidem §. 13. idem habet quod suprà, numero 32.

35 *Vt n. 31.* Idem eodem anno Eremitis Sanct. Augustin. concessit quod numero 31. & 33. supra.

In

In Mari magno Erem. S. Augustí. §.45. 36

Ibidem §. 50. idem habet quod suprà numero 32. *Damnatio articulorum.*

Eiusdem Legatus à latere Nicolaus Frãcus, anno 1476. Benedictinis Cõgregationis Vallisoleti. [Tibi fili Prior, & Abbatibus, & Prioribus, vel Præsidẽtibus quocũque titulo nũcupentur, ab ipso vestro Monasterio & Monachis eius Fundatorũ & Reformatorũ,& qui in futurum Domino disponente ab eo fundabũtur,reformabũtur,vel vnientur,in eadem Obseruantia, & sub eadem clausura & modo viuendi, & Monachis in Sacerdotio constitutis,per te,& per eosdẽ Abbates,Priores, vel Prælatos nuncupãdis, elegendis,& ad nutum reuocandis, omnium Christi fidelium vtriusque sexus, cuiuscunque gradus, status, ordinis,vel conditionis existant, de quibusvis partibus ad ipsa Monasteria, seu eorum Ecclesias confluentium, aut ex quacunque causa commorantium vel existentium, confessiones diligenter audire, ac eos à quibusvis peccatis, delictis, criminibus & excessibus suis, in omnibus & singulis casibus Episcopo reseruatis, ac ab omnibus Ecclesiasticis sententiis,censuris,& pœnis,fulminationibus excommunicationum,suspensionum,& interdicti, à iure vel ab homine,patratis,& contractis in genere,tn iis tantùm, in quibus potest Episcopus,absoluere,& dispensare,satisfactione præmissâ, vel mandato de satisfaciendo, si personæ ad hoc habiles fuerint, ac eis pœnitentias salutares iniungere valeant;atque in votis non reseruatis, 37

Absoluere quoslibet.

A casibus & censuris Episcopo reseruatis.

Dispensare sicut Episcopus

tis, in casibus in quibus potest Episcopus dispensare, vel in alia opera pietatis ea commutare, toties quoties deuotioni eorum videbitur expedire; eisque in suis Monasteriis confessis per Monachos Eucharistiam ministrare: &, si qui infra septa Monasteriorum ipsorum infirmati fuerint Extremam-Vnctionem dare authoritate Apostolicâ, cuius Legationis officio fungimur in hac parte, tenore præsentiũ plenariam & liberam concedimus facultatẽ; Parochialis Presbyteri vel alterius cuiuscunque Episcopi vel Superioris, super præmissis & eorum singulis licentia vel assensu nullatenus requisitis.]B.Exhibita,42. apud Rodericũ inter Bullas Sixti IV.

Ministrare Eucharistiã & Extremã Vnctionem.

Sine licentia Episcopi.

38 *Vt n* 31. Idem Sixtus IV.anno 1476.Carmelitis concessit,quod numero 31.33.& 35.suprà.In Mari magno Carm. §.64.

39 *De non iterandâ confessione, &c.* Ibidem §. 69. idem habet quod suprà numero 32. Sed illam potestatem contra tales assertores Ordinariis concessam extendit non solùm ad Inquisitores, verùm & ad Protectores Carmelitarum,Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum Sancti Augustini,qui pro tempore fuerint, & ad Auditorem Cameræ Apostolicæ,& ad quemlibet prædictorũ de per se.

40 *Extra propria locũ.* Idem eodem anno Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Lateranẽsis.[Indulgemus vt ipsi Canonici, aliàs tamen idonei,per Superiores Congregationis prædictæ,ac locorum suorum pro tempore deputãdi, confessiones omniũ & singulorum vtriusque sexus, liberè & licitè, tam in locis ipsorum

rum Canonicorum, quàm extra, audire, ac confitentibus huiusmodi pro commissis pœnitentiam possint iniungere salutarem, & eisdem confitentibus Eucharistiæ Sacramétum in Ecclesiis præfatæ Congregationis liberè & licitè similiter ministrare possint, præterquà in Festo Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi.]B.Dum ad vniuersos,10.apud Cherubinum, §. 24. Vbi etiam §. 39. adiicit:[Mandantes insuper expresè ipsis locorum Ordinariis, ac Rectoribus Parochialiũ Ecclesiarũ, ne eorum Parochianis, quòd Canonici dictæ Congregationis non confiteantur, aliquo pacto prohibere, seu persuadere præsumant, & nullatenus denegent ministrare huiusmodi confitentibus eisdem Canonicis, quæcunque Ecclesiastica Sacramenta; dummodò aliqua canonica & rationabilis causa non subsistat.]

Idẽ Minoribus quoad cõfessiones concessit. quod suprà n. 26.& 30. Viuæ vocis oraculum 16. apud Rodericum. Et in Spec.Min.fol 41. 41 *Quarumlibet Diœcesum.*

Idem iisdem concessit quod Confessores dum sunt in itinere, & requiruntur, possint audire confessiones sicut Parochiani, etsi non fuerint præsentati secundùm formam Clementinæ, viuæ vocis oraculum 18. apud Roder.Et in Spec. Min.fol.41. 42 *In itinere sine præsentatione.*

Idem iisdem propter diuersitatem opinionum confirmauit casus Episcopales, tam de iure, quàm de consuetudine, quos ponit fœlicis recordationis Benedictus XI. in sua Extrauaganti, quæ incipit, *Inter cunctas.* Et quòd Fratres debitè præsentati vel gratiosè à Præ- 43 *A casibus Episcopalibus, & extra Diœcesim.*

laris recepti, possint etiam extra Diœcesim subditos illorum audire, cum hoc possint Curari de iure. Viuæ vocis oraculum, 32. apud Rodericum. Et in Spec. Min. fol. 42.

Præsentationis modus.

Innocentius VIII. anno 1487. Minoritis concessit formam præsentationis Episcopis faciendæ, pro Fratribus Confessoribus subscripto modo, qui talis est, scilicet quòd Guardiani loci vel Ciuitatis omni anno semel se repræsentent Episcopo, vel eius locum gerẽti in spiritualibus, vel mittant alium Fratrem pro se, & dicãt eidẽ Episcopo: Reuerẽdissime Domine, ecce me præsento Reuerendissimæ Dominationi vestræ pro me & omnibus Cõfessoribus deputatis & deputandis à nostro Prouinciali Vicario pro audiendis confessionibus vestrorum subditorum, petendo humiliter, vt dignemini esse contentus, vt cum vestra benedictione ipsos audiant in confessione, & absoluant. Et si quid authoritatis vestræ circa casus vobis reseruatos velitis, nobis concedere dignemini, & similiter circa votorum dispensationem. Et etiam dignemini nos auisare, si quid habeamus facere pro salute animarum vestræ Dominationi commissarum. Quo facto siue concedat, siue deneget, Sanctissimus Dominus Noster Innocentius VIII. concessit quòd statim Confessores prædicti habeant authoritatem omnem absoluendi ab omnibus exceptis casibus à iure reseruatis Episcopo, vel Papæ. Viuæ vocis oraculum 8. apud Rodericum.

Ibidem oraculo 6. declarauit sua Sanctitas quòd

quòd quoad primum casum de iure reseruatum Episcopis, intelligitur secundùm opinionem Innocentij & Hostiensis, scilicet, quod solùm est hodie vna excommunicatio quæ de iure Episcopis reseruatur, scilicet iniectio violenta in personam Ecclesiasticam in casibus in quibus de iure pertinet ad Episcopum.

45 *Vnica excommunicatio Episcopis de iure reseruatur.*

Ibidem oraculo 10. concessit, quòd Confessores prædicti possunt dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi, exceptis votis peregrinationis vltra duas dietas.

46 *Dispensare in votis.*

Idem Innocentius VIII. eodem anno 1487. in Mari magno Seruitarum, §. 42. eadem prorsus habet quæ suprà num. 32.

47 *Confessio non iteranda.*

Alexander VI. anno 1493. Carmelitis. [Omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus qui in festo Annunciationis Dominicæ & per Octauas eiusdem & pes tres dies immediatè sequentes, incipiendo in primis vesperis Ecclesias dicti Ordinis deuotè visitauerint & manus adiutrices porrexerint, seu qui Calicé pro Missis celebrandis contulerint, aut qui in suis vltimis testamentis aliquid legauerint, vel qui de suis bonis transmiserint, concedimus facultatem vt possint sibi eligere Confessorem idoneum secularem vel Regularem, qui eis de casibus Sedi Apostolicæ non seruatis plenariam absolutionem, atque plenariam remissionem authoritate Apostolicâ impendere valeat, præsentibus perpetuò valituris.] B. Dum attentâ meditatione, apud Patrem Iustinum, ex instrumento authentico existente in Ordinis archiuio in Transpontina.

48 *A casibus Papæ non reseruatis.*

49 *Coniugatos incestuosus absoluere & habilitare.*

Ludouicus Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis, ex parte Iulij II. Papæ, anno 1504. Benedictinis Congregationis Vallisoleti, concessionem eis factam suprà numero 37. explicans authenticè. [Nos authoritate Domini nostri Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali & expresso mandato super hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, vt tam vigore concessionis Apostolicæ prædictæ, quam verborum huiusmodi in illa appositorum, vos & pro existentes dictorum Monasteriorum Abbates, Priores, Præsidentes, & Monachi prædicti, coniugatos, qui post contractum matrimoniũ consanguineas vxorum suarum cognouerunt, vel vxores quæ à consanguineis virorum suorum se carnaliter cognosci permiserunt, à talibus excessibus absoluere, & eis pœnitentiã salutarẽ iniungere, necnon cum eis & eorum quolibet, vt nonobstante affinitate superueniente, debitum coniugale reddere & exigere valeant, dispensare liberè & licitè possitis & valeatis, ac possint & valeant perpetuò declaramus: in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscunque.] B. Oblatæ, 23. apud Rodericum inter Bullas Iulij II.

50 *Areseruatis Episcopus.*

Iullius II. anno 1506. Minimis concessit, [Vt confessiones quarumcunque personarum, tam religiosarum, quàm Ecclesiasticarum, & secularium, vbiliber audire, & illis auditis, personas ipsas & earum quamlibet, iuxta formam & tenorem priuilegij per præfatum Sixtum prædecessorem Ordini Minimorum huiusmodi,

di, ac illius personis, & Fratribus dudum concessi & confirmati, (suprà num. 29) absoluere, ac pœnitentiam salutarem illis iniungere valeant.] B Dudum ad sacrum, 10. apud Cherubinum, 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis.

Idem anno 1507. Minimis. [Ordini prædicto iam concessо & confirmato (suprà numero 29. & 50.) priuilegio, confessiones audiendi, iuxta illius formam & tenorem, vbiuis frui, vti & gaudere valeant.] B. aliàs venerabilem, 3. apud Confettium, 27. apud Roder. 4 apud Peyrinis. 51 *Idem.*

Idem eodem anno, Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, eadem prorsus & iisdem verbis concedit, quæ suprà numero 19. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherubinum, §. 32. 52 *Vt n. 19.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Sancti Saluatoris eadem prorsus concedit. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 39. 53 *Eadem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus, eadem & iisdem verbis concedit. B. Etsi à summo, 2. apud Cherubinum, §. 40. 54 *Eadem.*

Idem anno 1516. approbante Concilio generali Lateranensi 5. [Talibus præsentatis admissis, vel etiam indebitè recusatis confitentes, Constitutioni quæ incipit, *Omnis vtriusque sexus*, quoad confessionem duntaxat satisfeciisse censeantur. Ipsique Fratres, etiam forensium confessiones audire valeant.] B. Dum intra mentis arcana, 22. apud Cherubinum, 1. apud Confettium, 45. apud Rodericum, 26. 55 *Impletio præcepti.* *Indebitè recusatus est approbatus, &c.* *Forenses audire.*

apud Peyrinis,& in ipso Concilio Lateranensi 5.sess.11.

56 *Infirmi, ac decedentes. Eucharistia & Extrema-Vnctio, si &c.*

Ibidem §.7.[Eucharistiæ verò,& Extremæ Vnctionis, aliáque Ecclesiastica Sacramenta, illis, quorum, etiam infirmorum ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse,dare nequeant, nisi denegatio siue legitima causa facta,vicinorum testimonio probata,aut requisitio coram Notario publico facta doceretur.]

57 *Condemn. artic.&c.*

Idem anno 1518.Minoritis reuocauit quæ suprà numero 9.21.22.25.32.39. Item quæ numero 31.55.56. B. Exponi nobis, 22.apud Roderic. Vbi in nonobstantiis derogat etiam opinionibus ac glossis quorumcunque Doctorum super Decretales ante editum Librum 6. & reprobationem erroneæ opinionis Ioannis de Poliaco.

58 *Quarumlibet Diœcesum.*

Idem Minoritis concessit quæ suprà numero 26. 30. Viuæ vocis oraculum 1. apud Confettium,qui ait se illud excerpsisse ex Litteris testimonialibus authenticis Cardinalis Laurentij,quæ etiam extant apud Rodericum, datæ anno 1516.

59

Paulus III. anno 1545. Societati Iesv. [Cuilibet vestrûm,qui ad hoc idoneus repertus,& per vestræ Societatis Præpositum pro tempore existentem deputatus fuerit, in quibusvis Ecclesiis,& locis ac plateis communibus ,seu publicis,& aliàs vbique locorũ Clero & populo verbum Dei prædicandi:necnon illis ex vobis, qui Presbyteri fuerint, quorumcunque

Vndecunque accedentiũ.

rumcumque vtriusque sexus Christi Fidelium ad vos vndecunque accedentium confessiones audiendi,& confessionibus diligenter auditis, ipsos & eorum singulos, ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque grauibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibuscunque ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bullâ, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absoluendi, ac eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi, necnon vota quæcunque per eos pro tempore emissa (vltramarinis, visitationis liminum B.Petri & Pauli Apostolorum de vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, necnon Religionis,& castitatis votis dūtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi, facultatem concedimus.] B. Cùm inter cunctas,3. apud Confettium, 7. apud Rodericum. Cui priuilegio cùm aliqui Ordinarij prætēderent, quantum ad casus per ipsos reseruatos, esse derogatum à Greg. XIII.per epistol.ad vnum illorum scriptam: declarauit idem Gregorius XIII. die 10. Maij anno 1585. non esse intentionis suæ,quòd per talem epistolam sit derogata dicta Societatis facultas: eámque,quatenus opus sit,de nouo confirmauit.Vt habetur in Viuæ vocis oraculis Societatis,pagina 131. & refertur in eius Compendio, verbo Absolutio,paragrapho primo.

A peccatis & censuris reseruatis, nisi in Bulla Cœna.

Vota commutandi.

A reseruatis per Episcopos.

Idem Societati eidem concessit, quòd omnes Christi Fideles,qui confessi & corde contriti

60

Indulgentia

plenaria.

trici fuerint, aut confitendi firmum propositum habuerint, ac in honorem & deuotionem Passionis Christi preces deuotè effuderint, & postea idoneo alicui Societatis Presbytero, aut Societati Præpositóve Generali obedientiam præstanti confitentur, plenariam Indulgentiam semel in vita consequuntur, in forma Ecclesiæ consueta. In Viuæ vocis oraculis Societatis, pagina 6. sequent. vt refertur in Compendio, verbo indulgentiæ, §. 25.

61 *Vbique extra loca propria.*

Idem anno 1549. iisdem. [Cum intellexerimus populos ciuitatum, terrarum, & locorum, apud quæ habitationem iidem Socij habent, vel vbi eosdem versari, aut transire contingit, exemplo alectos & inductos religiosæ vitæ quam Domino concedente ducunt, libēter ad confitendum eisdem confluere; vt illis sic confluentibus satisfacere valeant, vniuersis vtriusque sexus Christi Fidelibus, cuiuslibet de Societate prædicta confiteri possint, Rectoris sui licentia minimè requisitâ, cui non teneantur eadem peccata, de quibus confessi & absoluti fuerint, rursus confiteri, concedimus.] B. Licet debitum, 48. apud Cherubinum, 8. apud Roder. §. 28.

62 *Ab hæresi, &c. cum dispensatione.*

Iulius III. anno 1552. Generali Societatis Iesv. [Facultatem quoscuuque à casibus hæresis, & aliis contra fidem, & consequentibus censuris quibuscunque, etiam per te, & successores tuos, vel alios similiter professos ad idoneos, per te & pro tempore existentem Præpositum Generalem Societatis huiusmodi deputandos, absoluendi, & quatenus opus sit;

in

in foro conscientiæ dispensandi, ex certa nostra scientia confirmamus.] B. Sacræ, in Litteris Apostolicis Societatis, pagina 73. Id verò priùs dederat viuæ vocis oraculo, vt habetur in Viuæ vocis oraculis Societatis, pagina 9. Et confirmauit idem pro toto orbe, excepta Hispaniâ, Gregorius XIII. anno 1584. ibidem pagina 123. Idem verò Gregorius XIII. anno 1583. vt habetur ibidem pagina 132. dedit facultatem absoluendi quoscunque à lectione librorum prohibitorum, in iis locis vbi possunt absoluere ab hæresi. Hæc omnia referuntur in eorum Compendio, verbo Absolutio, §. 3. & 4. *A lectione librorum prohibitorum.*

Paulus IV. anno 1555. Minoritis (præter generalem confirmationem) innouat quæ suprà n. 26. Et præter generalem communicationem, in specie communicat facultates concessas Minimis, suprà num. 29. 50. & 51. Et in Nonobstantiis derogat Clementinæ, *Religiosi, de Priuilegiis, &, Ex frequentibus, de Sens. excom.* &c. B. Ex clementi, 1. apud Cherub. Confet. Roder. 63 *Vt n. 26.*

Iddm anno 1557. iisdem. [Nonnulli Rectores Parochialium Ecclesiarum, eosdem Fratres molestare conãtur; dicentes quòd præfati Fratres aliorum, quàm istorum qui ad Domos suas huiusmodi veniunt, etiamsi infirmi existant, & pro illis mittant, nullatenus confessiones audire possunt, eo prætextu quòd &c. Quòd de cætero, tam dictorum, quam aliorum, quarumcunque Prouinciarum, Ciuitatum & Diœcesum, per totum orbem omnium vtriusque 64 *Infirmorum, & quorumlibet aliorũ.* *Extra pro-*

Pria loca. vtriusque sexus fidelium, pro tempore dicti Ordinis Fratres à suis Superioribus, vt moris est deputati Confessores, confessiones, etiam infirmorum, vbiliber, etiam extra Domos & habitacula eorumdem Fratrum, audire, eosque in casibus & censuris, quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicæ huiusmodi hactenus concessum est posse absoluere, & ipsi hactenus absoluere consueuerunt, absoluere & pœnitentiam salutarem iniungere; ac omni tempore, præterquàm in die Resurrectionis Dominicæ Sacramentum Eucharistiæ, tam illis, quàm aliis quibusvis personis licitè ministrare possint; Apostolica authoritate, tenore præsentium indulgemus ac decernimus, & declaramus. [B. Cùm sicut exponi, 3. apud Rodericum.

65 *Eadem quæ n. 63. & 64.* Pius IV. anno 1561. iisdem eadem & ipsissimis verbis de nouo concedit, omnia quæ num. 63. & 64. B. Ex clementi, 2. apud Rodericum.

Idem confessariis Societatis IESV dedit facultatem, vt eos qui mittuntur ad triremes possint absoluere à quibuscunque casibus, sicut in articulo mortis. In Viuæ vocis oraculis Societatis. pag. 20. & refertur in Compendio. v. Absolutio, §. 5.

66 *Sine Episcopi examine.* Pius V. anno 1567. [Quod verò in sessione 23. cap. 15. (Concilij Trid.) circa confessiones à Regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam Mendicantium Ordinum Fratres, à præfatis suis Generalibus, vel Ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque

que sexus Christi fidelium approbatos, minimè comprehendat; ita vt à confessionibus audiendis, tã intra eorũ Ecclesias, Domos, quàm extra, minimè prohibeantur. Super hoc Litteras fœl. rec. Pauli Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem Fratribus Mendicantibus Regularibus Obseruãtiæ posse confessiones secularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra Domos & Monasteria sua, & vbilibet audire approbando & de nouo concedendo. Statuimus etiam, quòd ille qui semel in vna Diœcesi admissus per Episcopũ fuerit, semper in eadem Diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari vel præsẽtari in dicta Diœcesi debeat, tam quoad prædicationes faciendas, quàm quoad confessiones audiendas; nec aliquid pro prædictis exigi vel recepi debeat. Lectores insuper ex eisdem Fratribus, & in Theologia Graduati, qui cum licentia suorum Superiorum ad gradum admissi fuerint, cùm de ipsorum doctrina ambigendum non sit, tam confessiones audituri, quàm prædicationis munus subituri, ab Episcopis minimè examinentur.] B. Etsi Mẽdicantium, 41. apud Cherubinum, 7. apud Roder. & Peyrinis. Et extat authentica in Arch. Conuentus Carmel. Rhodonen.

Infirmorum & vbique.

Semel admissus, est pro semper in eadem Diœcesi.

Gratis admittantur.

Idem anno 1571. [Declaramus, Decretum Concilii Trid. de approbatione Regularium audiendis confessionibus secularium præpositorum ab Episcopis facienda, obseruari debere etiam in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, etiam sub Regulari 68

De Confessariorum approbatione.

gulari disciplina viuentium, etiamsi sint Lectores aut in Theologia etiam de Superiorum suorum licentia, Graduati, vel promoti, vel à suis Magistris Generalibus vel Prouincialibus Ministris, secularium confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen eos qui semel ab Episcopo in Ciuitate & Diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientiæ suæ quiete examinari de nouo poterunt. Non obstantibus nostris Litteris prædictis &c. I B. Romani Pontificis, 133. apud Cherub. 11. apud Confett. 10. apud Roder.

69 *Iter agendo.*

Gregorius XIII. anno 1575. Societatis IESV. [Omnibus & singulis ipsius Societatis Prædicatoribus, ac Confessariis ab aliquo Ordinario semel approbatis, & à suis Superioribus ad huiusmodi munera deputatis, vt quandocunque, siue mari, siue terrâ, iter fecerint, populos, non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarũ, prædicatione Verbi Dei instruere, ac consolari, & quorumcunque Christi fidelium, præsertim ægrotorum, & eorum qui in vinculis detinentur, cõfessiones audire, eisque pro commissis salutares pœnitentias iniungere, (dummodò id non faciant in ipsis oppidis aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentiâ desuper obtentâ) liberè & licitè vacent, authoritate Apostolica, etiã perpetuò de speciali gratia cõcedimus. Et insuper facultatem aliàs Presbyteris Societatis (vide suprà num. 59) prædictæ à Sede Apostolicæ

Apostolica concessam, commutandi vota, etiã ad iurata, dummodò commutatio huiusmodi in alterius præiudicium non fiat extendimus.] B. Decet Romanum, in Litteris Apostolicis Societatis, pag. 147.

Commutare vota iurata.

Idem anno 1582. Generali Societatis Iesv. [Exponi nobis nuper feeisti, quòd aliàs quondam Alexander Frumentus, tunc Officij sacræ Pœnitentiariæ Regens, dilectis filiis Presbyteris Societatis Iesv, cui præesse dignosceris, etiamsi nullo Magisterij in sacra Theologia, & Doctoratus in iure canonico, gradibus insigniti essent, aliàs tamen idoneis & approbatis ipsius Societatis Confessariis, vt quascunque obsignatas, etiam Magistris in Theo ogia, vel iure canonico Doctoribus, directas in foro cõscientiæ eiusdem sacræ Pœnitentiariæ Litteras aperire, & absolutionis beneficium iuxta illarum dispositionẽ impendere possent, & valerent; verbotenus concessit, eaque facultate ipsi Presbyteri hactenus vsi sunt &c. Nos idcircò tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Presbyteris Societatis huiusmodi per te, vel tibi subordinatos illius Superiores de tua licentia designandis, & ab Ordinariis locorum approbatis, velapprobandis, etiamsi Magisterij vel Doctoratus, aut aliis gradibus insigniti non sint, Litteras huiusmodi aperiendi, cõfessionibúsque fidelium ab ipsos recurrentiã auditis & imposita salutari in illis expressa, vel de iure infligenda pœnitentia, absoluendi, ac in foro conscientiæ quascunque sibi verbo vel scriptis commissas absolutiones, dispensationes,

70 *Facultas aperiendi Litteras sacra Pœnitentiaria.*

nes,& pœnitentiarum iniunctiones excipiendi,& exequendi,licentiam & facultatem tenore præsentium concedimus & impartimur. Nonobstantibus &c.]B.Exponi, 23.apud Roderlcum,75.apud Cherub.

71 *Bona naufragantium.*

Idem anno 1584. Confessariis Societatis IESV concessit facultatem absoluendi eos qui rapuerint bona naufragantium, iniuncta eis restitutione, vbi & quomodo ea fieri poterit. In Viuæ vocis oraculis Societatis, pag. 133. Et refertur in Compendio, verb. Absolutio, §.2.

72 *A reseruatis Ordinariis.*

Author Compendij Fulienſium, verb. Absolutio quoad Seculares, §. 14. hæc testatur. [Possunt nostri confessarij extra Italiam absoluere à casibus locorum Ordinariis reseruatis & pro tempore reseruandis. Concessit Gregorius XIII. Congregationi Theatinorũ, viuæ vocis oraculo facto R. P. Domno Innocentio Parascandalo, tunc Præposito Sancti Syluestri Montis Quirinalis, vt refertur eorũ Compendio (vtique impresso Mutinæ anno 1610.) hoc verb. §. 4. Quod quidem priuilegiũ erat in vsu apud ipsos, etiam per totam Italiam, ante prohibitionem factam per Decretum Clementis VIII. vt ibidem refertur.]

73 *De sola licentia Superiorum Regularium, quæsiber, in quolibet loco & tempore.*

Sixtus V. anno 1585. post Gregorium XIII. Clericis Regularibus de Somascha concedit: [Quod omnes & singuli ipsius Cõgregationis Presbyteri Regulares à suis Superioribus ad id specialiter approbati, eorũmque licentia vel consensu desuper requisito & obtento, posſẽt in Ecclesiis propriis ipsius Congregationis

vel

vel in aliis etiam quibuscunque, de licentia illorum Superiorum Missas celebrare, confessiones quorumcunque Christi fidelium etiam alienæ Parochiæ subditorum audire, & sanctum Eucharistiæ Sacramentum ministrare, quibuscunque Festiuis ac non Festiuis, ac Dominicis diebus, & omnibus temporibus, Paschatis duntaxat exceptis. Nonobstantibus Conciliis Generalibus &c.] B. Æ iuum, 4. apud Cherubinum.

74 *Quoslibet & sine approbatione.*

Idem eodem anno [Abbatibus singulis Congregationis Cassinensis, tam nunc, quam in futurum existentibus perpetuò, etiamsi ab Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis, ad id examinati & approbati non fuerint, concessit vt Christi fidelium quorumvis vtriusque sexus, tam laicorum, quàm Clericorum, ad eos sponte quandocunque accedentium, confessiones, diligenter audire, necnon ipsos (postquàm ore confessi fuerint, & corde contritos esse adinuenerint) ab omnibus & singulis eorum peccatis & excessibus, si id humiliter petierint, quemadmodum alij Catholici Sacerdotes Confessarij examinati, vt prefertur, & approbati possunt, misericorditer in Domino absoluere, & pro commissis & erratis pœnitentiam salutarem ipsis iniungere possint & valeant.] Viuæ vocis oraculum in audientia Consistoriali factam Cardinali Farnesio, Cardinalium Decano, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, & præfatæ Congregationis Protectori; & per eundem attestatum sub suo sigillo, suo-

que & sui Secretarij Chirographo ; & habet locum Constitutionis 224. in Bullario Cassinensi.

15 Idem anno 1586. Presbyteris Oratorij Sanctæ Mariæ in Vallicella de Vrbe. [Nunc & pro tempore existentibus Congregationis huiusmodi vbique locorum diffusæ Presbyteris in Vrbe à dicto Vicario, seu extra eam ab Ordinariis locorum ad cõfessiones audiendas quomodolibet approbatis, eorumque singulis, quòd ipsi perpetuis futuris temporibus omnium & singulorum Christi Fidelium confessiones audire, illisque auditis eos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque quibusvis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, quauis occasione vel causa quomodolibet latis & per eos incursis, necnon ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, ac delictis quantumcunque grauibus & enormibus, etiam in casibus dictæ Sedi (Apostolicæ) reseruatis, vel in posterum reseruandis, exceptis tamen contẽtis in Litteris in die Cœnæ Domini legi consuetis, absoluere, ac pro commissis pœnitentiam salutarem eis iniungere ; necnon vota quæcunque vltramarina, visitationis liminum Beatorũ Petri & Pauli Apostolorum de Vrbe & S. Iacobi in Cõpostella, Castitatis & Religionis votis duntaxat exceptis, in alia pœnitentiæ vel pietatis opera commutare; præterea per dimidium horæ spatium ante auroram & post meridiem Missas celebrare; ac etiam qui ex eis præuio examine ad confessiones audiendas

A reseruatis & reseruandis Papa.

Commutare vota.

Missam celebrare, &c.

das in ipsa Vrbe à dicto Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem absque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum, indulto & facultatibus huiusmodi vti ac potiri liberè & licitè valeant, Apostolicâ authoritate, tenore præsentium concedimus & indulgemus.] B. Decet Romanum, apud Quaranta in Summa Bullarij verbo Confessor.

Approbati Roma.

Idem anno 1588. Congregationi Clericorum Regularium Minor. [Quòd ipsius Congregationis Presbyteri, ac ipsius Congregationis Præpositio Generali, vel ab alio Superiore, ac ab Ordinario loci approbati, & de licentia ipsius Generalis seu Præpositi Domus in qua pro tempore habitauerint, quorumcũque Christi fidelium confessiones audire, illosque à quibusvis peccatis, excessibus, & criminibus, non tamen Sedi Apostolicæ quomodolibet reseruatis absoluere liberè & licitè valeant concedimus. Nonobstantibus Conciliis Generalibus &c. [B. Sacræ, 81. apud Cherub.

76

Quæsiber ab omnibus Papæ non reseruatis.

Author Compendij Fulienſium, verbo Absolutio quoad seculares, §. 2. hæc testatur. [Per priuilegium concessum Congregationi Oratorij Sanctæ Mariæ in Vallicella de Vrbe à Sãctissimo Domino Nostro Paulo V. die 9. Aprilis anno 1608. Pontificatus sui anno 3. possunt omnes Congregationis Confessarij absoluere quoscunque à duello Clem. VIII. dummodò non cõprehendatur in Constitutione Gregorij XIII. & Decreto Concilij Tridentini. Necnon à peccato, censuris, & pœnis abortus. Nonobstante Cõstitutione Sixti V. & Gregorij

77

A duello & abortu.

rij XIV. & aliis quibuscunque in contrarium facientibus. Hanc concessionem vidi ego apud Patres dictæ Congregationis.] Hæc ille.

Innocentius X. anno 1645. die septima Februarij confirmat & approbat Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, datum die nona Iulij anno 1644. [Archiepiscopum Burdegalensem non posse prohibere Regularibus habentibus Priuilegia Apostolica, vt à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè administrare non valeant Sacramentum Confessionis.] B. Exponi, Reperitur sub authentico per omnes ferè Conuentus Galliæ. Et eiusdem executio decreta fuit à Consilio Regis Christianissimi, die vndecima Martij anno 1645.

CONFIRMATIO, SACRAMENT.

Vide verbo *Missionarij*, num. 5.6.8.9.10.11.12.

CONFIRMATIONES Priuilegiorum in forma simplici.

Nonnullas, quæ meritò dici possent æquiualere Confirmationibus factis ex certa scientia, quia tamen id non habent expressum, sub hoc titulo quoque reponam.

VRBANVS IV. anno 1262. Minoritis. [Omnes libertates & immunitates à Romanis Pōtificibus prædecessoribus nostris, siue per priuilegia, seu alias indulgentias vobis aut Ordini vestro concessas, sicut eas iustè & pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem Ordini authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.] B. Cum à nobis petitur, 1. apud Wadingum in reg. tomi 2. 1 Minor

Gregorius X. anno 1274. iisdem, omnia confirmauit eodem planè tenore. B. Cùm à Nobis petitur, 6. apud Vvadingum in reg. tom. 2. Et in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 121. *Iisd.*

3 *Carmelitis.* Nicolaus IV. anno 1288. Carmelitis, idem prorsus. B. Solet annuere, in Mari magno Carmelitarum, num. 1.

4 *Carmelitis.* Bonifacius VIII. anno 1267. Carmelitis, idem prorsus, B. Cùm à Nobis petitur, in Mari magno Carmelitarum, numero 1. quæ malè omittitur apud Rodericum, sed habetur apud Lezanam & in authenticis.

5 *Basilianis & clariſtis.* Clemens V I. anno 1346. Monachis Sancti Saluatoris Messanensis, Ordinis Sancti Basilij, idem, & eodem prorsus tenore concessit quod suprà numero 1. B. Solet annuere. Quam refert, & motu proprio atque ex certa scientia confirmat Sixtus IV. anno 1472. B. Constitutus, apud Bzouium, tomo 18. Annalium, anno 1472. numero 15. pagina 64. Idem Clemens anno 1348. Monialibus Sanctæ Claræ. [Omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ordini vestro concessas, confirmamus & præsentis scripti priuilegio communimus.] B. Religiosam, 158. apud. Wadingum in reg. tom. 3. ex Reg. Var. lib. 2. epist. 901.

6 *Eremitis. S. Aug.* Vrbanus VI. anno 1388. Eremitis Sancti Augustini idem concessit quod numero 1. Bullâ Solet annuere, in Mari magno Erem. S. August. num. 5.

7 *Cistersiensib. Vtriusque sexus.* Ioannes XXIII. anno 1415. Cistercienſibus vtriusque sexus. [Priuilegia, immunitates, libertates, exemptiones, conseruationes, gratias, & indulta, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu pro Romanis Pontificibus in eodem Obedientiis habitos

bitos, Abbatibus dicti Monasterij Cisterciensis, eiusque Coabbatibus, Abbatissis, & Conuentibus Ordinis eiusdem, coniunctim vel diuisim, vt præfertur, concessas & concessa, necnon Prælatorum, Pontificum, Imperatorum, Regum, & Dominorum temporalium, Litteras huiusmodi, & omnia & singula in eis contenta, prout ritè & iustè, ac rationabiliter processerunt, & præfato Ordini fuerunt indulta, confirmamus, &c.] B. Etsi quibusliber, 2. apud Roder. *Etiam concessa ab Anteci Papis.*

8 Martinus V. anno 1420. Minoritis omnia confirmauit sicut numero 1. B. Cùm à Nobis petitur, 55. apud Wadingum in reg. tomi 5. ex Bulla originali. Idem anno 1421. confirmauit omnia priuilegia, &c. Ordini Minorum de Obseruantia, olim à Petro de Luna, tunc Benedicto XIII. in sua Obedientia nuncupato, concessa. Bullâ, Cùm à Nobis, 76. apud Wadingum in reg. tomi 5. ex Regesto Vaticano, libro 1. de Litteris Cardinalium, anno quarto, fol. 316. *Minoritis etiam concessa à Pseudo Papa.*

9 Nicolaus V. anno 1452. iisdem idem quod numer 1. concessit. B. Cùm à Nobis petitur, apud Wadingum tomo 6. in Annal. ann. 1452. num. 29. pag. 88. *Iisdem.*

10 Sixtus IV. anno 1472. iisdem. [Omnia priuilegia, gratias, & indulta, hactenus vobis à Summis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa, per præsentes confirmamus, roboramus, ac firmiter authenticamus.] Bullâ, Cùm semper, 3. apud Rodericum, & in Spec. Min. tract. folio 32. *Idem*

11 *Iisdem cum non obstantiis.*

Idem iisdem confirmauit omnia priuilegia ab eodem vel prædecessoribus suis concessa Ordini Minorum, & præsertim contenta in Bulla eiusdem quæ incipit, *Regimini vniuersalis Ecclesiæ.* Nonobstantibus quibuscunque Litteris postmodum ordinatis à sua Sanctitate, præsertim quæ incipiunt, *Super curam gregis Dominici.* Viuæ vocis oraculum in Spec. Minor. tract. 1. fol. 42.

12 *Prædicatoribus, cum oraculis.*

Innocentius VIII. anno 1488. Prædicatoribus Reformatis Congregationis Hispaniæ, confirmauit omnia priuilegia, etiam viuæ vocis oraculo concessa. B. Sacræ Religionis, 3. apud Rodericum.

13 *Minoritis.*

Iulius II. an. 1504. Minoritis. B. In militantis Ecclesiæ, 9. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tractatu 2. fol. 46.

14 *Eremitis S. Aug.*

Idem anno 1507. Eremitis Sancti Augustini, etiam quoad ea quæ eis concessa fuerunt per communicationem aliorum Ordinum. B. Dum fructus vberes, 19. apud Rodericum, & 2. in eorum Bullario, ex Breue originali, in Ord. arch. Romæ, num. 2.

15 *Benedictinis vellis Vmbrosæ.*

Idem eodem anno, Benedictinis Congregationis Vallis Vmbrosæ, omnia, ac si de verbo ad verbum inserentur. B. Militantis, 13. apud Cherubinum.

16 *Eremitis S. Aug.*

Idem anno 1508. Eremitis Sancti Augustini, vt suprà numero 14. B. Etsi ad bene merendum, 18. apud Cherubinum, 20. apud Rodericum 11. apud Peyrinis, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. archiuio Romæ, numero 3.

Idem

Idem anno 1509. Prædicatoribus. B. Considerantes, 1. apud Confettium, 13. apud Peyrinis, 16. apud Roder. 17 *Prædicatoribus.*

Idem anno 1511. Eremitis Sancti Augustini. B. Exigit, 6. in eorum Bullario, eo orig. in Ord. arch. Romæ, num. 6. 18 *Eremitis S. Aug.*

Leo X. anno 1513. Minimis. B. Iis quæ, 41. apud Roder. 4. apud Peyrinis. 19 *Minimis.*

Idem anno 1514. Carmelitis, quod Prouinciam Turoniæ, omnia Ordini concessa (exceptis indulgentiis plenariis) confirmat & de nouo concedit, quatenus sint in vsu. B. Cùm ad vberes, apud Patrem Iustinum, ex originali sub plumbo in Conuentu Andegauensi, & authentico in archiuio Conuentus Rhedonẽsis. 20 *Carmelitis.*

Idem anno 1517. Omnia & singula Mendicantium priuilegia confirmat, & motu proprio ad abundantiorem cautelam innouat, saluis moderationibus Concilij Lateranensis 5. B. Superioribus, 6. in Bullario Eremitarum Sancti Augustini ex orig. in Ord. arch. Romæ, numero 6. 21 *Mendicantibus omnibus.*

Idem eodem anno, confirmat & de nouo concedit omnia eatenus concessa Minoritis, tum Obseruantiæ, tum Conuentualibus. Bulla Omnipotens, 3. apud Confettium, 2. apud Rodericum. 22 *Minoritis.*

Idem anno 1518. vt numero 21. B. Exponi nobis, 22. apud Rodericum. 23 *Mendicantibus.*

Idem Minoritis, simul cum oraculis viuæ vocis. Et est viuæ vocis oraculum 4. apud Roder. Instante & testimonium ferente Cardinali Laurentio, anno 1516. 24 *Minoritis, cum oraculis.*

25 *Ordini S. Antonij.* Clemens VII. anno 1523. post Leonem X. anno 1521. confirmauit innouauit omnia priuilegia, indulgentias, &c. concessa Ordini Sancti Antonij. B. Rationi congruit, 2. apud Cherubinum.

26 *Carmelitis* Idem anno 1530. omnia priuilegia, indulgentias, (non tamen plenarias) &c. Carmelitis, etiam per modum communicationis, & aliàs quomodolibet concessa, quorum tenores vult pro sufficienter expressis & insertis haberi, confirmat. Nonobstantibus quibusvis Constitutionibus Apostolicis reuocatiuis, modificatiuis, &c. B. Ex clementi. 31. apud Cherubinum, 5. apud Confet. 11. apud Rodericum.

27 *Minoritis* Paulus III. anno 1540. Minoritis omnia priuilegia, gratias, &c. quorum omnium tenores haberi vult pro sufficientes expressis. B. Exhibita nobis, 1. apud Confettium, 5. apud Rodericum.

28 *Carmelitis* Idem anno 1549. Carmelitis confirmauit omnes gratias & concessiones, quatenus sint in vsu, & specialiter Litteras Clementis VII. suprà præmissas numero 26. B. Dum à nobis, apud Patrem Iustinum, ex authentico Romæ in Ordinis archiuio.

29 *Societati Iesu.* Idem eodem anno Societati IESV confirmat quæcunque iam ante concesserat; quæ hîc pro specificatis haberi vult. B. Licet debitum, 48. apud Cherubinum, 8. apud Rodericum, paragrapho 38.

Iulius III. anno 1553. Minimis, sicut suprà numero 1. & cum clausula, *Saluâ in decimis moderatione Concilij Generalis.* B. Cùm à Nobis petitur

petitur, apud Peyrinis, & 6. apud Rodericum.

Paulus IV. anno 1555. iisdem, vt suprà numero 1. B. Cùm à Nobis petitur, 1. apud Peyrinis. 31 *Iisdem.*

Idé anno 1556. Carmelitis & Confratribus Confraternitatum in Ecclesiis Domorũ eiusdem Ordinis canonicè institutarum, idipsum. B. Cùm à Nobis petitur, extat authent. in arch. Conuentus Rhedonensis, capsula OO. PP. 32 *Carmelitis & eorum cõfratribus.*

Concilium Tridentinum (Confirmatum à Pio IV. B. Benedictus Deus, 73. apud Cherubinum, an. 1564.) sessione 25. de Regularibus, capite 20. [In cæteris omnibus (Concilio scilicet non contrariis) præfatorum Ordinũ priuilegia & facultates, quæ ipsorum personas, loco, & iura concernunt, firma sint & illæsa.] 33 *Regularib. omnib. Societati.* 34 *Societati Crucesignatorum.*

Pius V. anno 1570. Societati Crucesignatorum, priuilegia, indulgentias, &c. quatenus sunt in vsu, & Tridentino non contrariantur, singulorum tenores pro sufficienter expressis habens confirmauit. B. Sacrosanctæ, 110. apud Cherubinum, 28. apud Roder.

Gregorius XIII. anno 1575. Ordini Sanctissimæ Trinitatis, priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, nec Tridentino contraria, confirmat. B. Cùm à Nobis, 30. apud Roder. 35 *Ordini SS. Trinitatis.*

Idem anno 1578. Præmonstratensibus, omnia priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, nec Tridentino contraria, &c. confirmat. Bulla, Quàm grata, decimasexta apud Rodericum. 36 *Præmonstratensib.*

Gregor. XIV. an. 1593. Congregationi de quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus Conciliique 37 *Minimis.*

ciliique Trid. Decretis sint conformia, confirmat. B. Ordinem, apud Peyrinis.

38 *Congregationi de Somascha. Der. Conc. Generalium.*

Clemens VIII. an. 1595. Congregationi de Somascha, priuilegia, &c. confirmat. Nonobstantibus etiam Conciliis Generalib. &c. B. Decet, 22. apud Cherub.

39 *Carmelitis Discalceat.*

Idem eod. an. Carmelitis Discalceat. priuilegia, &c. confirmat. B. Pastoralis, 13. in Appendic. Roder. 25. apud Cherub.

40 *Minimis.*

Paulus V. an. 1609, Minimis, priuilegia &c. quatenus sint in vsu, nec reuocata, &c. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis.

41 *Carmelitis Discalceat. signatura & oracula.*

Idem an. 1610. Carmelitis Discalceat. priuilegia, &c. etiam per modum communicationis, etiam per solam signaturam, seu viuæ vocis oraculo, concessa confirmat. B. Decet Romanum, 24. in Appendice Roder.

42 *Ordini SS. Trinitatis.*

Gregorius XV. an. 1622. Ordini Ss. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, priuilegia, &c. quatenus in vsu, nec reuocata, &c. B. Iniuncti, 22. apud Cherub.

43 *Minimis.*

Idem eodem anno. Minimis, eodem tenore. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis.

44 *Canonicis. Reg. Congr. Later.*

Idem eodem an. & modo, Canonicis Regul. Congreg. Later. B. Iniuncti, 33. apud Cher.

45 *Ordini B. M. de Mercede.*

Vrbanus VIII. an. 1628. Ordini. B. M. de Mercede, eod. modo. B. Ex clementi, 94. apud Cher.

CONFIRMA

CONFIRMATIONES Priuilegiorum ex certa scientia.

CÆLESTINVS V. anno 1294. Eremitis Sancti August. [Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quòd vobis & Ordini vestro nonnullas libertates, priuilegia, & immunitates, Apostolicæ Sedis benignitas duxit hactenus concedēdas, quæ quidem omnia authoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus.] B. Dum solicitæ, 1 in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archiuo Romæ, numero 1. 1 *Eremitæ S. Aug.*

Idem eodem anno pro iisdem. [Dictorum Ordinis Fratrum, Confraternitatum, & Oblatorum, priuilegia, libertates, & exemptiones, quorumcunque tenorum existant, tenore præsentium authoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus.] B. Ex parte, 2. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archiuio, num. 2. 2 *Idem.*

Puis II. anno 1462. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti. [Omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulta, & gratias, eisdem Montis Oliueti atque aliis Monasteriis, Prioratibus, membris, & locis dicti Ordinis, necnon præfato & aliis Abbatibus, Visitatoribus, Prioribus, Monachis, 3 *Bened. Congr. Montis Oliueti.*

chis, & personis in eis degentibus, per Nos, vel Sedem Apostolicam, siue aliàs quovis modo concessa & indulta, rata habentes & grata, illa auhoritate Apostolica ex certa scientia approbamus & confirmamus.] B. Licet ex debito, 9. apud Cherub. §. 1.

4 *Minoritis.* Paulus II. anno 1465. Minoritis idem concedit. B. Inter cæteros. In Spec. Min. tract. 1. fol. 31. & apud Rodericum. Vbi dicitur haberi authentica in Conuentu Salmant.

5 *Iisdem. Derogat. Conc. Gen.* Sixtus IV. anno 1474. iisdem idem concedit, cum ampla derogatione quorumlibet contrariorum, etiam Generalium Conciliorum &c. In Mari magno Minorum,

6 *Prædicatorib. Derog. Conc. Gen.* Idem eodem anno Prædicatoribus, eodem tenore. In Mari magno Prædicatorum.

7 *Erem. S. Aug. Derog. Conc. Gen.* Idem eodem anno Eremitis S. Aug. iisdem verbis. In eorum Mari magno.

Idem anno 1476. Carmelitis, eodem modo. In eodem Mari magno.

8 *Carmelitis. Der. Conc. Gener.* Idem eodem anno Canonicis Regularibus, Sancti Augustini, Congregationis Lateranensis. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §. 9.

9 *Can. Reg. S. Aug.*

Idem anno 1477. Carmelitis. B. Dum attenta meditatione. 38. apud Rodericum. Et in Speculo Carmelitarum, fol. 95. & in Speculo Minorum, tract. 2 fol. 104. Quam P. Iustinus in Bullario suo manuscripto ait se sumpsisse ex originali sub plumbo in archiuio Conuentus Rhedonensis.

10 *Carmelitis.*

11 *Prædicat. & Minor.* Idem anno 1479. prædicatoribus & Minoribus. B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherubinum

rubinum, 2. apud Confettium, 4. apud Peyrinis, 20. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in conuentu Salmaticensi. Extat & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 67. & apud Vvandingum, in annal. tom. 7. anno 1479. numero 6. pag. 63. Vocatur Bulla Aurea.

Innocentius VIII. anno Incarn. 1484. 3. Cal. Febr. Pontif. 1. Carmelitis omnia Priuilegia &c. exceptis plenariis indulgentiis, eodem tenore confirmat, ac, si aliquando suspensa fuerint, de nouo concedit. B. Dum attenta meditatione, quam vidi originaliter sub plumbo in archiuio Conuentus Rhedonensis, capsula OO. PP. 12 *Carmelitis.*

Idem sine exceptione eodem anno, Minimis. B. Pastoris officium. Apud Peyrinis. 13 *Minimis.*

Idem anno 1487. Seruitis, in eorum Mari magno, prorsus vt suprà, num. 5. 14 *Seruitis Derogat. Conc. Gen.*

Alexander VI. anno 1493. Carmelitis, omnes iudulgentias, non tamen plenarias, & priuilegia &c. B. Dum attenta meditatione, apud P. Iustinum ex instrumento authentico existente in Ordinis archiuio in Transpontina. 15 *Carmelitis.*

Idem Cistercensibus Italiæ, anno 1497. omnes gratias, indulgentias, priuilegia &c. B. Plantatus, 7. apud Cherub. 16 *Cistercensibus.*

Iulius II. anno 1504. Carmelitis approbauit & innouauit Litteras Sixti IV. præmissas suprà num. 10. cum omnibus in eis contentis clausulis confirmationis &c. B. Ad sacrum Ordinem, in Speculo Carmelitarũ, fol. 99. Imo eadem (vt refertur per Leonem X. suprà, verb. Confirm. 17 *Carmelitis.*

Confirmationes in forma simplici num. 20.) contines & confirmat pariter Litteras Innocentij VIII. præmissas suprà num. 12.

18 *Minimis.* Idem anno 1506. Minimis. Testatur, præter Innocentium VIII. etiam Alexandrum VI. confirmasse omnia priuilegia &c. ipsis concessa, ac de verbo ad verbum inseri fecisse. Quæ omnia ipsemet ibidem confirmat. Constitutionibus & aliis non obstantibus quibuscunque contrariis, & specialiter, Innocentij IV. *Volentes*, Bonifaci VIII. *Cùm ex eo*, Clementis V. *Religiosi*, Alexandri IV. *Vt Abbates*, & Martini V. *Viam ambitiosæ*. B. Dudum ad sacrũ, 10. apud Cherub. 4. Confettium, 1. apud Peyrinis.

19 *Benedictinis Cong. Montis Oliueti.* Idem anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, omnia priuilegia, gratias &c. confirmat B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 1.

20 *Eremitis S. Aug.* Idem anno 1508. Eremitis Sancti Augustini, confirmat omnia concessa, etiam per communicationem cum aliis Ordinibus; etiam ea quæ sub simplici signatura, quæ vult etiam habere vim tam in iudicio, quam extrà si ostendantur signata manu alicuius Prælati, aut publici Notarij, aut Generalis Ordinis. B. Nihil est, 22. apud Rodericum, & 4. in eorum Bullario, ex orig. in Ordinis archiuio Romæ, n. 4.

Signatura.

21 *Canonicis S. Salu. Derogat. Con. Gen.* Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Sancti Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 1. Cum derogationibus amplissimis, etiam Conciliorum Generalium &c.

Leo

LeoX.anno 1513. Eremitis S. Aug. omnia priuilegia,indulgentias &c. B. In rerum, 3. in eorum Bullario, ex orig.in Ord.arch. Romæ, num. 3. 22 *Eremitis S. Aug.*

Idem eodem anno, toti Camaldulensium Ordini.B.Etsi à summo,2. apud Cherubinum, §. 3. 23 *Camaldul.*

Idem anno 1514. Eremitis S.Aug.B.Licet sponte, 4.apud Confettium, 10.in eorum Bullario,ex orig.in Ordinis archiuio, Romæ, num.10. 24 *Eremitis S. Aug.*

Idem anno 1515. Iisdem. B. Multa accepimus, 5. in eorum Bullario, ex orig.in Ordin. arch. Romæ, num. 5. 25 *Iisdem.*

Idem anno 1518. Prædicatoribus communicando priuilegia cæterorum Mendicãtium, ea omnia & singula motu proprio & ex certa scientia de nouo concedit, nonobstantibus quibuscunque Apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, siue Constitutionibus etiam in Conciliis editis Generalibus &c. B. Cùm inter cæteros, 33.apud Rodericum. 26 *Prædicatoribus. Derog. Conc. Gen.*

Clemens VII.anno 1525. Ordinibus Sancti Francisci, omnia priuilegia,indulgentias &c. confirmat motu proprio & ex certa scientia; nonobstantibus quibusvis Apostolicis Constitutionibus, annullatiuis,reuocatiuis,modificatiuis, &c. B. Dum fructus vberes, 7. apud Confet.2.apud Roder. 27 *Ordinibus S. Francisci.*

Idem anno 1530. Erem. S. Augustini, vt n. 26. B. Romanus Pontifex, 1. in eorum Bullario, ex origin. in Ordinis archiuio Romæ.Et 28 *Eremitis S. Aug. Derog. Conc.Gen.*

11 *Iisdem cum non obstantiis.*

Idem iisdem confirmauit omnia priuilegia ab eodem vel prædecessoribus suis concessa Ordini Minorum, & præsertim contenta in Bulla eiusdem quæ incipit, *Regimini vniuersalis Ecclesiæ.* Nonobstantibus quibuscunque Litteris postmodum ordinatis à sua Sanctitate, præsertim quæ incipiunt, *Super curam gregis Dominici.* Viuæ vocis oraculum in Spec. Minor. tract. 1. fol. 42.

12 *Prædicatoribus, cum oraculis.*

Innocentius VIII. anno 1488. Prædicatoribus Reformatis Congregationis Hispaniæ, confirmauit omnia priuilegia, etiam viuæ vocis oraculo concessa. B. Sacræ Religionis, 3. apud Rodericum.

13 *Minoritis.*

Iulius II. an. 1504. Minoritis. B. In militantis Ecclesiæ, 9. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tractatu 2. fol. 46.

14 *Eremitis S. Aug.*

Idem anno 1507. Eremitis Sancti Augustini, etiam quoad ea quæ eis concessa fuerunt per communicationem aliorum Ordinum. B. Dum fructus vberes, 19. apud Rodericum, & 2. in eorum Bullario, ex Breue originali, in Ord. arch. Romæ, num. 2.

15 *Benedictinis vallis Vmbrosæ.*

Idem eodem anno, Benedictinis Congregationis Vallis Vmbrosæ, omnia, ac si de verbo ad verbum inserentur. B. Militantis, 13. apud Cherubinum.

16 *Eremitis S. Aug.*

Idem anno 1508. Eremitis Sancti Augustini, vt suprà numero 14. B. Etsi ad bene merendum, 18. apud Cherubinum, 20. apud Rodericum 11. apud Peyrinis, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. archiuio Romæ, numero 3.

Idem

Idem anno 1509. Prædicatoribus. B. Considerantes, 1. apud Confettium, 13. apud Peyrinis, 16. apud Roder. 17 *Prædicatoribus.*

Idem anno 1511. Eremitis Sancti Augustini. B. Exigit, 6. in eorum Bullario, eo orig. in Ord. arch. Romæ, num. 6. 18 *Eremitis S. Aug.*

Leo X. anno 1513. Minimis. B. Iis quæ, 41. apud Roder. 4. apud Peyrinis. 19 *Minimis.*

Idem anno 1514. Carmelitis, quod Prouinciam Turoniæ, omnia Ordini concessa (exceptis indulgentiis plenariis) confirmat & de nouo concedit, quatenus sint in vsu. B. Cùm ad vberes, apud Patrem Iustinum, ex originali sub plumbo in Conuentu Andegauensi, & authentico in archiuio Conuentus Rhedonẽsis. 20 *Carmelitis.*

Idem anno 1517. Omnia & singula Mendicantium priuilegia confirmat, & motu proprio ad abundantiorem cautelam innouat, saluis moderationibus Concilij Lateranensis 5. B. Superioribus, 6. in Bullario Eremitarum Sancti Augustini ex orig. in Ord. arch. Romæ, numero 6. 21 *Mendicantibus omnibus.*

Idem eodem anno, confirmat & de nouo concedit omnia eatenus concessa Minoritis, tum Obseruantiæ, tum Conuentualibus. Bulla Omnipotens, 3. apud Confettium, 2. apud Rodericum. 22 *Minoritis.*

Idem anno 1518. vt numero 21. B. Exponi nobis, 22. apud Rodericum. 23 *Mendicantibus.*

Idem Minoritis, simul cum oraculis viuæ vocis. Et est viuæ vocis oraculum 4. apud Roder. Instante & testimonium ferente Cardinali Laurentio, anno 1516. 24 *Minoritis, cum oraculis.*

25 *Ordini S. Antonij.* Clemens VII. anno 1523. post Leonem X. anno 1521. confirmauit innouauit omnia priuilegia, indulgentias, &c. concessa Ordini Sancti Antonij. B. Rationi congruit, 2. apud Cherubinum.

26 *Carmelitis* Idem anno 1530. omnia priuilegia, indulgentias, (non tamen plenarias) &c. Carmelitis, etiam per modum communicationis, & aliàs quomodolibet concessa, quorum tenores vult pro sufficienter expressis & insertis haberi, confirmat. Nonobstantibus quibusvis Constitutionibus Apostolicis reuocatiuis, modificatiuis, &c. B. Ex clementi. 31. apud Cherubinum, 5. apud Confet. 11. apud Rodericum.

27 *Minoritis* Paulus III. anno 1540. Minoritis omnia priuilegia, gratias, &c. quorum omnium tenores haberi vult pro sufficientes expressis. B. Exhibita nobis, 1. apud Confettium, 5. apud Rodericum.

28 *Carmelitis* Idem anno 1549. Carmelitis confirmauit omnes gratias & concessiones, quatenus sint in vsu, & specialiter Litteras Clementis VII. suprà præmissas numero 26. B. Dum à nobis, apud Patrem Iustinum, ex authentico Romæ in Ordinis archiuio.

29 *Societati Iesu.* Idem eodem anno Societati Iesv confirmat quæcunque iam ante concesserat; quæ hîc pro specificatis haberi vult. B. Licet debitum, 48. apud Cherubinum, 8. apud Rodericum, paragrapho 38.

Iulius III. anno 1553. Minimis, sicut suprà numero 1. & cum clausula, *Saluâ in decimis moderatione Concilij Generalis*. B. Cùm à Nobis

petitur

petitur, apud Peyrinis, & 6. apud Rodericum.

Paulus IV. anno 1555. iisdem, vt suprà numero 1. B. Cùm à Nobis petitur, 1. apud Peyzinis. 31 *Iisdem.*

Idé anno 1556. Carmelitis & Confratribus Confraternitatum in Ecclesiis Domorũ eiusdem Ordinis canonicè institutarum, idipsum. B. Cùm à Nobis petitur, extat authent. in arch. Conuentus Rhedonensis, capsula OO. PP. 32 *Carmelitis & eorum cõfratribus.*

Concilium Tridentinum (Confirmatum à Pio IV. B. Benedictus Deus, 73. apud Cherubinum, an. 1564.) sessione 25. de Regularibus, capite 20. [In cæteris omnibus (Concilio scilicet non contrariis) præfatorum Ordinũ priuilegia & facultates, quæ ipsorum personas, loco, & iura concernunt, firma sint & illæsa.] 33 *Regularib. omnib. Societati.* 34 *Societati Crucesignatorum.*

Pius V. anno 1570. Societati Crucesignatorum, priuilegia, indulgentias, &c. quatenus sunt in vsu, & Tridentino non contrariantur, singulorum tenores pro sufficienter expressis habens confirmauit. B. Sacrosanctæ, 110. apud Cherubinum, 28. apud Roder.

Gregorius XIII. anno 1575. Ordini Sanctissimæ Trinitatis, priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, nec Tridentino contraria, confirmat. B. Cùm à Nobis, 30. apud Roder. 35 *Ordini SS. Trinitatis.*

Idem anno 1578. Præmonstratensibus, omnia priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, nec Tridentino contraria, &c. confirmat. Bulla, Quàm grata, decimasexta apud Rodericum. 36 *Præmonstratensib.*

Gregor. XIV. an. 1593. Congregationi de quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus Conciliique 37 *Minimis.*

ciliique Trid. Decretis sint conformia, confirmat. B. Ordinem, apud Peyrinis.

38 *Congregationi de Somascha. Der. Conc. Generalium.*

Clemens VIII. an. 1595. Congregationi de Somascha, priuilegia, &c. confirmat. Nonobstantibus etiam Conciliis Generalib. &c. B. Decet, 22. apud Cherub.

39 *Carmelitis Discalceat.*

Idem eod. an. Carmelitis Discalceat. priuilegia, &c. confirmat. B. Pastoralis, 13. in Appendic. Roder. 25. apud Cherub.

40 *Minimis.*

Paulus V. an. 1609, Minimis, priuilegia &c. quatenus sint in vsu, nec reuocata, &c. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis.

41 *Carmelitis Discalceat. signatura & oracula.*

Idem an. 1610. Carmelitis Discalceat. priuilegia, &c. etiam per modum communicationis, etiam per solam signaturam, seu viuæ vocis oraculo, concessa confirmat. B. Decet Romanum, 24. in Appendice Roder.

42 *Ordini SS. Trinitatis.*

Gregorius XV. an: 1622. Ordini Ss. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, priuilegia, &c. quatenus in vsu, nec reuocata, &c. B. Iniuncti, 22. apud Cherub.

43 *Minimis.*

Idem eodem anno. Minimis, eodem tenore. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis.

44 *Canonicis. Reg. Congr. Later.*

Idem eodem an. & modo, Canonicis Regul. Congreg. Later. B. Iniuncti, 33. apud Cher.

45 *Ordini B. M de Mercede.*

Vrbanus VIII. an. 1628. Ordini. B. M. de Mercede, eod. modo. B. Ex clementi, 94. apud Cher.

CONFIRMA

CONFIRMATIONES
Priuilegiorum ex certa scientia.

CÆLESTINVS V. anno 1294. Eremitis Sancti Augustini. [Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quòd vobis & Ordini vestro nonnullas libertates, priuilegia, & immunitates, Apostolicæ Sedis benignitas duxit hactenus concedēdas, quæ quidem omnia authoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus.] B. Dum solicitæ, 1 in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archiuo Romæ, numero 1. 1 *Eremitæ S. Aug.*

Idem eodem anno pro iisdem. [Dictorum Ordinis Fratrum, Confraternitatum, & Oblatorum, priuilegia, libertates, & exemptiones, quorumcunque tenorum existant, tenore præsentium authoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus.] B. Ex parte, 2. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archiuio, num. 2. 2 *Idem.*

Puis II. anno 1462. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti. [Omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulta, & gratias, eisdem Montis Oliueti atque aliis Monasteriis, Prioratibus, membris, & locis dicti Ordinis, necnon præfato & aliis Abbatibus, Visitatoribus, Prioribus, Monachis, 3 *Bened. Congr. Montis Oliueti.*

chis, & personis in eis degentibus, per Nos, vel Sedem Apostolicam, siue aliàs quovis modo concessa & indulta, rata habentes & grata, illa auhoritate Apostolica ex certa scientia approbamus & confirmamus.] B. Licet ex debito, 9. apud Cherub. §. 1.

4 *Minoritis.* Paulus II. anno 1465. Minoritis idem concedit. B. Inter cæteros. In Spec. Min. tract. 1. fol. 31. & apud Rodericum. Vbi dicitur haberi authentica in Conuentu Salmant.

5 *Iisdem. Derogat. Conc. Gen.* Sixtus IV. anno 1474. iisdem idem concedit, cum ampla derogatione quorumlibet contrariorum, etiam Generalium Conciliornm &c. In Mari magno Minorum,

6 *Prædicatorib. Derog. Conc. Gen.* Idem eodem anno Prædicatoribus, eodem tenore. In Mari magno Prædicatorum.

7 *Erem. S. Aug. Derog. Conc. Gen.* Idem eodem anno Eremitis S. Aug. iisdem verbis. In eorum Mari magno.

8 *Carmelitis. Der. Conc. Gener.* Idem anno 1476. Carmelitis, eodem modo. In eodem Mari magno.

9 *Can. Reg. S. Aug.* Idem eodem anno Canonicis Regularibus, Sancti Augustini, Congregationis Lateranensis. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §. 9.

10 *Carmelitis.* Idem anno 1477. Carmelitis. B. Dum attenta meditatione. 38. apud Rodericum. Et in Speculo Carmelitarum, fol. 95. & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 104. Quam P. Iustinus in Bullario suo manuscripto ait se sumpsisse ex originali sub plumbo in archiuio Conuentus Rhedonensis.

11 *Prædicat. & Minor.* Idem anno 1479. prædicatoribus & Minoribus. B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherubinum.

rubinum, 2. apud Confettium, 4. apud Peyrinis, 20. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in conuentu Salmaticensi. Extat & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 67. & apud Vvandingum, in annal. tom. 7. anno 1479. numero 6. pag. 63. Vocatur Bulla Aurea.

Innocentius VIII. anno Incarn. 1484. 3. Cal. Febr. Pontif. 1. Carmelitis omnia Priuilegia &c. exceptis plenariis indulgentiis, eodem tenore confirmat, ac, si aliquando suspensa fuerint, de nouo concedit. B. Dum attenta meditatione, quam vidi originaliter sub plumbo in archiuio Conuentus Rhedonensis, capsula OO. PP. 12 *Carmelitis.*

Idem sine exceptione eodem anno, Minimis. B. Pastoris officium. Apud Peyrinis. 13 *Minimis.*

Idem anno 1487. Seruitis, in eorum Mari magno, prorsus vt suprà, num. 5. 14 *Seruitis Derogat. Cone. Gen.*

Alexander VI. anno 1493. Carmelitis, omnes iudulgentias, non tamen plenarias, & priuilegia &c. B. Dum attenta meditatione, apud P. Iustinum ex instrumento authentico existente in Ordinis archiuio in Transpontina. 15 *Carmelitis.*

Idem Cistercienſibus Italiæ, anno 1497. omnes gratias, indulgentias, priuilegia &c. B. Plantatus, 7. apud Cherub. 16 *Cistercienſibus.*

Iulius II. anno 1504. Carmelitis approbauit & innouauit Litteras Sixti IV. præmissas suprà num. 10. cum omnibus in eis contentis clausulis confirmationis &c. B. Ad sacrum Ordinem, in Speculo Carmelitarũ, fol. 99. Imo eadem (vt refertur per Leonem X. suprà, verb. Confirm. 17 *Carmelitis.*

Confirmationes in forma ſimplici num. 20.) contines & confirmat pariter Litteras Innocentij VIII. præmiſſas ſuprà num. 12.

18 *Minimis.* Idem anno 1506. Minimis. Teſtatur, præter Innocentium VIII. etiam Alexandrum VI. confirmaſſe omnia priuilegia &c. ipſis conceſſa, ac de verbo ad verbum inſeri feciſſe. Quæ omnia ipſemet ibidem confirmat. Conſtitutionibus & aliis nonobſtantibus quibuſcunque contrariis, & ſpecialiter, Innocentij IV. *Volentes*, Bonifaci VIII. *Cùm ex eo*, Clementis V. *Religioſi*, Alexandri IV. *Vt Abbates*, & Martini V. *Viam ambitioſæ*. B. Dudum ad ſacrũ, 10. apud Cherub. 4. Confettium, 1. apud Peyrinis.

19 *Benedictinis Cong. Montis Oliueti.* Idem anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, omnia priuilegia, gratias &c. confirmat B. Etſi ad vniuerſos, 12. apud Cherub. §. 1.

20 *Eremitis S. Aug.* Idem anno 1508. Eremitis Sancti Auguſtini, confirmat omnia conceſſa, etiam per communicationem cum aliis Ordinibus; etiam ea quæ ſub ſimplici ſignatura, quæ vult etiam habere vim tam in iudicio, quam extrà ſi oſtẽdantur ſignata manu alicuius Prælati, aut publici Notarij, aut Generalis Ordinis. B. Nihil eſt, 22. apud Rodericum, & 4. in eorum Bullario, ex orig. in Ordinis archiuio Romæ, n. 4.

Signatura.

21 *Canonicis S. Salu. Derogat. Con. Gen.* Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini Congregationis Sancti Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 1. Cum derogationibus ampliſſimis, etiam Conciliorum Generalium &c.

Leo

LeoX.anno 1513. Eremitis S. Aug. omnia priuilegia,indulgentias &c. B. In rerum, 3. in eorum Bullario, ex orig.in Ord.arch. Romæ, num. 3. 22 *Eremitis S. Aug.*

Idem eodem anno, toti Camaldulensium Ordini.B.Etsi à summo,2. apud Cherubinum, §. 3. 23 *Camaldul.*

Idem anno 1514 Eremitis S.Aug.B.Licet sponte, 4.apud Confettium, 10.in eorum Bullario,ex orig.in Ordinis archiuio, Romæ, num.10. 24 *Eremitis S. Aug.*

Idem anno 1515. Iisdem. B. Multa accepimus, 5. in eorum Bullario, ex orig.in Ordin. arch. Romæ, num. 5. 25 *Iisdem.*

Idem anno 1518. Prædicatoribus communicando priuilegia cæterorum Mendicãtium, ea omnia & singula motu proprio & ex certa scientia de nouo concedit, nonobstantibus quibuscunque Apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, siue Constitutionibus etiam in Conciliis editis Generalibus &c. B. Cùm inter cæteros, 33.apud Rodericum. 26 *Prædicatoribus. Derog. Conc. Gen.*

Clemens VII.anno 1525. Ordinibus Sancti Francisci, omnia priuilegia,indulgentias &c. confirmat motu proprio & ex certa scientia; nonobstantibus quibusvis Apostolicis Constitutionibus, annullatiuis,reuocatiuis,modificatiuis, &c. B. Dum fructus vberes, 7. apud Confer.2.apud Roder. 27 *Ordinibus S. Francisci.*

Idem anno 1530. Erem. S. Augustini, vt n. 26. B. Romanus Pontifex, 1. in eorum Bullario, ex origin. in Ordinis archiuio Romæ.Et 28 *Eremitis S. Aug. Derog. Conc.Gen.*

habetur apud Confectium post Bullam Pauli IV.

29 *Benedictinis Congr. Cassinen.*

Paulus III. anno 1537. Benedictinis Congreg. Cassinen. omnia priuilegia, indulgentias &c. personis, Seruitoribus, Ecclesiis, locis &c. concessa quomodolibet, etiam particularibus Monasteriis, etiam ampliatiuè vel extensiuè, communiter vel diuisim &c. B. Benignitas, 15. apud Cherub. Vbi & quamplura in specie exprimuntur.

30 *Minimis.*

Idem anno 1540. Minimis, omnia priuilegia, indulgentias &c. quæ etiam, vel saltem pleraque, in specie exprimuntur, confirmat ex certa scientia; Nonobstantibus quibusvis Cõstitutionibus Apostolicis, etiam Generalis Concilij Lateranensis vltimò celebrari. B. Regimini, 1. apud Peyrinis.

Derogat. Conc. Lat.

31 *Minoritis.*

Iulius III. anno 1550. priuilegia, indulgentias. &c. Ordini Minorum, S. Claræ, & de Pœnitentia; Nonobstantibus quibusvis Constitutionibus Apostolicis, ac Prouincialibus, Capitularibus, & Generalibus &c. cassatiuis, reuocatiuis, &c. B. Dum regularis, 2. apud Roderic.

Derogat. Con. Gen.

32 *Societati Iesu.*

Idem eodem anno, priuilegia, indulta &c. Societati IESV concessa. B. Exposcit, 9. apud Cherub.

33 *Ordinibus S. Dominici Derogat. Con. Gen.*

Idem anno 1551. Ordini Prædicatorum, Monialium, & de Pœnitentia, S. Dominici, omnia priuilegia, indulgentias &c. Nonobstãtibus &c. Conciliis Generalibus &c. B. In sacra, 3, apud Roder.

34

Paulus IV. anno 1555. Tribus Ordinibus Sancti

Sancti Francisci, omnia priuilegia, indulgentias, etiam plenarias, &c. etiam per solam signaturam, aut oraculo viuæ vocis concessa, &c. plurimis in specie enumeratis. Nonobstantibus, &c. Concilio Generali Lateranensi vltimo, & aliis Conciliis Generalibus, &c. etiam priuilegiorum reuocatiuis, restrictiuis, &c. B. Ex clementi, 1. apud Cherubinum, Confettium, & Rodericum. *Ordinibus S. Francisci. Signatura & oracula Der. Conc. Gen.*

Pius IV. anno 1560. Fratribus Militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani, omnia priuilegia, indulgentias, &c. B. Circumspecta, 9. apud Cherubinum, §. 53. 35 *Militibus Melitensib*

Idem anno 1561. tribus Ordinibus Sancti Francisci, cum iisdem prorsus clausulis quæ numero 34. Bullâ, Ex clementi, 2. apud Rodericum. 36 *Ordinibus S. Francisci Vt n. 34.*

Idem anno 1563. Cistercien sibus. Priuilegia, indulgentias, &c. Nonobstantibus, &c. Conciliis Generalibus, &c. B. In eminenti, 70. apud Cherubinum. 37 *Cistercien sibus. Der. Con. Gener.*

Idem anno 1565. Fratribus Militibus Sancti Lazari Hierosolymitani, priuilegia, indulgentias, &c. quatenus Decretis Concilij Tridentini non repugnent. Nonobstantibus Concilio Lateranensi & aliis Generalibus, &c. B. Inter assiduas, 95. apud Cherubinum, §. 37. 38 *Militibus S. Lazari. Derog. Con. Gener.*

Pius V. anno 1567. Theatinis. Nonobstantibus, Concilio Lateranensi, &c. B. Ad immarcessibilem, 31. apud Cherubinum. 39 *Theatinis Der. Conc. Later.*

Idem eodem anno pro omnibus Mendicãtibus. Priuilegia, indulgentias, &c. Ecclesiis, Domibus, personis, quomodolibet, etiam viuæ 40 *Omnibus Mendic.*

Oracula. vocis oraculo, concessa; quæ Decretis Concilij Tridentini aliàs quàm vt in eadem Bulla est dictum, concessum & declaratum, non contrariantur expressè: etiam si originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias Vrbis ruinas deperdita existant, dummodò de priuilegiis aliàs legitimè constet. Nonobstantibus Conciliis Generalibus, & aliis vt in Bullis Pauli IV. & Pij IV. suprà numero 34. & 36. B. Etsi Mendicantium; 41. apud Cherubinum, 7. apud Rodericum, & Peyrinis. Et habetur authentica in archiuio Conuentus Carmelitarũ Rhedonensium, vt testatur P. Iustinus in suo Bullar. manuscripto.

Derogat. Conc. Gen.

41 *Militibus Melitens. sib. Derogat. Conc. Gen.*

Idem anno 1568. Fratribus Militibus Sancti Ioann. Hieros. omnia priuilegia, gratias &c. Nonobstantibus &c. Conciliis Generalibus &c. B. Etsi cuncta, 77, apud Cherub. 24. apud Rodericum.

42 *S. Georgij in Alga. Derog. Conc. Gen.*

Idem anno 1569. Canonicis Congregationis Sancti Georgij in Alga Venetiarum. Priuilegia, gratias &c. Nonobstantibus Conciliis Generalibus &c. B. Ex incumbenti, 92. apud Cherub.

43 *Hieronym. de Pisis. Derogat. Conc. Gen.*

Idem anno 1571. Hieronymitis Congreg. B. Petri de Pisis. Omnia priuilegia, gratias &c. quatenus Tridentino & Regulari Obseruantiæ non sunt contraria. Nonobstantibus Conciliis Generalibus &c. B. Religionis, 125. apud Cherubinum.

44 *Prædicatoribus.*

Idem eodem anno Prædicatoribus, omnia priuilegia, indulgentias, &c. eorum personis, Ecclesiis, locis, Monialibus, Tertiariis, bonis,

Seruito

Seruitoribus, Procuratoribus, Oblatis, &c. B. Ad hoc nos Deus, 3. apud Confettium; & apud Cherub. post 41. §. 7.

Idem anno 2467. Supplicante & referente Aloysio Petro totius Ordinis Generali Ministro, confirmauit & concessit omnia priuilegia, & quascunque gratias, & viuæ vocis oracula, concessa per bonæ memoriæ Paulum Papam IV. & alios Romanos Pontifices prædecessores Sanctitatis suæ, cum singulis clausulis, decretis, & derogationibus in eis contentis, Fratribus Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ, ita vt illis gaudere & vti possint toties quoties opus fuerit, & eis videbitur, etiam quoad illa ex iis quæ sunt restricta, seu derogata per Concilium Tridentinum, & vti possint in foro conscientiæ tantùm. Viuæ vocis oraculum 15. apud Roder. 45 *Minoritis.* *Oracula.* *Derogatur Tridenti.*

Gregorius XIII. anno 1572. Præmonstratensibus omnia priuilegia &c. etiam per communicationem concessa, confirmat, quatenus sint in vsu, nec reuocata, nec Tridentino contraria. Bulla, Romanus, 15. apud Rodericum. 46 *Præmonstratensibus.*

Idem anno 1574. Cistercienſibus priuilegia &c. confirmat, & quatenus sint in vsu, innouat. Nonobstantibus Conciliis Generalibus &c. B. Superna, 10. apud Roderic. 18. apud Cherubinum. 47 *Cistercienſibus.* *Derogat. Conc. Gen.*

Idem anno 1575. Fratribus Ordinis Minorum, Monialibus, & tertij Ordinis, ex certa scientia & plenitudine potestatis, confirmat & innouat priuilegia &c. concessa, etiam per so- 48 *Ordinibus Minorum.*

Signatura & oracula. lam ſignaturam, aut viuæ vocis oraculo, etiam per modum communicationis & extenſionis inter ſe & cum aliis Ordinibus Mendicantibus & non Mendicantibus, quatenus ſint in vſu & Concilio Tridentino non aduerſentur. Nonobſtantibus quibuſcunque Conſtitutionibus, & in ſpeciali, *Super Cathedram*, & Clem. *Dudum*, & *Religioſi*, & Concilio Lateranenſi vltimo, aliiſque Conciliis, ac per ſeipſum etiã editis, cum quibuſvis clauſulis priuilegiorum eorumdem reuocatiuis, reſtrictiuis, &c. B. Ex benigna, 1. apud Rodericum, 7. apud Confett.

Derogat. Conc. Lat: &c.

Nota propter Bullam, In tanta rerum, eiuſdẽ Pontificis

49 Idem eodem anno. Minimis, omnia priuilegia, &c. etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, conceſſa, etiam per modum communicationis inter ſe; & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, &c. quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro ſufficienter expreſſis habet, quatenus ſint in vſu, & Concilio Tridentino non aduerſentur, confirmat & innouat. Nonobſtantibus, &c. etiam Generalis Concilij Lateranenſis vltimò celebrati. B. Regimini, 1. apud Peyrinis.

Minimis.

Signatura & oracula.

Derogat. Conc. Lat.

50 Idem eodem anno Fratribus & Sororibus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, eadem omnia & iiſdem prorſus clauſulis confirmat. B. Regimini, 29. apud Roder.

Ordini SS. Trinitatis. Eadem.

51 Idem anno 1577. Ordini Sancti Spiritus in Saxia, eadem omnia & eodem tenore confirmat. B Si inter, 44. apud Cherub.

Ordini S. Spiritus in Saxia. Eadem.

52 Idem eodem anno Carmelitis omnia priuilegia, &c. quorum tenores pro expreſſis ac de verbo

Carmelitis.

verbo ad verbum insertis habet, quatenus sint in vsu & Concilio Tridentino non aduersentur, confirmat. Nonobstantibus Conciliis Generalibus, &c. B. Vt laudes, 5. in Appendice Roderici, & habetur sub plumbo in archiuio Conuentus Andegauensis Carmelitarum. *Deregar. Conc. Gen.*

53 *Iesuatis. Der. Conc. Gen.*

Idem eodem anno Iesuatis omnia priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, ac sacris Canonibus & Concilio Tridentino non contraria. Nonobstantibus Conciliis Generalibus, &c. Bullâ Spectatus, 13. apud Rodericum, 47. apud Cherubinum.

44 *Militibus Melitensib.*

Idem anno 1580. Militiæ Sancti Ioannis Hierosolymitani priuilegia confirmat & innouat B. Quo magis, 14. apud Rodericum, 60. apud Cherub.

Idem anno 1582. Societati IESV concessa priuilegia, &c. confirmat motu proprio & ex certa scientia. B. Quantò fructuosiùs, 26. apud Rodericum.

55 *Societati Iesu.*

Idem anno 1584. eidem omnia priuilegia, &c. etiam per communicationem concessa, confirmat motu proprio & ex certa scientia. B. Ascendente, 89. apud Cherubinum.

56 *Eidem.*

Sixtus V. anno 1586. Ordini Cistercienſi, priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, præcipuè verò Concilij Tridentini Decretis non aduersentur, motu proprio & ex certa scientia confirmat & de nouo concedit. Nonobstantibus Conciliis Generalibus, &c. B. Pontifex, 34. apud Cherubinum.

57 *Cistercienſibus. Der. Conc. Gener.*

58 *Ordinibus S. Francisci.*

Idem anno 1587. Ordinibus Sancti Francisci, priuilegia, &c. etiam per solam signatu-

Signatura & oracula.

ram, etiam viuæ vocis oraculo, etiam per modum communicationis & extensionis inter se & cum aliis Ordinibus Mendicantibus & non Mendicantibus, concessa, confirmat & innouat, in his omnibus, in quibus Decretis Concilij Tridentini non aduersentur. Nonobstantibus Constitutionibus eorundem priuilegiorum reuocatiuis, restrictiuis, &c. Bulla; Etsi Mendicantium, 5. apud Confettium, 14. apud Rodericum.

59 *Carthusianis. Eadem, & der. Conc. Gen.*

Idem anno 1588. Carthusianis prorsus eodem modo & iisdem clausulis, iuncta etiam derogatione Conciliorum Generalium. B. Pro nostra, 20. apud Rodericum.

60 *Ordini B. M. de Mercede.*

Idem anno 1589. Ordini Beatæ Mariæ de Mercede, priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, & Tridentino non contraria. B. Inter præcipuas, 12. in Appendice Bullarij Romani impressi Lugduni.

61 *Societati Iesu.*

Gregorius XIV. anno 1591. Societati Iesv priuilegia, &c. etiam per communicationem concessa, confirmat motu proprio & ex certa scientia. B. Eccleſiæ, 2. apud Rodericum, 10. apud Cherubinum.

42 *Cistercienſibus. Der. Conc. Gener. &c.*

Idem eodem anno Ordini Cistercienſi priuilegia &c. concessa, communicata, & extensa, quatenus sint in vsu & Tridentino non aduersentur, confirmat motu proprio & ex certa scientia. Nonobstantibus Conciliis Generalibus & quibuscunque cassatiuis, modificatiuis, &c. B. Romanus, 3. apud Roder.

63 *Cruciferis.*

Idē eodem anno Cruciferis, priuilegia, &c. quatenus sint in vsu & Tridentino non aduersentur,

sentur, quorum omnium tenores habet pro expressis, confirmat & innouat. Nonobstantibus etiam Conciliis Generalibus, &c. B. Romanus, 13. apud Cherubinum. *Derogatiu. Conc. Gen.*

Idem eodem anno Priuilegia Cistercienſibus Congregationis Sancti Bernardi in Italia, etiam per viam communicationis & extensionis concessa, confirmat & de nouo concedit motu proprio & ex certa scientia. Nonobstantibus etiam Conciliis Generalibus, &c. B. Romanus, 5. in eorum Priuilegiis. 64 *Cisterciensibus. Der. Conc. Gener.*

Idem eodem anno, Camaldulenſibus, priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, confirmat & innouat, ex certa scientia. Nonobstantibus etiam Conciliis Generalibus, &c. B. Ex iniuncto, 18. apud Cherubinum. 65 *Camaldulenſibus. Derogat. Conc. Gen.*

Clemens VIII. anno 1592. Congregationi Sancti Benedicti Vallis Oleti, ex certa scientia confirmat priuilegia, &c. quatenus sint in vsu, nec reuocata, vel Tridentino contraria. B. Romanus, 23. apud Rodericum. 66 *Congregat. Vallis Oleti.*

Idem anno 1593. Præmonstratenſibus priuilegia, &c. etiam per communicationem concessa, confirmat & concedit ex certa scientia, cum iisdem clausulis. B. Romanus, 21. apud Rodericum. 67 *Præmonſtratenſib.*

Idem eodem anno Congregationi Sancti Benedicti de Obseruantia Hispaniarum, priuilegia, &c. quorum tenores habet pro expressis, confirmat, quatenus sint in vsu, & Tridentino non aduersentur. B. Cùm inter, 24. apud Rodericum. 68 *Benedictinæ Hiſpan.*

Idem anno 1597. Ordinibus Sancti Franciſci 69

Ordinibus S. Franciſci. ciſci confirmat & innouat ex certa ſcientia, omnia priuilegia, &c. conceſſa quomodolibet, etiam per communicationem Ordinum Mendicantium & non Mendicantium, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo; in his omnibus, in quibus Decretis Concilij Tridentini, & per ipſum Clementem VIII. in fauorem Fratrum Reformatorum conceſſis non aduerſentur. Nonobſtantibus Conſtitutionibus quibuſcunque priuilegiorum eorumdem reuocatiuis, reſtrictiuis, &c. B. Ratio, 1. apud Rodericum, 5. apud Confettium, 51. apud Cherubinum.

Signatura & oracula.

70 *Hieronymitis. Derogat: Conc. Gen.* Idem anno 1601. Ordini Sancti Hieronymi, motu proprio & ex certa ſcientia confirmat priuilegia, &c. quatenus ſint in vſu & Tridentino non contraria. Nonobſtantibus etiam Concilij Generalibus. B. In ſupremo 20. apud Rodericum.

71 *Ordinibus S. Franciſci de Paula.* Idem anno 1603. Ordinibus Sancti Franciſci de Paula, confirmat ex certa ſcientia, priuilegia, &c. quatenus ſint in vſu, nec reuocata, aut ſacris Canonibus & Concilij Tridentini Decretis contraria. B. Iniuncti, 1. apud Peyr.

72 *Congregationi S. Baſilij.* Paulus V. anno 1606. Congregationi Sancti Baſilij, priuilegia, &c. confirmat ex certa ſcientia & motu proprio. B. Iniuncti, 17. apud Cherubinum.

73 *Celeſtinis Signatura, & oracula. Derogat. Conc. Gen.* Idem eodem anno Congregationi Cæleſtinorum omnia priuilegia. &c. etiam per communicationem, etiam per ſolam ſignaturam & viuæ vocis oraculo conceſſa, confirmat motu proprio & ex certa ſcientia, quatenus non ſint

reuocata,

reuocata, nec Tridentino & Regularibus dictæ Congregationis institutis contraria. Non obstantibus Concilio Lateranensi, & aliis Generalibus, &c. B. Iniucti, 19. apud Cherubinum.

Idem eodem anno, Ordini Beatæ Mariæ de Mercede, priuilegia, &c. (exceptis indulgentiis) quæ pro expressis habet, confirmat & innouat, quatenus sacris Canonibus & Decretis Tridentini & Constitutionibus Apostolicis contraria & reuocata non sint. B. Inter omnes, 25. apud Cherubinum. 74 *Ordini B. M. de Mercede.*

Idem eod. an. Soc. Iesv, priuilegia, &c. principaliter vel per communicationem concessa, qualiacunque illa sint, (saluis Litteris Leonis XI. super decimis emanatis) confirmat motu proprio & certa scientia, & innouat, supplens omnes tam iuris, quàm facti, defectus, si qui fortè interuenerint, &c. B. Quantum, in Litteris Apostolicis Societatis, pag. 311. 75 *Societati Iesu.*

Gregor. XV. ad. 1621. Theatinis confirmat motu proprio & ex certa scientia, priuilegia, gratias, indulta, &c. etiam per communicationem, vel aliàs quomodolibet concessa. Nec adhibet vllam restrictionem. In eorum Compendio impresso Neapoli an. 1633. verb. Confirmatio priuilegiorum, §. 4. 76 *Theatinis*

Vrbanus VIII. an. 1624. Minimis priuilegia, &c. confirmat ex certa scientia, quatenus sint in vsu, nec reuocata, &c. B. Iniuncti, 1. apud Peyrinis, 20. apud Cherubinum. 77 *Minimis.*

CONFRA

CONFRATERNITAS.

Vide verbo. *Absolutio*, num. 35. *Eleemosyna*, n. 8. 9. *Indulgentiæ concessæ extraneis*, ferè per totum *Interdictum*, num. 2. 52.

CONSECRATIO.

Vide verbo *Benedicere*, n. 2. 3. *Exemptio*, n. 1. *Ordinatio*, n. 1. 2. 3. 5. 6. 9. 12. 13. 24. 25. 26. 28.

1 *Gratuitò fiat.*

GREGORIVS IX. anno 1235. Monialibus S. Claræ. [Pro consecrationibus verò altarium, siue pro oleo sancto, vel alio Ecclesiastico Sacramento, nullus à vobis sub obtentu consuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere. Sed hæc omnia graris vobis Episcopus diœcesanus impendat. Alioquin liceat vobis hæc authoritate nostra recipere à quocunque malueritis Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicæ obtinente.] B. Religiosam, 39. apud Vvadingum, tom. 1. qui ait eam haberi in Regesto Vaticano, epistola 158. Idem iisdem concessit Alexander IV. an. 1255. & 1256. & 1258. & 9. B. Religiosam, 15. & 46. & 99. & 108. aud Vvadingum, in reg. tom. 2. ex Regesto Vaticano, epistola 316.

&

& 784. & 206. & 190. Idem iisdem Nicolaus IV. anno 1288. B. Olim dilectus, 16. apud Wadingum in reg. tom. 2. ex Regesto Vaticano, epistola 128. Idem iisdem Bonifacius VIII. anno 1296. B. Religiosam, 11. apud Vvadingum, in reg. tom. 2. ex Regesto Vaticano, epistola 82. Idem iisdem Benedictus XII. anno 1335. B. Sinceræ, 17. apud Vvadingum in reg. tom. 3. ex Regesto Vaticano, libro 1. anno 1. epistola 635. Idem iisdem Clemens VI. anno 1343. & 1348. Bullâ, Religiosam, 40. & 158. ibidem, ex Regesto Vaticano tom. 6. epist. 1767. & lib. 2. epist. 901.

2 *Gratuitò fiat & à quocunque Episcopo.*

Cælestinus V. anno 1294. Congregationi Cælestinorum. [Pro consecrationibus verò Altarium, vel Ecclesiarum, aut pro oleo Sancto, vel quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus à vobis sub obtentu consuetudinis alicuius, aut alio quouis modo quidquam audeat extorquere; sed hæc omnia vobis gratis, & liberaliter impendantur. Sit etiam in vobis liberum eadem à quocunque Catholico Episcopo, qui gratiam & communionem Apostolicæ Sedis obtineat, licitè recipere, qui nostrâ fretus authoritate vobis quod postulatur impendat.] B. Etsi cunctos Ordines, 1. apud Cherubinum, §. 19. Quam Eugenius IV. anno 1434. ex certa scientia confirmauit, nonobstante non vsu, præscriptione, &c. B. Ad decorem, 18. apud Rodericum.

3 *A quecunque Episcopo, si &c.*

Ioannes XXII. anno 1331. Carmelitis. [Vt in quibuscunque locis, quæ nunc obtinetis, & in posterum iusto titulo, dante Domino, obtinebitis,

obtinebitis, si locorum ipsorum Ordinarij à vobis super hoc humiliter requisiti noluerint, aut recusauerint indebitè, Cœmeteria vestra benedicere, seu etiam consecrare, possitis huiusmodi Cœmeteria per aliquem Antistitem, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentem, quoties opus fuerit, facere benedici, & etiam consecrari: idémque Antistes huiusmodi Cœmeteria authoritate nostrâ benedicere, & consecrare valeat, sine iuris præiudicio alieni, deuotioni vestræ tenore præsentium indulgemus.] P. Merita vestræ, in Mari magno Carmel. num. 24.

4 *A quocunque Episcopo, si &c.*

Bonifacius IX. Prædicatoribus.] Quòd si forsan Diœcesani locorum super hoc requisiti, infra quatuor mensium spatium id facere recusauerint, vel (quod absit) eosdem Fratres propterea in expensis, aut aliàs indebitè grauare præsumpserint, ex tunc prædicti Fratres eorum Ecclesias, Cœmeteria, Oratoria, Altaria, à quocunque maluerint Catholico Antistite, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente, consecrari & benedici, ac primum lapidem inibi poni facere, quoties fuerit opportunum, vlteriori licentiâ Diœcesanorum huiusmodi super his minimè requisitâ, possint, indulgemus.] B. Sacræ Religionis, 1. apud Confertium.

5 *A quocunque Episcopo.*

Eugenius IV. anno 1437. Eremitis Beati Petri, nunc Sancti Hieronymi de Pisis. [Loca autem pro sepeliendis Eremitis, & aliis seruiẽtibus vobis, per quemcunque, seu quoscunque Catholicos Episcopos, gratiam & communionem

nem Apostolicæ Sedis habentes,cõsecrari, seu benedici possint.]B.Prouenit,12.apud Cherub.

Sixtus IV. anno 1476.Carmelitis.Pro consecrationibus Altrarium, seu Ecclesiarum, pro oleo Sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento,&c.vt numero 1.In Mari magno Carmelitarum, §. 76. Idipsum etiam Innocentius VIII.anno 1487. Seruitis, in eorum Mari magno,num.64. 6 *Gratuitò fiat.*

Iulius II.anno 1506.Minimis concessit pro suis Ecclesiis & Oratoriis, quod suprà num. 3. Episcopis locorum recusantibus vel negligentibus. B. Dudum ad sacrum,10.apud Cherubinum, 4. apud Confettium, 1.apud Peyrinis. 7 *A quocunque Episcopo,si, &c.*

Leo X. anno 1514. Minoritis idipsum eodem tenore concessit. B. Religionis, 6. apud Confettium & Rodericum, & 18. apud Peyrinis. 8 *Idem.*

Idem anno 1516.Sacro approbante Concilio Generali 17.Lateranensi 5.[Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris,aut Cœmeterij benedictionem petere, seu in Ecclesiis per eos pro tempore ædificandis primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi vbi Ordinarius bis aut ter cum debitis reuerentia & instantia requisitus, sine legitima causa id recusauerit.] B. Dum intra mentis, 22. apud Cherubinum,1. apud Confettium, 45. apud Rodericum, 26. apud Peyrinis, & in ipso Concilio, sess.11. 9 *Ab alieno Episcopo,si, &c.*

Clemens VII.anno 1529.Camaldulensibus. [Quemlibet Catholicum Episcopum,absque licentia

sine licentia Diœcesanis.

licentia Diœcesani, pro consecratione Altarium, seu Ecclesiarum, pro oleo Sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento, eundi facultatem concedimus.] B. Inter multiplices curas, apud Bouerium, in Regesto tom. 1. Annalium pagina 970. Et authenticatur à Paulo III. anno 1534. B. Rationi congruit, 1. apud Cher. & apud Bouerium citatum, pag. 977.

11 *A quocunque Episcopo, si. &c.*

Paulus III. anno 1549. Societati IESV. [Ecclesias prædictas, cum Cœmeteriis, benedici, aut consecrari facere ac primum lapidem poni per quoscunque Episcopos (si Diœcesani vltra quatuor menses id facere distulerint) posse decernimus.]B. Licet debitum, 48. apud Cherub. 8. apud Roder. §. 25.

CONSERVATORES Priuilegiorum.

Vide verbo *Appellatio*, numero 1. *Conueniri in iudicio*, num. 6. 11. 13. *Correctio*, num. 70. *Oblati*, num. 6.

Personarum, qualitas & potestas.

SIXTVS IV. anno 1474. [Cuilibet in dignitate Ecclesiastica cõstituto, & Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Ecclesiæ Canonicis per vniuersum Orbem, qui desuper per dictorum Ordinum Priores, aut Guardianos, & Fratres ac per illorum, seu ad commodum eorum,

Romanæ

eorum, Romanæ syndicos requisitus fuerit, per Apostolica scripta in solidum mandamus, quatenus per se vel alium seu, alios præmissa vbi & quando opus fuerit solemniter publicantes, & iisdem Fratrum Prædicatorũ, & Minorum Ordinibus, & illorũ Domibus ac Professoribus, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eos pacifica possessione, vel quasi, priuilegiorum & concessionum huiusmodi gaudere. Non permittentes eos, seu testamentorum executores, & heredes prædictos, contra illorum tenorem per Ordinarios, & Rectores prædictos, aut quoscunq; alios indebitè molestari, aut eis grauamina, iniurias, atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari. Ac etiam summariè, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspectâ, contra quoscunque, cuiuscunque qualitatis vel conditionis existant, aut quacunque Ecclesiastica, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel mundana forent dignitate & exemptione muniti; in quibuscunque causis per eos mouendis, quacunque ratione vel causa quæ excogitari possit, eis ministrent iustitiæ complementum, exequendo quod per eos fuerit ordinatum, & illos quos censuras & pœnas prædictas incurrisse constiterit, illos irretitos esse declarent, ac faciant & mandent interdictos, suspensos, & excommunicatos publicè nuntiari, & ab omnibus arctiùs euitari, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illos quoties opus fuerit iteratis vicibus aggrauare procurẽt. Contradictores, authoritate

N nostra,

ſtra,appellatione poſtpoſita,compeſcendo,inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Nonobſtantibus, &c.]In Mari magno Minorum, §.18.Idem & iiſdem verbis habet in Mari magno Prædicatorum, §.16.Et in Mari magno Eremitarum Sancti Auguſtini,§. 54.Et anno 1476.in Mari magno Carmelitarum,§.107.Vbi & inter Conſeruatores nominat Ordinis Protectorem qui pro tempore erit. Idem eodem anno , pro Canonicis Reg. Sancti Auguſtini Congreg.Later,mandat ſingulis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica vbilibet conſtitutis , & aliis de iure communi habilibus & idoneis ad cauſas audiendas.B.Dum ad vniuerſos,10,apud Cherubinum, §.40. Idē Innocentius XIII. anno 1487.Seruitis,in eorum Mari magno,§.69.

2 *Ampliatio præmiſſæ facultatis.*

Innocentius VIII. anno 1491.Pro Minoritis amplians facultatem prædictam.[Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus,mandata , inhibitiones, & citationes , huiuſmodi, ſi quæ fieri contingeret ad veſtrum ſeu alicuius veſtrûm ſeu ſyndicorum præfatæ Eccleſiæ ad veſtrum commodum ordinatorum inſtantiã, vigore dictarum Litterarum , etiam illarum non inſerto tenore,ſed ſolùm effectu clauſulæ prædictæ,per quam conceditur eiſdem perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis , & Canonicis facultas præmiſſa faciẽdi , perinde eos,quos concernent, arctent in poſterum, & proceſſus in vim mandatorũ,inhibitionum & citationum huiuſmodi poſtea habiti valeant & plenam roboris firmitatem obtineant, & de

inualiditate,

inualiditate, eo prætextu, quòd nõ inſerto tenore delegationis & poteſtatis eorũ per quos fient, notari & redargui nequeant: dummodo in primo actu, antequàm ad vlteriora procedatur, coram ipſo mandante, inhibente, vel citante Litteræ exhibeantur, aut aliàs, fiat de eis legitima fides: cõcedimus & decernimus.]B. Ordinis veſtri, 45. apud Vvadingum in reg. tom. 7. ex Regeſto Innocentij VIII. lib. 150. fol. 69.

Iulius II. anno 1504. Minoritis. [Cùm in Priuilegiis & Litteris Ordini Minorum conceſſis contineatur, quòd quando eis expediens videbitur, poſſint eligere quem voluerint in ſuum Conſeruatorem, ſeu iudicem, qui contra inferentes ſibi iniurias iuxta Priuilegia & Litteras huiuſmodi procedere poſſint; & ſæpè contingat quòd taliter requiſiti, iuriſdictionem huiuſmodi ob contemplationem aliquarum perſonarum ſibi conjunctarum, ſeu odio, amore, aut aliis de cauſis acceptare nolunt, in graue dictorum Fratrum, & ſuorum priuilegiorum detrimẽtum, &c. Quòd quæcunque perſona, ſeu perſonæ, aliàs de iure capaces, pro parte dictorum Fratrum requiſitæ, niſi legitimo impedimento detentæ fuerint, iuriſdictionem & conſeruationem eorundem Fratrum vigore præfatorum priuilegiorum ſub excommunicationis pœna ſuſcipere teneãtur, decernimus & ordinamus.]B. Militantis, 9. apud Rodericum, & in Spẽculo Minorum, tract. 2. fol. 46. 3 *Requiſiti tenentur arceſtare conſeruationem.*

Idem anno 1505. pro Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, mãdat quòd requiſiti omnes 4 *Quinam.*

possint & debeant munus obire.

omnes & singuli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij locorum Ordinarij, præsentes & futuri, eorúmque pro tempore Vicarij in spiritualibus Generales, necnon quæcunque aliæ personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, possint & debeant pro ipsis munus Conseruatorum obire, cum amplissimis facultatibus ibidem appositis. B. Militanti, 5. apud Cherubinum.

5 *Qualitas & potestas.*

Idem anno 1506. Minimis concedit, quòd possint, [Conseruatores Minimorum, etiam Canonicos Cathedralium Ecclesiarum & Officiales ac Vicarios ipsorum sibi eligere, & quòd tales in Conseruatores taliter per eos electi, ex tunc per Sedem Apostolicam deputati censeantur, possintque contradictores quoscunque excommunicare, & censuras iteratis vicibus aggrauare, ac loco quæcunque Ecclesiastico subiicere interdicto, ac omnia alia quæ possunt Conseruatores ab aliis Fratribus aliorum Ordinum Mendicantium, iuxta priuilegia eis super hoc concessa electi.] Bullâ, Alias venerabilem, terra apud Confertium, 27. apud Rodericum, 4. apud Peyrinis.

6 *Quinam possint munus obire.*

Idem eodem anno pro Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, statuit quòd vniuersæ & singulæ personæ, quibus causæ, authoritate Litterarum Apostolicarum delegati possent, procedant pro ipsis, &c. vt numero 4. Bullâ, Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherubin. §. 40.

7 Idem anno 1511. pro Monasteriis Sancti Hieronymi

Hieronymi in Regnis Hiſpaniarum, idem quod ſuprà numero 4. Bullâ, Militanti, 7. apud Rodericum inter Bullas Iulij III. *Aliàs litas Foreſtas.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini Congregationis Sancti Saluatoris idipſum ſtatuit de ſingulis perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, & aliàs de iure communi habilibus & idoneis ad cauſas audiendas; & quibus cauſæ authoritate Litterarum Apoſtolicarum delegari poſſent. Bullâ, Inter cæteros, trigeſima apud Cherubinum, §. 49. 8 *Idem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulenſibus concedit quod numero 6. Bullâ, Etſi à ſummo, 2. apud Cher. §. 52. 9 *Idem.*

Pius IV. anno 1560. pro Fratribus Militibus Sancti Ioannis Hieronymitani, teſtatur Leonem X. ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ mandauiſſe quod ſuprà numero 3. & idipſum Paulum III. ex certa ſcientia confirmauiſſe; quod ipſe pari ſcientia confirmat. B. Circunſpecta, 9. apud Cherub. §. 41. & 60. 10 *Requiſiti tenentur conſeruationem ſuſcipere.*

Idem anno 1565. Fratribus Militibus Sancti Lazari Hieronymitani idipſum concedit. Bullâ, Inter aſſiduas, 95. apud Cherubinum, §. 67. 11 *Idem.*

Pius V. anno 1568. iiſdem idipſum. Bullâ, Sicuti bonus, 28. apud Cherubinum, §. 29. 12 *Idem.*

Idem anno 1571. Prædicatoribus, eadem omnia quæ in ſuperioribus omnibus numeris conceſſit. Bullâ, Ad hoc nos Deus, tertia apud 13 *Eadem omnia quæ ſuprà*

Confettium, & apud Cherubinum post 41.

Gregorius XIII. anno 1572. Societatis Iesv Religiosis, & eorum familiaribus clericali charactere tamen insignitis, confirmat quod iam iisdem concesserat Pius V. 8. Kalendas Iunij 1568. [Vt in quibuscunque causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus ac mixtis, etiam in eis in quibus actores vel conuenti rei forent, ipsis contra quascunque Communitates & Collegia, huiusmodi omnes & singulos Archiepiscopos & Episcopos, ac Abbates, necnon alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, ac Metropolitanarum & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, ac eorumdem Archiepiscoporum & Episcoporum Vicarios in spiritualibus & Officiales generales vbilibet constitutos, in suos possent assumere Conseruatores & Iudices ordinarios.] Quorum ampliſſima facultas ibidem describitur. B. Æquum reputamus, 1. apud Cher. 18. apud Roder.

14 *Qualitas & potestas.*

15 *Limitatis.*

Gregorius XV. anno 1621. die vigesima mensis Septembris priuilegia Regularium & aliorum quibus conceduntur Litteræ conseruatoriæ, limitauit, de voto Congregationis Concilij: & Decretum incipit, *Sanctissimus*, & tenet locum Bullæ 5. apud Peyrinis, 6. apud Cherubinum. Itaque sic habetur §. 2. 9. In futurum Sanctitas sua hac generali & perpetuò valitura Constitutione statuit & decreuit, vt Iudices Conseruatores huiusmodi, siue principales, siue subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solùm habeant qualitates

qualitates requisitas & descriptas in Constitutione fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII prædecessoris sui, quæ incipit, *Statutum*; ita vt vel dignitate Ecclesiastica prædicti, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis Prouincialibus, aut Diœcesanis, iuxta Decretum Concilij prædicti, Iudices electi seu designati sint. §. 3. Quódque deinceps Litteræ Conseruatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantùm dirigantur, & si quæ Litteræ aliter expedientur, illæ ac deputationes huiusmodi amniáque exinde sequenda, nullius sint roboris vel momenti. §. 9. Ad hæc statuit Sanctitas sua, vt coram ipsis Conseruatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conuenire quidem, aut trahi debeant, sed alios conuenire, aut trahere non possint, &c. neque extra Ciuitates seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscunque procedere præsumant. §. 12. Per hoc tamen non intendit Sanctitas sua prohibere quominùs Regulares, & alij supradicti in casibus à iure permissis petant Iudicem non suspectum à Principibus, seu Magistratibus secularibus; dum tamen hæc tria copulatiuè concurrant: videlicet, vt Regulares & alij prædicti sint actores, non autem rei; vtque agant contra laïcum, non autem contra Ecclesiasticum, vel aliàs à iurisdictione seculari exẽptum; atque vt causa, in qua Iudex deputatur, fuerit profana, non autem Ecclesiastica, & in ea iuxta sacro-

rum Canonicum dispositionem laicus, vt præfertur, eligendus, Iudex competens existat.] Extat autem in citatis locis quædam declaratio circa prædictum paragraphum nouum, quæ talis est. [Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, eiusmodi verbis minimè sublatam fuisse facultatem, quam habent Conseruatores defendendi Regulares à manifestis iniuriis ac violentiis; dummodò obseruent formam præscriptam Constitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis in cap. 1. & fin. de offic. delegat. in 6.]

Declaratur §. 9.

CONSTITVTIONES Synodales.

Vide verbo *Exemptio*, numero 4. 6. 10. 12. 15. 18. 22. 25. 29. 43. 52.

CONTRIBVTIO.

Vide verb. *Decima* ferè per totum. *Exemptio* num. 11. 30. 31. 44. 48. 70.

INNOCENTIVS IV. an. 1253. Monialibus S. Claræ [Vt in procurationibus, seu collectis, aut datiis quibuslibet à quibuscunque personis quacunque dignitate vel potestate præditis, vel officio, Legatis Apostolicæ Sedis exeptis, vobis & Monasterio vestro impositis, soluere quidquam seu contribuere nullatenus teneamini, neque ad id per easdem personas possitis aliquatenus coarctari, vobis authoritate præsentium indulgemus.] B. Vobis quas, 20. apud Vvadingum, in reg. tom. 2. ex Reg. Vaticano, epist. 449. *Exemptio*

Alexander IV. anno 1255. Iisdem. [Indulgemus, vt nos ad præstationem procurationum Legatorum Sedis Apostolicæ, vel Nuntiorum ipsius, aut exactionum, vel collectarū, seu subsidiorum quorumcunque per Litteras dictæ Sedis, Legatorum, Rectorum vel Nuntiorum eiusdem, cuiuscunque tenoris existāt, in perpetuum compelli minimè valeatis, &c.] B. Paupertati, 10. apud Vvadingum, in reg. to. 2. ex Regesto Vaticano epis. 302. Idipsum iisdem verbis Vrbanus IV. anno 1262. Eremitis Sancti Augustini. B. Quieti, 6. in eorum Bullario. *Idem.*

latio. Idipsum Clemens IV. anno 1265. Monialibus S. Claræ, B. Quantò, 11. apud Rodericum, & Vvadingum, cit. & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 12. Idem iisdem Ioannes XXII. anno 1323. & 1327. B. Paupertati, 138. & 207. apud Vvadingum, in reg. tom. 3. ex Regesto Vaticano. Idem Clemens VI. anno 1343. B. Paupertati, 37. & 117. ibidem. Item Vrbanus V. anno 1367. innouauit prædictam Alexandri IV. concessionem. B. Vestræ, 40. apud Vvadingum, in reg. tom. 4. ex Regesto Varicano, lib. com. fol. 58. Idipsum Gregorius XI. anno 1374. vniuersis vbique Monialibus eiusdem S. Claræ. B. Pastoralis, 68. ibidem, ex Regesto Vaticano, ex lib. com. fol. 140. Idem Canonicis Saluatoris Lateran. fuit multoties concessum, vt in eorum Priuilegiis, pag. 170. 310. &c.

3 *Idem.* Idem eod. an. 1255. Augustinianis. [Indulgemus vt ad receptionem, vel prouisionem alicuius in pensionibus, vel beneficiis Ecclesiasticis, aut ad solutionem collectarum, seu exactionum quarumlibet vel vicesimæ, cogi à nemine valeatis per Litteras Apostolicas impetratas, vel etiam impetrandas, absque mandato Sedis Apostolicæ speciali faciēte plenā, & expressam de verbo ad verbum, de vobis, vestro ordine, & hac indulgentia mentionem.] Bullâ, Quantò studiosius, in Mari magno August. num. 6. Quæ ibidem ex certa scientia cōfirmatur â Nicclao V. anno 1450. B. Sinceræ; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an. 1474. Et iterum idem Alexander IV. an. 1257.

iisdem

iisdem. [Indulgemus vt ad præstationem alicuius talliæ, vel collectæ, seu procurationis à Diœcesanis locorum, vel Apostolicæ Sedis nomine vobis impositæ, aut etiam imponendæ, necnon supportationem onerum Ciuitatum, seu locorum in quibus degitis, non teneamini, nec ad id compelli possitis sine speciali mandato Sedis eiusdem, faciente plenam & expressam de indulgentia huiusmodi mentionem.] B. Meritis, 25. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch. Romæ, num. 25.

Idem anno 1258. Cistercienſibus concedit quod suprà num. 2. adiiciens & locorum Diœceſanos. B. Circa sacrum, 31. apud Roder. Et Minoritis, B. Virtute conſpicuos, 98. apud Wadingum, in reg. tom. 2. Item eodem anno Eremitis Sancti Augustini. [Vt vos vel aliqui vestrum ad præstãdum aliquas procurationes Legatis seu Nuntiis Sedis Apostolicæ impositas, aut etiam imponendas, vel ad contribuendum in eis minimè teneamini: nec ad id compelli possitis per aliquas Litteras Sedis eiusdem, quæ de Eremitis & Ordine vestro ac indulgentia huiusmodi plenam & expressam nõ fecerint mentionem, etiam si contineatur in eis, quòd ille cui mandatur procuratio exhiberi, tam exemptos, quàm non exemptos, compellere valeat, indulgentia qualibet nonobstante, deuotioni vestræ indulgemus.] B. Inducunt, 26. in eorum Bullario, ex orig. in Ordinis arch. Romæ, n. 26. Idem cum eadem adiectione posita pro Cistercienſibus, Clemens IV. anno 1265. Minoritis, B. Virtute conſpicuos, 4. apud 4 *Idem.*

apud Cherubinum, quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Quæ & extat confirmata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Vvadingum, in reg. tom. 5. ex Regesto vaticano, lib. 1. anni 1. fol. 176. Idem planà Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus, B. Virtute, 7. apud Cherubinum, quæ & includitur in Mari magno Prædicar. Et ibidem ex certa scientia innouatur & confirmatur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ; & ab Eugenio IV. anno 1443. B. Romanus'; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Idem etiam Eugenius IV. anno 1441. Canonicis Secularibus Congregationis Sancti Georgij in Alga, B. Quamquam, 24. apud Cherub. Idem quoque Sixus IV. anno 1476. Carmelitis, in Mari magno Carmelit. §. 100. Idem & Iulius II. anno 1506. Minimis, in eorum Mari magno, §26. & 31. cum cautionibus iisdem de quibus infrà num. 6. Idem Paulus III. anno 1549. Societati IESV, B. Licet debitum, 48. apud Cherubinum, 8. apud Roder. §. 22.

5 Item. Gregorius X. anno 1275. Cistercien sibus. [De ipsorum Fratrum nostrorum cõsilio, vos, monasteria, cæteraque loca, & bona eiusdem ordinis, ac ipsum Ordinem ab onere cuiuslibet repentinæ, atque extraordinariæ decimæ, seu alterius exactionis eximimus; districtiùs inhibentes. vobis, dictisque Monasteriis, locis, aut

aut bonis, de cætero huiusmodi decimam, & exactionem quocunque nomine censeantur, imponi &c.] Bullâ, In vestitu, 1. apud Rodericum.

Nicolaus IV. anno 1289. Vniuersis Monialibus Ordinis S. Claræ, concedit idem quod n. 2. & adiicit, [Etiamsi in huiusmodi Sedis Apostolicæ Litteris cõtineatur, quòd ad quævis exempta, vel con exempta loca, vel Monasteria se extendant, & aliqua eis cuiuscunque tenoris existat ipsius Sedis indulgentia concessa. nisi forsan Litteræ ipsæ dictæ Sedis Apostoiicæ de indulto huiusmodi, & de Ordine vestro, ac nomine Cardinalis, cui gubernatio & protectio & correctio Fratrum Minorũ, ac etiam cura Monasteriorum, Abbatissarum, Monialium, Sanctæ Claræ Ordini præsentium & futurorum pro tempore commissæ fuerint, plenam & expressam fecerint mentionem.] Bullâ, Quanto studiosus, 6. apud Rodericum, 31. & 54. apud Vvadingum, in reg. tom. 2. ex Regesto Vaticano, epistola 407. & 674. Et in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 38. Benedictus XI. anno 1304, iisdem vniuersis idipsum concedit, & adhuc fusiùs. B. Sacra vestra, 15. apud Vvadingum, in reg, tom. 3, ex Regesto Vaticã. epist. 794. Quam Innocentius VI. anno 1359. confirmauit, B. Tenorem, 71. apud Vvading. in reg, tom. 4. ex Regesto Vaticano, fol. 113. & postea Gregorius XI. anno 1378. innouauit, B. Vestræ deuotionis, 111. apud Vvadingum, in reg. tom. 4 ex Regesto Vatican. fol. 226. 6 *Idem cum cautione.*

Ioannes XXIII. anno 1414. Seruitis eandem, 7 *Exemptio.*

dem,quæ competet Mendicantibus,exemptionem à subsidiorum exhibitione concessit. B. Super gregem,in Mari magno Seruitarum,numero 21.

8 *Exemptio.*

Eugenius IV.anno 1434.Benedictinis Congreg.S.Iustinænunc cassinésis.[Ne quando; in posterũ Reges,Principes,Barones,Milites,nobiles, laicales personæ, Communitates, Vniuersitates, Magistratus,Rectores,& Officiales Ciuitatum , terrarum, castrorum, Diœcesium diuersarum,Monasteriis,Prioratibus,locis,capellis, Ecclesiis, manualibus,grangiis,castris, possessionibus , ac bonis , necnon Prælatis & Monachis ipsius Congregationis , gabellas, tallias, datia, collectas,impositas,onera etiam ad pontium refectionem,& viarum reparationem, & alia varia & diuersa grauamina inferre,indicere, & imponere, aut indicta & imposita exigere præsumant , districtiùs prohibemus , ac sub pœna excommunicationis,ac maledictionis æternæ, quam à notitia præsentis indulti, nisi destiterint, incurrant,mandamus, &c. Nonobstantibus si dictis Secularibus ab eadem sit Sede indultum, quòd illa imponere valeant, etiam exemptis,&c.Insuper decernimus , bona ipsius Congregationis & personas ab omni subsidio per Nos aut successores nostros imponendo,& quorumcunque occasione Legatorum , etiam de latere , Nuntiorum, Ordinariorum , Diœcesanorum , seu alterius cuiuscunque, &c.de cætero prorsus exemptos fore , &c. Nonobstantibus præscriptionibus, Priuilegiis, &c.]Bullâ, Etsi ex debito, 7.apud Rodericum.

Rodericum. Item anno 1436. B. Regularem, 9. apud Cherubinum, & Rodericum, §. 6. iterat exemptionem istam, eam extendendo ad omnes census & redditus ratione visitationis aut subiectionis debitos Ordinariis, Capitulis, &c. ante exemptionem huiusmodi. Idem 1439. idipsum de facto exequi fecit pro Mendicantibus & Monialibus sub eorum cura viuentibus. B. Dudum, 170. apud Vvadingum, in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1, de Regularibus & exhibitis an. 9. folio. 115.

Sixtus IV. anno 1474. Minoritis. [Si fortè contingat, per Nos vel Sedem Apostolicam, de piè legatis, dispositis, & relictis in genere vel specie, decima vel alia portio seu quota, alteri piæ vel non piæ causæ, ex quavis causa hactenus concessa foret, aut in posterum concedi, & solui aut dari mandari contingeret; Fratres prædictos & illorum domos ac eis legata & relicta aut aliàs in eorum fauorem dispositi, in concessione & mandatis huiusmodi decernimus & volumus non includi, nisi de ipsis Fratribus & præsenti decreto ac voluntate nostra, non per generales clausulas, quæ etiam specialem mentionem importare viderentur, sed vera & specifica mentio fiat in eisdem.] In Mari magno Minorum, §. 7. Idipsum eodem anno & tenore Prædicatoribus concedit, in Mari magno Prædicat. §. 6. Et Eremitis, Sancti Augustini, in eorum Mari magno, §. 41. Et anno 1476. Carmelitis, in eorum Mari magno, §. 59. 9 *Exemptio.*

Idem anno 1475. vniuersis Clarissis. [Ordinamus, 10 *Exemptio.*

namus, ipsisque Abbatissis & Conuentibus, ac Monialibus, concedimus, quòd ipsæ, etiam de quibuscunque terrarum & possessionum ad eas legitimè pertinentibus & spectantibus, quas etiam per alios quàm eorumdem Monasteriorum seruitores & subditos excoli & cultiuari faciunt & pro tempore facient, decimas, primitias, & census, authoritate tamen Apostolica non impositas, quibusvis personis, cuiuscunque dignitatis, gradus, status, Ordinis, vel conditionis fuerint, soluere minimè teneantur, nec ipsæ aut ipsarum terrarum aut possessionum coloni seu cultores, ob solutionem decimarum, primitiarum, aut census huiusmodi, per quempiam molestari possint, aut propterea contra eos procedi, & pœnas aliquas promulgari &c.] B. Vt internæ, 12. apud Rodericum, 19. apud Vvad. in reg. tom. 6. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 40.

11 *Exemptio.* Idem anno 1476. Canonicis Regularibus Sancti Augustini, Congregationis Lateranensis, concedit quod suprà numero 6. & 9. Bullâ, Dum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §. 18. & 21.

12 *Exemptio.* Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis idem concedit, quod suprà num. 9, in Mari magno eorum, §. 30.

13 *Exemptio.* Iulius II. anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, eadem & eodem tenore concessit, quæ suprà num. 8. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherubinum, §. 25. & 26. Et anno 1412. Canonicis Regularibus S. Augustini Congregationis S. Saluatoris. B. Inter cæteros,

cæteros, 30.apud Cherub. §. 37.39.40.vbi & addit quod suprà num.9.

Leo X.anno 1513.Camaldulensibus eadem concedit. B. Etsi a summo, &c. apud Cherub.§. 28.31.32. 14 *Idem.*

Clemens VII. anno 1528. iisdem idem. B. Vestrum Ordinem,24.apud Cherub. 15 *Idem.*

Paulus III. anno 1544. Fratribus Ordinis Minorum, Monialibus Sanctæ Ciaræ,& Tertij Ordinis, concessit perpetuò, ad nullam portionem de sibi legatis soluendam teneri, prætextu cuiuslibet fabricæ, hospitalis, vel etiam Cruciatæ;& huiusmodi quæstoribus & Commissariis, quacunque iurisdictone & facultate fungantur, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, inhibuit sub excommunicationis & aliis pœnis, ne à præfatis portionem eiusmodi petant.B. Honestis,6.apud Peyrinis. 16 *Exemptio à soluendo fabricæ, hospitalibus.Cruciatæ,&c.*

Idem anno 1545. Societati Iesv concedit quod suprà num. 9. 12. B. Licet debitum,48. apud Cherubinum, 8. apud Rodericum, §.22. 17 *Exemptio.*

Pius IV. anno 1560.Quorumvis Ordinum Monialium loca (deductis quatuordecim ducatis auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis seu sororis)alios reditus non habentia, eximit in perpetuum à solutione quoruncunque subsidiorum, etiam pro expeditione contra Turcas,vel fidei tuitione, ac fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, aut quavis alia vrgentissima causa, &c.B.De statu Ecclesiarũ,5.apud Cherubinũ,7.apud Rodericũ. 18 *Exemptio.*

Pius V.anno 1566.Omnes Ordinum Mendicantium 19

Exemptio à quibuslibet gabellis, & contributionibus ac militum hospiteis.

dicantium Fratres, & Moniales sub illorum cura viuentes, & eorum omnia bona eximit à quibusvis gabellis, contributionibus & onere hospitandi milites. B. Dum ad vberes, 11. apud Cherub. 2. apud Confettrium Quam ego vidi authenticam in archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonensium, in capsula OO.PP.

Exceptio ab omnibus.

Idem anno 1567. [Inhonestum quoque esse censentes, Mendicantium Ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiam si curam animarum habeant, ac quæcunque beneficia illis vnita, ad contributionem pro seminario, aut decimarum aliquarum solutionem; immò illos & eorum Domos, Monasteria, beneficia, & loca quæcunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorúmque possessiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcunque, tam ad ipsos, quàm ad Moniales præfatas, etiam largitione fidelium, seu aliàs iustis de causis ab eis acquisita, ac pecuniis empta, vel aliàs quomodolibet pertinentia minimè teneri, illósq; & illas, à quibuscunque decimis, primitiis, quartis, mediis, & aliis fructuum partibus, necnon subsidiis charitatiuis, etiam per nos concessis, ad quorumcunque etiam Regum, Principum, & Dominorum temporalium instantiam, quacunque etiam vrgentissima & de necessitate exprimenda causa. ac etiam aliis quibuscũque oneribus, tam ordinariis, quàm extraordinariis, etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcunque rerum, tam pro victu, quàm vestitu,

tu, aut aliàs sibi necessariorum quomodolibet, etiam authoritate Apostolica, nunc & pro tempore impositis, ita vt penitus & omninò ad alicuius rei contributionem minimè teneantur, omninò eximimus & liberamus, illósque & illas, ad illos & illa, etiam si seculares & aliæ personæ quæcunque in eas ex gradi possessione fuerint, minimè teneri debere volumus: nec sub capite 12. sessionis 25. [Concilij Trident. de reform.) comprehendi posse vel debere decernimus.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherubinum, 7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in arch. Conuentus Carmelitarum Rhedonen. vt testatur P. Iustinus in suo Bullar. manuscripto.

Idem anno 1571. Prædicatoribus, eadem confirmat. B. Ad hoc nos Deus, 3. apud Confettium, & apud Cherub. post præmissam 41. §. 11. & 13. 21 *Idem.*

CONVENIRI IN iudicio.

Vide verbo *Correctio*, numero 19. 47. 70. *Excommunicatio*, numero 45. 47. 48. 51. *Exemptio*, numero 7. 8. 13. 16. 19. 20. 24. 28. 29. 30. 31. 33. 34. 36. 37. 39. 40. 42. 44. 48. 53. 54. 55. 56. 59. 67. *Tertiarij*, num. 6.

1 *Exemptio.*

GREGORIVS IX. anno 1227. Canonicis Saluatoris Lateranensis. [Inhibemus ne vllus iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris, subiacere compellat.]B. Religionem, in eorum Priuilegiis, pag. 135.

2 *Idem.*

Idem anno 1234. Monialibus Sanctæ Claræ. [Præsentium vobis authoritate concedimus, vt à quoquam conueniri per Litteras Apostolicas non possitis, nisi de indulgentia huiusmodi & Ordine vestro expressam fecerint mentionem.] B. Cælestia, 26. apud Vvadingum, tom. 1. qui ait eam haberi in Regesto Vaticano, epistola 361. Idem Papa anno 1239. iisdem Monialibus idem concessit. B. Cælestia, 77. apud Vvadingum tomo 1. ex Regesto Vaticano, epistola 82. Et iterum anno 1241. B. Personis, 92. apud Vvadingum, tomo 1. ex Regesto Vaticano, epist. 42.

3 *Idem.*

Idem anno 1235. Minoritis, idem concessit, quod

quod numero 1.B.Cùm iam,in Speculo Minorum , tractatu 2. folio 115.Et 45.apud Wadingum , tomo 7. qui eam ait haberi in Ordinis archiuio. Item Innocentius IV. anno 1243. iisdem Minoritis, B. Cùm iam, 22. apud Rodericum,qui eam dicit esse originaliter in Cõuentu Salmãticensi. Et prædictis Monialibus, B. Vacantibus,6. apud Vvadingum, tomo 1. ex Regesto Vaticano, epistola 248. & B. Religionis,17.apud eundem, ex Regesto Vaticano , epistola 127. Idem adhuc anno 1246.iisdem Monialibus vniuersis totius Ordinis , B. Personis , 32. apud Vvadingum in regesto tomi 1.ex Regesto Vaticano,epistola 555. Idem anno 1248. Trinitariis, B. Paci & quieti , 30. apud Rodericum , vbi dicitur esse authentica in Monasterio Sanctissimæ Trinitatis Salmãticensi. Idem annis 1253.& 1254.Monialibus Sanctæ Claræ. Bullâ, Cælestia, 22.R 26.apud Vvadingum in reg.tom. 2.ex Regesto Vaticano,epistola 11.& 475.Et B.Vacantibus,27.ibidem , ex Regesto Vaticano, epistola 565.Alexander IV. anno 1255. & 1258.iisdem, idem concedit, B. Cælestia,13.& 95.apud Vvadingum in regesto tom. 2. ex Regesto Vaticano, epistola 310. & 111.Et B.Virtute conspicuos, 98. apud Vvadingum ibidem , ex autographo sub plumbo.Clemens IV.anno 1265.Minoribus idem concessit, B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherub. quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certa scientia cõfirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore

Sixto IV. anno 1474. Quæ etiam extat confirmata per Ioannem XXIII.anno.1410.Bullâ, Sacra vestra,5.apud Vvadingum in reg.tom.5. ex Regesto Vaticano, libro 1. anni primi, folio 176. Idem Clemens anno 1266. idipsum concessit Eremitis Sancti Augustini. B. Pacis vestræ,2.in eorum Bullario, ex origin.in Ordinis archiuio Romæ, numero 2. Cælestinus V.anno 1294, idipsum Cælestinis,B.Etsi cunctos, 1. apud Cherubinum, §. 24. Quam Eugenius IV, anno 1434. ex certa scientia confirmauit, B. Ad decorem,18.apud Rodericum. Gregorius XI.anno 1374. idem Prædicatoribus,Bullâ,Virtute conspicuos,7.apud Cherubinum, §. 14. Quæ & includitur in Mari magno Prædicatorum. Et ibidem ex certa scientia innouatur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ; & ab Eugenio IV. anno 1443.B. Romanus; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV.anno 1474.

4 *Loci spatiũ.*

Clemens IV. anno 1265. Carmelitis. [Indulgemus, vt vltra duas dicetas à Domibus vestris,super his quæ infra ipsas habetis,trahi non possitis à quocunque in causam per Litteras Apostolicas, non facientes de hac indulgentia mentionem.]B. Meritis vestræ,in Speculo Carm.fol.62.

5 *Ne trahantur extra Ordinem.*

Clemens VII.anno 1524. Minimorum Cõseruatoribus mandat, ne permittant coram quibuscunque Iudicibus, ordinariis vel delegatis,etiam Apostolicis, quauis occasione vel causa, etiam criminali, eosdem Fratres trahi. Bullâ, Conquestionem, sexta apud Cherubinum

rubinum, prima apud Confettium, & Peyrinis.

Pius V. anno 1571. pro Prædicatoribus statuit quòd quælibet Ordinis personæ, & ab eis dependentes, coram aliis Iudicibus, ad iudicium trahi vel agere minimè possint, quàm suis per eos electis Conseruatoribus; coram quibus primò vnam sententiam definitiuam, antequàm ipsi ad aliud iudicium euocentur, seu causa committatur vel transferatur, obtinere debeant, & teneantur, siue actores, siue rei existant, B. Ad hoc nos Deus, 3. apud Confettium, & apud Cher. post 41 §. 15. 6 *Coram suis Conseruatoribus.*

CORRECTIO FRATRVM & Sororum.

Vide verbo *Apostata*, per totum. *Dignitates*, numero 4. *Mutatio Ordinis*, numero 10. 14. 31.

INNOCENTIVS IV. anno 1246. Generali ac Prouincialibus Minorum [Vt tu fili Generalis Minister, tuíque successores, Fratres tui Ordinis, qui ad prædicandum Crucem, vel inquirẽdum contra prauitatẽ hæreticam, seu ad alia huiusmodi negotia sũt, vel fuerint vbicunq; à Sede Apostolica deputati, remouere, seu reuocare, penitus *In Inquisitores, &c.*

ferre, ipsisque quòd supersedeant iniungere, aliósque substituere cùm expedire videritis, licitè, & liberè valeatis: & in eos si contrauenerint, censuram Ecclesiasticam exercere: ac quilibet Minister Prouincialis eiusdem Ordinis, idipsum in sua Prouincia circa Fratres ipsius Ordinis, quibus in illa similia contigerit ab eadem Sede committi, facere possit; authoritate præsentium indulgemus.] B. Odore suaui in Speculo Minorum tractatu 2. fol. 117. & apud Vvadingum, tomo 1. Annalium, pagina 658. ex Regesto Vaticano, epistola 625. Idem eodem anno idipsum iisdem verbis cõcessit Ordini Prædicatorum. B. Odore suaui, apud Bzouium, in annal. anno 1245. num. 12.

2 *In Apostatas & insolentes.*

Idem eodem anno Generali, Prouincialibus, Custodibus, & cæteris Fratribus Ordinis Minorum. [Vobis, vt Apostatas, vel insolentes vestri Ordinis, nisi vestris salutaribus monitis acquiescant, excommunicare, ligare, capere, & carceri tradere, si videbitur expedire, possitis; authoritate præsentium concedimus facultatem.] B. Prouisionibus, 7. apud Rodericũ; & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 43. vbi dicitur haberi authentica in Conuentu Rothomagensi. Idipsum anno 1254. Eremitis Sancti Augustini concessit. B. Prouisionis. Quam authenticauit Nicolaus IV. anno 1289. B. Tenorem, 4. in eorum Bullario, ex origin. in Ordinis archiuio Romæ, numero 4.

3 *In eos qui sunt in obsequiis aliorũ.*

Idem eodem anno 1246. Ministro Generali Minorum. [Concedimus, vt vniuersos Fratres qui morantur in obsequiis aliorum (illis duntaxat

duntaxat exceptis qui sunt vel fuerint ad Legatorum Sedis Apost. seruitia deputati (liberè valeas visitare, corrigere, amouere, ac alios eis substituere, provt secundùm Deum videris expedire.] B. Cùm sicut, 36. apud Vvadingum in Regesto tomi 1. ex archiuio Aracælitano numero 17. Et 5. apud Rodericum; Et in Speculo Minorum tractatu 2. folio 35. Et eam ex certa scientia confirmauit Bonifacius IX. anno 1362. B. Ad hoc libenter, 9. apud Vvadingum, in reg. tom. 4. ex. Regesto Vaticano lib. 6. ann. 3. fol. 173.

4 *In egressos ab Ordine.*

Idem eodem anno 1246. Generali & Prouincialibus Minorum. [Ne illis quos ab Ordine pro suis culpis per vos expelli contigerit, vel egressi fuerint proprio suo motu, prædicare, seu confessiones audire, seu docere præsumant, nisi de nostra vel vestra licentia ad aliũ transierint Ordinem, districtiùs inhibemus. Quòd si fortè contra nostram inhibitionem aliquid temerè fuerit attentatum, liceat vobis in ipsos excommunicationis sententiam promulgare.] B. Iustis, 8. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 42. Et est 37. apud Vvadingum in reg. tom. 1. ex Regest. Vaticano, epist. 888.

5 *In Apostatas.*

Idem anno 1247. Pro iisdem. [Archiepiscopis, Episcopis, &c. Nulli Fratrum Minorum post factam professionem licet Ordinem ipsum relinquere, nec relinquentem alicui retinere. Nósque Ministris & Custodibus Fratrũ ipsorum concessimus vt in discedentes, donec resipuerint, Ecclesiasticã exercerent censurã,

&c. Mandamus vt discedentes post professionem factam ab eis secundùm prædicta illius Ordinis institura, præsertim excommunicatione notatos ab ipsis, euitetis omninò. quos etiam, cum ab iisdem Ministris & Custodibus fueritis requisiti, excommunicatos nuntiare curetis, &c.] B. Fratrum Minorum, in Speculo Min. tract. 2. fol. 43.

6 *In assumendos à Prælatis.*

Idem eod. anno pro iisdem. [Vt nullus Legatus, nisi de latere nostro missus, authoritate Litterarum Sedis Apostolicæ de cætero impetrandarum, specialem de præsentibus non facientium mentionem, aut Prælatus aliquis, de Fratribus vestri Ordinis ad sua seu Ecclesiæ negotia procuranda vel secum manendum, aliquos assumere valeat, nisi quos Generalis vel Prouincialis Minister eorum, tanquam idoneos & discretos sibi duxerit assignandos, quos subiacere volumus Ordinis disciplinæ, authoritate vobis præsentium indulgemus.] B. Petitionibus, 53. apud Vvadingum in reg. tom. 1. ex Reg. Vat. epist. 112.

7 *In Moniales.*

Idem anno 1251. Abbati Cistercij eiúsque Coabbatibus vniuersis Cistercien sis Ordinis. [Cùm nonnullæ vestri Ordinis Moniales ad superbiam & rebellionem, obfirmato calcaneo, suadente perditionis authore, obedientiæ ruptis habenis, per campum discurrant lasciuiæ ac propriæ voluntatis, reiectâ modestiâ Monachali, in suarum dispendium animarum, & infamiam, & scandalum Ordinis memorati, &c. Cõcedimus vt liceat vobis Moniales huiusmodi (si quas tales de cætero in corpore vestri

vestri Ordinis contigerit reperiri) rescindere à vestri Ordinis vnitate, ne membra forsan inficiant saniora, priuilegiorum & indulgentiarum prædicto Ordini concessarum commodis perpetuò carituras.]B. Sic Ordinis vestri, 27. apud Roder.

8 *In Apostatas.* Alexander IV. anno 1255. Minoritis.] Capiendi, incarcerandi, & aliàs subdendi disciplinæ rigori Apostatas vestri Ordinis, per vos & etiam alios, si necesse fuerit, in quocunque habitu eos contigerit inueniri, plenam vobis concedimus, authoritate præsentium, facultatem, inuocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachij secularis.]B. Deuotionis, 22. apud Vvadingum in Reg. tom. 2. & 23. apud Roderícum, vbi dicitur esse originaliter in Conuentu Salmanticensi. Habetur etiam in Spec. Min. tract. 2. fol. 118.

9 *In assumendos.* Idem eodem anno iisdem concessit quod suprà numero 6. B. Vobis per Apostolicæ, 25, apud Vvadingum in Reg. tom. 2. & in Speculo Min. tract. 2. fol. 118.

20 *In egressos.* Idem eodem anno iisdem concessit quod suprà numero 4. B. Iustis petentium. 9. apud Rodericum, 34. apud Vvadidgum in reg. tom. 2. & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 119.

11 *Ad vitandum, &c.* Idem anno 1256. Carmelitis. [Indulgemus, vt tu Prior Generalis, & qui successerit tibi, vbique, ac vos Priores Prouinciales, & alij qui pro tempore fuerint, in suis Prouinciis, in Ecclesiis ac Domibus vestri Ordinis, cũ libero ingressu & exitu, visitationis & correctionis officium exercere, mutare Fratres, & recipere

pere Nouitios liberè valeatis.]Bullâ,Religionis,in Mari magno Carmelitarum,n.29.

12 *In assumendos à Prælatis.*

Idem eodem anno Minoritis concedit idem quod numero 3.& 6. Bullâ,Sacræ Religionis, 48. apud Wadingum in reg. tom. 2.& 1.apud Rodericum , & in Speculo Minorum, tractatu 1. folio 6. in cuius summario & apud Rodericum dicitur esse authentica in Conuentu Salmanticensi.

13 *In assumendos, Inquisitores,&c.*

Idem anno 1258.Minoritis eadem concedit quæ numero 1. 2.3.4.5.6.8.9.10. 12. B. Virtute conspicuos.98.apud Wading.in reg.tom.2.Ex autographo.

14 *In Apostatas & insolentes.*

Idem anno 1259.Carmelitis concedit idem quod suprà numero 2. B. Prouisionis, in Mari magno Carmelitarum, numero 28. Item Minoritis, B. Prouisionis,107.apud Wadingum, in reg.tom.2.ex originali archiui Aracælitani. numero 93.Idipsum Vrbanus IV. anno 1262. quoad Apostatas concessit Eremitis Sancti Augustini, B. Prouisionis,1.in eorumBullario, ex originali in Ordinis archiuio Romæ , numero 1. Et eodem anno scribit Ecclesiarum Prælatis: [Mandamus quatenus huiusmodi Apostatas , quos per eosdem Priores authoritate Litterarum ipsarum pro manifesta & rationabili causa excommunicari contingeret, vos vsque ad satisfactionem condignam euitetis arctiùs, & faciatis à vestris subditis euitari.]B. Prouisionis, 3. in eorum Bullario,ex originali in Ordinis archiuio, n.3.Et similiter Clemens IV. anno 1269. B. Prouisionis, 5. in eorum Bullar. ex orig.in Ord.arch.Rom.n.5.

Clemens

Clemens IV. anno 1265. Minoribus eadem concessit quæ suprà numero 1. 3. 4. 6. 8. 9. 10. 12. 13. B. Virtute conspicuos. 4. apud Cherubinum, quæ & includitur in Mari Magno Minorum, & ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Quæ etiam extat confirmata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Vvadingum in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol. 176.

15 *In assumendos, Inquisitores, Apostatas. &c.*

Bonifacius VIII. anno 1295. Generali & Prouincialibus Minorum primò, deinde 1296. Prædicatorum. [Indulgemus, vt ad correctiones & punitiones Fratrum eiusdem Ordinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis supradicti, ad quos eædem spectare noscũtur, rimulis iuris & apicibus postpositis, liberè procedere valeant, secundùm consuetudines approbatas, & generalia facta & etiam faciẽda ipsius Ordinis instituta. Nec volumus eisdem licere Fratribus ab eisdem correctionibus & punitionibus aliquatenus appellare, præuiâ in hoc deliberatione & maturitate debitâ obseruatis.] B. Ad augmentem, 4. apud Cherubinum, 1. apud Confettium, 4. apud Vvadingum, in reg. tomi 2. ex Regesto Vaticano, epistola 636. Est etiam in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 122. & 2. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi. Idem anno 1297. eadem & iisdẽ omnino verbis ordinauit circa correctionem Monialium Cistercienſis Ordinis, faciendam per Prælatos eiusdem

16 *Sine apicibus iuris, & appellatione.*

eiusdem Ordinis. B. Ad augmentum, 10. apud Rodericum.

17 *In Capellanos Apostolicæ Sedis.*

Gregorius XI. 1373. Pro Religiosis omnibus, etiam Mendicantibus. [Ordinamus, quòd omnes & singuli Religiosi quorumcunq; Ordinum, etiam Mendicantium, Sedis Apostolicæ Capellani, qui sunt & in antea erunt, perinde eorum Superioribus, & correctioni ipsorū in omnibus, & per omnia sint subiecti, ac si prædictæ Sedis Capellani non essent. Nonobstantibus &c.] B. Ad Romani, 6. apud Cherubinum, & 1. apud Rodericum, vbi dicitur esse authenticata in Conuentu Salmanticensi. Habetur & apud Confettium. Et in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 18. Et apud Vvadingum, tom. 4. annal. anno 1373. pag. 183. Est etiam 1. in Bullario Eremitarum S. Augustini, ex orig. in Ordinis archiuio Romæ, num. 1. Eamque confirmauit Bonifacius IX. anno 1392. B. Tenorem, 10. apud Vvadingum, in reg. tom. 4. ex Regesto Vaticano, lib. 6. anno 3. fol. 192.

18 *In assumendos à Prælatis, Inquisitores, Apostatas, &c.*

Idem an. 1374. Prædicatoribus eadem concedit quæ suprà num. 13. 4. 6. 8. Et quidem adhuc fusius. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherubin. §. 15. 16. 17. 18. 19, 20. quæ & includitur in Mari magno Prædicatorum & ibidem ex certa scientia innouatur à Martino V. anno 1417. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. anno 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474.

19

Bonifacius IX. Prædicatoribus. [Quòd prædictus Magister, & alij præsidentes in dicto Ordine, ad quos id pertinuerit pro tempore, in correctionibus

correctionibus Fratrum eiusdem Ordinis, iuris ordine postposito secundùm consuetudines approbatas & instituta Ordinis antedicti procedere liberè & licitè possint & valeant, eis authoritate Apostolica, tenore præsentium, ex certa scientia indulgemus, &c. Ordinamus, quòd nullus ex Fratribus, aut Sororibus prædictis, aliquem aut aliquam ex Fratribus aut Sororibus huiusmodi, coram quocunque iudice qui non sit de dicto Ordine, ex quacunque causa conuenire, seu facere conueniri; nec à correctione quacunque, seu alias ab aliquo Prælato, seu Fratre dicti Ordinis, quavis occasione appellare, aut contra eos querelam proponere; nisi priùs coram Prouinciali, seu Conuentuali Priore, seu prædicto Magistro, & successiuè in Generali Capitulo dicti Ordinis, causam & querelam suam proposuerit, verbo, vel scriptis. Quòdque Ordinis prædicti contra Ordinis Minorum, nec eiusdem Ordinis Minorum Fratres Inquisitores hæreticæ prauitatis pro tempore existentes, contra huiusmodi Ordinis Prædicatorum Fratres, aut etiã dicti Ordinis Prædicatorum Fratres Inquisitores, sine licẽtia prædicti Magistri, aut Priorũ Prouincialium, contra ipsorum Confratres eiusdem Ordinis inquirere nequaquã possint, aut debeant; sed si quid Prædicatorum contra Prædicatorum Fratres, seu Minorũ contra Minores, Fratres Inquisitores huiusmodi contra Prædicatorum Ordinum Fratres prædictos de prauitate huiusmodi præsenserint, id ad Sedẽ prædictam vel præfatorum Fratrum Superiores

Iuris ordine postposito, sine appellatione extra ordinem, &c.

res deferre teneantur.]B.Sacræ Religionis.1. apud Confettium.

20 *In Tertiarios vtriusque sexus.*

Martinus V. an. 1426. Pro Minoritis, scribens Episcopo Albanensi. [Circumspectioni tuæ mandamus, quatenus omnes & singulos Frarres & Sorores de tertia regula S. Francisci, aliàs de Pœnitentia nuncupatos, tam præsentes, quàm futuros, cuiuscunque gradus, vel conditionis existant, & vbicunque consistant, eidem Ordini & eius Superioribus in omnibus, eorum tamen viuendi & continendi formâ semper saluâ, authoritate nostra subiicere, ipsosque præditis Generali & Prouincialibus Ministris pro tempore existentibus, quêadmodum cæteri & veri dicti Ordinis Fratres & Sorores subiecti existunt, subiectos esse decernas; statuens & ordinans authoritate prædicta, quòd præfati Ministri, Fratres de tertia regula & Sorores prædictos quoties expediẽs fuerit, per se vel alios ad hoc idoneos, visitare, corrigere & delinquentes ac excedentes pro demeritis punire & emendare, eorúmque confessiones audire, eisque pœnitentiam salutarem iniungere, & omnia Sacramenta Ecclesiastica ministrare, omnémque aliam (quæ tamen illorum obseruantiæ, seu continentiæ penitus non obuient (iurisdictionem exercere valeant in eosdem.] B. Licet inter cætera, 1. apud Roderi. 165. apud Vvad. in reg. tom. 5. Et Spec. Min. tract. 2. fol. 38.

21 *In Capellanos & Confes.*

Idem eodem anno Eremitis S. Augustini. [Ordinamus quòd omnes & singuli Fratres dicti Ordinis, qui nostra super hoc non obtenta

tenta licentia, sunt, & in antea erunt Cardinalium, seu aliorum Prælatorum, aut, quarumvis personarum aliarum Ecclesiasticarum, vel Secularium, Capellani seu Confessores, aut familiares (non tamen in Domibus eorumdem Cardinalium pro tempore commorantes) perinde eorum Superioribus, & correctioni ipsorum in omnibus & per omnia sint subiecti, ac si Capellani seu Confessores, aut familiares (vt præfertur) non essent. Decernentes nihilominus eos ad renuntiandum officiis & familiaritatibus huiusmodi, ac in Superiorum eorumdem manibus Litteras super officiis, & familiaritatibus huiusmodi obtentas quàm citò resignandum, desistendumque penitus, & omninò ab officiis, & familiaritatibus eisdē, atque ad claustra sua reuertendum, & regulariter iuxta professionis suæ continentiam viuendum, per dilectos filios Priorem Generalem ac Prouinciales ipsius Ordinis Priores, efficaciter compellendos &c.] B. Ad circunspectam, 4. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archiuio Romæ, num. 4. *fores Cardinalium &c.*

Eugenius IV. an. 1434. Benedictinis Congregationis Vnitatis, seu Sanctæ Iustinæ vel Cassinensis, concedit idem quod suprà num. 2. & 14. Bullâ, Sacræ Religionis, 8 apud Rodericum. 22 *In Apostatas & insolentes.*

Idem anno 1436. Benedictinis iisdem Congregat. S. Iustinæ concedit idem quod suprà num. 16. B. Regularem, 9. apud Cherub. & Rodericum, §. 1. & 2. 23 *Sine apic. & appel.*

Idem anno 1437. Generali Minorum. [Atque 24

que de Conuentu Parisiẽsi intelleximus, quòd
u. nonnulli in eo degentes, prætextu priuilegiorum Apostolicorum Vniuersitati Parisiensi concessorum, se de corpore studij esse dicẽtes, à Ministrorum & aliorum Officialium dicti Ordinis obedientia se trahere conentur &c. Idcircò omnes & singulos dicti Ordinis Fratres cuiuscunque gradus, & conditionis existant, & quibuscunq; nominibus censeantur, eorúmq; Conuentus, Domos, & loca vbicunque constituta, necnon personas eorum vbicunque reperiantur, vel in suis Conuentibus, & locis, vel extra & præsertim Conuentus prædictos S. Spiritus in termino Muri Veteris & Parisiensẽ, obedientiæ, subiectioni, & iurisdictioni tuæ, secundùm formam regulæ & professionis ipsorum, statutorumque eiusdem Ordinis, tam à Pontificibus Romanis, quàm à Generalibus emanatorum, submittentes, plenariam tibi, & per te deputandis, obedientiam in cunctis, iuxta prædictam regulæ formam exhibere volumus, & præsentium tenore mãdamus, consuetudinibus qnibuscunque, & priuilegiis Apostolicis, cuiuscunque vniuersitati, Collegio, vel personis particularibus, &c. concessis &c. Nonobstantibus, &c.]B. Ad ea quæ Religionis, 30. apud Rodericum, 121. apud Vvadin. in reg. tom. 5 ex Regesto Vaticano, lib. 2. de Regularibus &c. an. 7. fol. 162.

Idem anno 1441. Hieronymitis de Fesulis.
s [Præpositus vel Prior omnes & singulos, Rectores verò prædicti in sibi commissis Domibus, seu Prioratibus commorantes Fratres, regulam

gulam ipsam professos, vagos, & fugitiuos, seu alios delinquentes, quòd ad claustrum redeãt, & se emendent, per censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, cogere, capere, & incarcerare valeant.] Bullâ, Super gregem, 21. apud Cherub. §. 10. Idem eodem anno, specificans etiam excommunicationis pœnam, concessit Fratribus S. Ambrosij B. Regimini, 22. apud Cherub. §. 11.

Nicolaus V. an. 1447. Monasterium S. Claræ Eugubinum, in pristinam obedientiam, visitationem, & correctionem Generalis Minorum reduxit; & reuocãuit Litteras Eugenij IV. quibus ex sinistra (inquit) informatione Monialium ipsarum, eas obedientiæ prædictæ subtraxerat, & Episcopo ad earum instantiam subiecerat. B. Sedis Apostolicæ, 16. apud Vvading. in reg. tom. 5. ex Regesto Vaticano, lib. 1. de Regularibus, anno 1. folio 44. Idem fecit pro Monasterio Ianuensi, anno 1448. B. Quia plerumque, 51. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex archiuio secreto Vat. lib. 24. Bullarum, folio 52. quod similiter subiectum fuerat ab Eugenio IV. Abbati S. Benedicti. 26 *In Moniales.*

Idem anno 1451. in fauorem Eremitarum S. Aug. mandat executionem & obseruationẽ Bullæ Martini V. suprà num. 21. B. Sollicitudo, 1. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. arch. Romæ, num. 1. 27 *In Capellanos Cardinalium, &c.*

Pius II. an. 1458. Quatuor Ordinum Mendicantium Generalibus. Decreuit omnes studiorum Scholares, Baccalaureos, Lectores, Bi- 28 *In Scholares, &c.*

binist.s, & alios officiales omnimodæ iurisdictioni & correctioni Prælatorum Ordinis esse subiectos. Nonobstantibus priuilegiis, &c. B. Religiosorum, 1. apud Confettium, 2. apud Cherub. 3. apud Rodericum.

29 *Ad reformationem Domorum.*

Idem anno 1459. Generali & Prouincialibus Carmelitarum. [Discretioni vestræ committimus & mandamus, quatenus iuxta concessam vobis à Domino gratiam & officiorum vestrorum exigentiam, omnes & singulos dicti Ordinis professores, iuxta Sanctorum Patrum, & vestra regularia instituta, in vita & in moribus reformare, ac regulari disciplinæ subdere, & ad meliorem vitam reducere procuretis, &c. ita quòd vos & vestrûm quilibet, quoscunque incorrigibiles, discolos, & delinquentes ipsius vestri Ordinis professores punire, corrigere, & iuxta suam professionem vitam ducere, compellere valeatis, &c. Vniuersis & singulis, tam professoribus prædictis, quàm aliis quibuscunque Ecclesiasticis & Secularibus personis, cuiuscunque dignitatis, gradus, status, ordinis, vel conditionis existant, districtiùs inhibemus, ne reformationi Domorum, aut personarum Ordinis antedicti, quovis quæsito colore se opponere, aut illam impedire præsumant, sub excommunicationis pœna, quam si secus fecerint, eos & eorum quemlibet incurrere volumus ipso facto, & à qua, donec à præmissis resipuerint cum effectu, absolui nequeant, præter quàm in mortis articulo constituti.] B. Pontificialis, in Mari magno Carmelitarum, numero 26.

Idem

Idem eadem die, Ganerali Carmelitarum. 30
[Quòd tu tuique successores,& quos tu& ipsi idoneos senseritis & discretos Prouinciales Priores, omnes & singulos Apostatas, criminosos,incorrigibiles, aut delinquentes præfatos,qui tuam & Superiorum suorum saragunt emendationem & correctionem effugere, & quos præmissis impedimentis causantibus,tu, aut alij eorum Superiores prædicti, iuxta ipsius Ordinis statuta, & consuetudines commodè punire nequ bitis; non solùm eisdem Statutis contentis, sed, si eorum demerita & excessus id exegerint, arctioribus pœnis, tam per vos, quàm locorum Ordinarios eorúmque Vicarios & eorum Officiales siue alios ministros capi & carceris custodiæ mancipare,torquere, & torquari facere,& punire possitis; ita tamen quòd, si eorumdem Fratrum excessus adeò graues fuerint & enormes,quod illorum occasione quæstionibus subdi debeant,vel tormentis, circa tamen vltimi supplicij,mutilationisque membrorum pœnas,quæstionibus huiusmodi subiici nequeant vel torqueri, nisi cum duobus ex tribus antiquioribus dicti Ordinis ad hoc per Superiores suos deputatorum præsentia & assensu.]B Solicitudo,in Mari maguo Carmel.num.31.

In delinquentes, &c.

Sixtus IV.anno 1471.Generali & vniuersis Prouincialibus Minorum. [Prædictas(Innocentij IV.) & quascunq; Litteras alias huiusmodi,per quas vobis aliqua superioritas, præeminentia, & authoritas, in eiusdē Tertij Ordinis Fratres & Sorores tribuitur, Apostolica 31

In Tertiarios.

authoritate, præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus; & ad vos Ministros Generalem, & Prouinciales, ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis vestri de Obseruantia nuncupatorum, necnon Ministros & Fratres dicti tertij Ordinis, etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ huiusmodi per vniuersum orbem consistētes, eadem authoritate extēdimus. Necnon vobis, & successoribus vestris pro tempore existentibus, Generali, ac Prouincialibus Ministris, & Vicariis prænominatis de Obseruantia, dicti Ordinis Fratrum Minorum, eosdem Ministros ac Fratres & Sorores tertij Ordinis, vbilibet infra Prouincias vobis, & eisdem successoribus vestris, Generali & Prouincialibus Ministris, & Vicariis commissas, consistentes, charitatiuè in capite & in membris visitandi, & iuxta regularia instituta dicti Ordinis instruendi, reformatione & correctione indigentia, etiam per ablationē mantelli & habitus tertij Ordinis, si id qualitas excessus exegerit, corrigendi & reformandi: volentesq; ad ipsum tertium Ordinem & illius viuendi modum aggregari, recipiendi, & habitum siue mantellum iuxta morem dicti Ordinis eis exhibendi; ac ipsis Ministris, Fratribus, ac Sororibus tertij Ordinis, visitatorē, siue confessorem dicti Ordinis Fratrum Minorū Conuentualium, vel de Obseruātia nuncupatorum, provt eis plus placuerit, ad id moribus, vitæ sanctimonia, & ætate idoneū, qui etiam illis omnia Ecclesiastica Sacramenta ministrare habeat, pro tempore in vestris

vestris Prouincialibus capitulis, vel Congregationibus dictorum Fratrum de obseruantia nuncupatorum, vel extra provt opportunum videbitur, assignandi, eadem authoritate licentiam concedimus, & etiam facultatem: districtiùs inhibentes locorum Ordinariis, & aliis quibuscunque personis, cuiusvis status, gradus, vel conditionis existant, & quacunque authoritate fungantur ne prætextu quarumlibet Litterarum, & facultatum eisdem forsan concessarum & pro tempore concedendarum, de præmissis, quæ ad vos spectant, se quomodolibet impedire præsumant ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his per quoscunque, quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.] B. Romani, 11. apud Confettium, 4. apud Rodericum, 3. apud Vvading. in reg. tom. 6. Et in Speculo Minorũ, tract. 2. fol. 17. Hoc idem confirmauit Iulius II. anno 1511, B. Postquam, 30. apud Roder. in editione recentiori.

Idem anno 1476. Carmelitis eadem concedit quæ suprà num. 1. 4. 6. 8. sed fusiùs. Et quidem concessionem numeri 6. ampliat etiam aduersus Legatos à latere. Et concessionem numeri 8. ampliat ad quæcunque loca, etiam si eos in curia Romana inueniri contigerit. In Mari magno Carmelitarum, §. 89. 90. 91. 92. 93. 32 *In Inquisitores, egressos assumendos, apostatas.*

Idem anno 1479. [Quòd Magister Prædicatorum, & Minister Minorum, Ordinum Generales, nunc & pro tempore existentes, gesta pro tempore ipsos Inquisitores suorum Or- 33 *In Inquisitores.*

num respectiuè examinare,& querelas contra illos propositas audire, ac super illis (quantum eis istum & æquum videbitur) statuere & ordinare; & si in aliquo eos deliquisse inuenerint, illos iuxta excessuum exigentiam, etiam per eorum ab officio amotionem, ac aliàs corrigere & punire, dictósque Inquisitores secundùm quod æquum & iustum aut necessarium videbitur(non tamen in vna eademque Diœcesi)multiplicare, liberè & licitè valeant.]B. Sacri Prædicatorum 19. apud Cher. 2. apud Confet. 4.apud Peyrin. 20. apud Roder. vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmant. Extat & in Spec. Min. tract.2. fol.67. & apud Wading.in annal. tom. 7.anno 1479.num.6.pag.63. Vocatur Bulla Aurea.

34 *In Incorrigibiles.*

Alexander VI. 1501. pro Minoritis.]Tibi (Generali) & Generali Vicario pro tempore existenti, per vosmetipsos duntaxat, & aliis Vicariis Prouincialibus dicti Ordinis,per eos cum consensu maioris partis Capituli Prouincialis. Religiosos dicti Ordinis, quos incorrigibiles repereritis,tanquàm membra putrida habitu vestro expoliandi, & à vobis eiiciendi;ac contra quoscunq;eis forfan auxiliũ, consilium, vel fauorem puplicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæsito colore supradicti habitus delatione præstantes,etiam cuiuscunq; dignitatis, gradus,ordinis,& conditionis, per censuras Ecclesiasticas,ac alia iuris opportuna remedia,appellatione postposita procedendi:omniàq; alia & singula in præmissis & circa ea necessaria quomodolibet & opportuna

opportuna faciendi, gerendi, & exequendi, auxiliúmque brachij secularis, si opus fuerit, inuocandi, concedimus facultatem.] Bullâ, Cùm sicut Nobis, 2. apud Confettium, 3. apud Roder.

35 *In Inquisitores, &c.*

Iulius II. anno 1506. Minimis eadem concedit quæ suprà, numero 1.2.3.4.6. In eorum Mari magno, §. 10.11.12.13.14.

36 *Sine apicib. & appell.*

Ibidem §. 30. statuit eadem quæ suprà, numero 16. & 23.

37 *Idem.*

Idem anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti; idipsum constituit. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherubinum, §. 8. & 9.

38 *In Capellanos Cardinalium, &c.*

Ibidem §. 22. statuit idem quod suprà numero 21.

39 *In Studentes.*

Idem anno 1508. Prædicatoribus & Minoritis constituit, vt nulli, propter quamcunque causam, etiam studij, possit extra Domos Ordinis commorari, sine Sedis Apostolicæ licentiâ, & Prælatorum Prouincialium, qui & eosdem possint, quoties opus fuerit, reuocare; & prohibet Rectoribus & Scholaribus Vniuersitatũ, sub pœna excommunicationis ipso facto, ne in contrarium præstent fauorem, consilium, vel auxilium. Nonobstantibus priuilegiis Vniuersitatum, &c. B. In supremæ, 5. apud Roder.

40 *Sine appicib. & appell.*

Idem anno 1512. Congregationi Sancti Saluatoris. Canonicorum Regularium Sancti Augustini constituit quod suprà numero 16. Bullâ, Inter cæteros, 30. apud Cherubinum. §. 12. & 13.

41 *Idem quod num.2.21.* Ibidem §.17.statuit quod supra numero 2. & 21.

42 *Sine apicib. & appell.* Leo X.anno 1513.Camaldulensibus statuit eadem quæ suprà numero 16. 23. 36. & 37. Bullâ, Etsi à summo, 2. apud Cherubinum, §.10.& 11.

43 *In Apostatas, &c.* Idem §. 24. statuit idem quod numero 2.& 21.

44 *In assumendos* Idem anno eodem, Minoritis concedit quod numero 6. Bullâ, Inter cætera, 4. apud Rodericum.

45 *In expectãtes beneficia* Idem anno 1515.Prædicatoribus statuit vt illi quibus à Sede Apostolica conceditur facultas obtinendi beneficium curatum,& interim alicui beneficio cum cura vel sine cura deseruiendi de illius Rectoris consensu,teneantur degere in Domibus & sub obedientia Superiorum Ordinis, & ad illud compelli, donec actualiter obtineant Parochiales Ecclesias, vel earum perpetuas Vicarias. B.Intellexi-mus,32.apud Roder.

46 *Non necesse est sententiã esse scriptã.* Idem anno 1517. testante Cardinali Laurentio, concessit Minoribus, [Quòd Prælati Ordinis, cùm aliquem Fratrem propter apostasiam vel aliam causam excommunicant in Capitulo Fratrum, vel in Communitate,non teneantur proferre sententiam in scriptis, provt in iure sub pœna excommunicationis præcipitur proferentibus.]Viuæ vocis oraculum 67.apud Roder.

47 *Se conuenire extra Ordinem.* Idem anno 1518.ex certa scientia confirmauit & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna statuit obseruari Constitutionem Bonifacij

facij IX. suprà n. 19. B.Romani Pontificis,decima apud Confettium, vigesima tertia apud Peyrinis.

Idem anno 1519. pro Minoritis, prohibet sub grauissimis pœnis ne vlli extrahant vel destinent Fratres dicti Ordinis ad prædicandum Cruciatam, vel alias indulgentias seu Litteras Apostolicas, siue Prælatorum Ordinis expressa licentia. Bullâ, Non sine mentis, 24.apud Rodericum. 48 *In assumendos ad prædicandum.*

Clemens VII.anno 1524.Generali Carmelitarum pro tempore existenti. [Tibi potestatem concedimus, vt si(Fratres discoli) spretis monitionibus tuis incorrigibiles efficiantur, lapsis terminis per te, seu subdelegatum tuum statutis, eosdem tanquàm membra putrida ab eadem Religione expellas & abiicias per te vel alium.Mandantes eis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub dictis censuris & pœnis, vt arctiorem Religionem, seu æqualem ingrediantur, infrà spatium temporis, per te, seu dictum subdelegatum statuendum.]B.Nuper Nobis,apud Patrem Iustinum,ex originali in Ordinis archiuio Romæ; & est nona in Appendice Roderici. 49 *Expellere incorrigibiles.* *Qui tenentur aliam ingredi Religionem æqualem vel arctiorem.*

Idem anno 1529. Minimorum Generali, [Tibi, & pro tempore existenti Generali, ac Zelosо,necnon aliis Superioribus dicti Ordinis, omnes & singulos dicti Ordinis Fratres, quos in quibusvis Ciuitatibus & locis, tam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quàm quorumvis Regum, Ducum,& aliorum Principum ditioni subiectis,inhonestè, & præter Regularium institutorum 50 *Eosdem ad triremes damnare.*

instituto rum eorumdem obseruantiam viuentes,& scandalum generantes,& incorrigibiles repereritis, ac vobis de eorum prauato viuendi modo per vos vel testes fide dignos constiterit, corporaliter capiendi, seu capi, eósque iuxta criminum & delictorum per eos perpetratorum qualitates, ad triremes perpetuò, vel ad tempus absque aliqua Iudicum Ecclesiasticorum vel secularium super eisdem criminibus & delictis cognitione vel sententiæ prolatione, detrudendi & condemnandi, seu detrudi & condemnari faciendi, sine conscientiæ scrupulo, omni tamen malitia & specie vi dictæ ex parte vestra & vobis in hoc assistentium cessantibus, plenam & liberam authoritate Apostolica, tenore præsentium, licentiam,& facultatem concedimus.Mandātes triremium earundem Capitaneis in virtute sanctæ obedientiæ,vt eosdem Fratres, quos iuxta conscientiā vestram,& de vobis assistentium consensu, huiusmodi pœna dignos iudicaueritis, eis pro tempore consignatos, inibi delictorum suorum pœnitentiam facturos reripiant & retineant.Nonobstantibus,&c. Cōciliis Generalibus, &c.]B. Exponi nobis, 6. apud Peyrinis.

51 *In Apostatas & rebelles.*

Paulus III.anno 1541.Eremitis Sancti Augustini concedi quod suprà numero 1. B.Suadet,3.in eorum Bullario,ex originali in Ord. arch.Romæ,n.3.

52 *Sine appellatione.*

Idem anno 1549. Societati Iesv. [A correctione regulæ Societatis huiusmodi secundū ordinationes factâ(vt vigor disciplinæ melius

conseruetur)

conſeruetur)appellari, aut talis appellatio per vllum Iudicem admitti,ſeu ab officiis abſolutio,aut priuatio,peti non poſſint.]B.Licet debitum,48.apud Cherubinum,8.apud Rodericum.

Ibidem §. 6.7.12.concedit quod ſuprà n.1. 2.6.8. 53 *In aſſumendos,&c.*

Pius V.anno 1567. pro omnibus Mendicãtibus.[Quoniam verò ex nimia Epiſcoporum ſibi irrogata authoritate, ipſi perſonas Regulares ſuæ iuriſdictioni ſubiicere, omninò ſtudent,ac Decreto Concilij præfati, (Tridentini ſeſſionis 25.cap.14. edito)quo cauetur, quòd ſi Regularis intra clauſtra exiſtens, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſus ſit,termino ab Epiſcopo præfigendo,à ſuo Superiore omninò puniatur;ſin minùs,ab Ordinario delinquẽs puniri poſſit, confiſi; variis indebitiſque grauaminibus Regulares afficiunt; Ordinarios præfatos aliquid contra Regulares in clauſtris degentes huiuſmodi, quouis prætextu,occaſione, vel cauſa inuocare nõ poſſe vel debere, nec aliquos proceſſus contra ipſas perſonas Regulares formare aut facere poſſe volumus;niſi propter manifeſtum ſcãdalum, & ſuorum Ordinum Superioribus priùs conſultis,& negligentibus; alioquin omnia & ſingula contra præmiſſa facta & geſta,ac faciẽda in futurum pro nullis & infectis habeantur, Neque etiam ſe intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione in gubernatione Conuentuum, tam Fratrum,quàm Monialium huiuſmodi, & illorum correctionibus; ſed omnia 54 *Declaratio Tridentini.* *Exemptio ab Ordin.*

iſta

ista, & alia necessaria ad correctionem & gubernationem Fratrum au Monialium huiusmodi, eorum Generalibus ac Ministris, seu Prouincialibus, vel aliis eorum aut earum respectiuè Superioribus, etiam ratione cõputata faciendi cum Syndicis Conuentuum huiusmodi, omninò relinquatur, nec vllo modo in prædictis, per se vel alios se intromittant. Fratres quoque, si contigerit eos ad huiusmodi Ordinarios recursum habere, à præfatis Generalibus Ministris, seu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & aliis Superioribus castigari & puniri posse, & debere, neque ipsos Ordinarios præfatis Superioribus Ordinum huiusmodi vllatenus inhibere; quinimò præfatos Superiores, processus contra Fratres suos & Moniales huiusmodi, quando opus fuerit, circa delictorum inquisitionẽ vel castigationem facere posse decernimus; inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.]

Recurrentes ad Ordinarios puniendi.

Bullâ, Etsi Mendicantium, 41. apud Cherubinum. 7. apud Rodericum, & Peyrinis. Et habetur authentica in archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonensium, vt testatur Pater Iustinus in Bullario manuscripto.

55 Idem anno 1568. Fratres & Sorores Tertij Ordinis Sancti Francisci in congregatione sub tribus votis substantialibus viuentes, subiecit omnimodæ iurisdictioni, correctioni, &c. Superiorum Ordinis Minorum de Obseruantia. B. Ea est officij, 63. apud Cherubinum, 32. apud Roder.

In Tertiarios.

56 Idem anno 1571. Carmelitis confirmat ex certa

certa scientia Litteras Clementis VII. suprà numero 49. & additur : [Si ipsorum Fratrum demerita & delicta id exposcant, eos quibusvis grauioribus tibi visis pœnis punire & mulctare, ac curiæ seculari, vt perpetuò vel ad tempus, provt grauitas delicti requiret, ad triremes mittantur, & tuam contra eos ferendã sententiam exequatur, tradere seu tradi facere liberè & licitè & absque alicuius censuræ incursu, possis & valeas, per præsentes plenam & liberam potestatem & authoritatem concedimus. Volentes vt per eosdem Fratres confessos & conuictos, vel alios eorum nomine, à tuis sententis appellari, seu recursus ad quosvis alios haberi non possit.] Bullâ, Accepimus, apud Patrem Iustinũ in suo Bullario Manuscripto, ex originali in Ordinis archiuio Romæ, & est 9. in Appendice Roderici.

Incorrigibiles expellere.

ad triremes damnare.

Gregorius XIII. anno 1574. Cassinensibus idem statuit quod suprà numero 16. Bullâ, Nihil in vnaquaque, 205. in Bullario Cassinensi.

57 *Sine apie. & appell. &c.*

Idem anno 1575. Minoritis. [Inhibemus sub excõmunicationis latæ sententiæ pœna, à qua nonnisi à vobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquàm in mortis articulo absolui possint, necnó priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa & alia quæcunq; dicti Ordinis officia exerçenda, ac vocis tam actiuæ quã passiuæ eo ipso incurrendis pœnis, ne quis, Prouincialis aut alius cuiuscunq; dignitatis status, gradus, & cõditionis, Ordinis huiusmodi Religiosus aut Religiosa, ad ipsa tribunalia seculari

58 *Ne appelletur ad tribunalia secularia, sed ad Generalem Protectorẽ, vel Papam.*

cularia quovis prætextu aut quæsito colore, vt præfertur, appellare, vel illa propterea quoquomodo adire audeant vel præsumant; sed si se à Prælatis suis grauari prætendant, ad Generalem Ministrum ipsius Ordinis, seu illius Protectorem aut Viceprotectorem in Romana Curia, vel ad Nos, siue Romanum Pontificem successorem nostrum, supremum in Ecclesia Dei Iudicem, sicut antiquitùs semper consuetum fuit, recursum habeant, vnde illis breui manu iustitia ministrabitur; Declarantes nihilominus, non modò eorundem Religiosos & Religiosas contrafacientes in dictas pœnas incidere, verumetiam eorum quomodolibet directè vel indirectè fautores & cõsultores, illas quoque incurrere.]B. Quoniam nostro, 1. apud Confertium, 2. apud Rodericum, 27. apud Cherubinum.

59 *Eadem.* Idem anno 1576. pro Minimis eadem decernit. Bullâ, Ex pastoralis, 2. apud Peytinis.

60 *Eadem quæ n. 49. & 56.* Idem eodem anno Carmelitis authenticat Bullas Clementis VII. & Pij V. quæ numero 49. & 56. suprà. B. Prouisionis, 9. in Appendice Roderici.

61 *Nullus fauori extraneorum debet locus.* Idem anno 1580. [Dilectis filiis Magistro Generali, ac Prouincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Prædicatorum Prælatis nunc & pro tempore existentibus, per Apostolica scripta, & in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, ne ad instantiam & requisitionem quarumcunque personarum, tam laïcarum, quàm Ecclesiasticarum, extra supradictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus

latus honore, ac quacunque seculari dignitate & excelllentia, etiam Ducali & Regali, & Imperiali fulgentium, cuius dicti Ordini Religioso vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere audeant seu præsumant. Quinimò quoscunque eiusdem Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta suarum Constitutionum hac via & iis mediis per mendicatos fauores & suffragia, aliquid sibi procurauerint, ad alia & similia, & etiam maiora in eodem Ordine consequenda, Apostolicâ authoritate, tenore præsentium inhabilitamus.] B. Cùm nihil, 62. apud Cherub.

62 *In Apostatas & transfugas.*

Sixtus V. anno 1587. Carmelitis Discalceatis in suos Apostatas & transfugas eadem quæ suprà numero 2. & 8. concedit Bullâ. Decet Romanum, octaua in appendice Roderici.

63 *Confirmatio & extensio prohibitionis facta n. 61.*

Clemens VIII. anno 1562. Constitutionem Gregorij XIII. quæ numero 61. suprà confirmauit, & quod in ea de gratiis dicitur, ad quoscunque gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, functiones, prælaturas eiusdem Ordinis perpetuò extendit, & extendi debere decernit. Et adiicit. [Religiosis verò ac Fratribus eiusdem Ordinis quibuscunque, non solùm in præmissis omnibus secularium fauorem minimè procurare, sed nec etiam sponte oblatum, aut ab eis minimè procuratum recipere, & similiter, ne ad hunc effectum munera aliqua secularibus impendere, vel exhibere audeant vel præsumant, authoritate Apostolicâ tenore præsentium, in

virtute sanctæ obedientiæ, ac sub eisdem pœnis in dictis Gregorij Litteris contentis præcipimus, & expressè interdicimus & prohibemus, eisdem authoritate & tenore statuentes, quòd omnes & singuli in præmissis delinquétes, nullâ aliâ monitione præcedente, & absque processu desuper habendo, sententias & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrant. Quòdque ad illos, sententias & pœnas huiusmodi damnabiliter incurrisse legitimè probandum; & omninò conuincendum, solæ præmissarum personarum instantiæ, fauores, & preces, etiam ore tenus porrectæ, plenam, indubiam, & sufficientem, in iudicio & extra, fidem faciant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, &c.] B. Religiosos, 7. apud Cher.

26 *Non appelletur ad seculares, sed, &c.*

Idem anno 1593. pro Seruitis, decernit eadem & iisdem prorsus verbis, quæ habentur numero 58. suprà. Bullâ, Quoniam nostro, 119. apud Cher.

65 *Fauori ex priuilegiorum, &c.*

Idem anno 1600. eadem ferè omnia quæ numero 61. & 63. suprà, statuit pro Hieronymitis Sanct. Petri de Pisis. B. Ambitiosam. 70. apud Cherub.

66 *Eadem quæ n. 61. & 63.*

Idem anno 1604. Fratr bus Ordinis Crucigerorum, statuit omnia prorsus quæ numero 61. & 63 suprà. B. Quoniam nemo, 109. apud Cherub.

67 *Ne appelletur ad seculares.*

Idem anno eodem, pro Carmelitis, prorsus eadem & iisdem verbis decernit, quæ numero 58. suprà. B. Quoniam nostro, 110. apud Cher. Habetur authẽtica in Conuent. Rhedõ.

Idem

Idem eodem anno pro Eremitis Sancti Augustini prorsus, eadem & iisdem verbis. Bullâ, Quoniam nostro, 5. in eorum Bullario, 113. apud Cherubinum. Et Pro Cælestinis. B. Quoniam nostro, in Priuilegiis Cælestinorũ. 68 *Eadem.*

Idem eodem anno iisdem ordinat eadem quæ numero 61. & 63. suprà. B. Quoniam nemo, sexta in eorum Bullario, 114. apud Cherubinum 69 *Eadem quæ n. 61. & 63.*

Paulus V. anno 1607. [Cùm nomine dilecti Filij Basilij Angulsolæ Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum, in Congregatione Venrabirium Fratrũ nostrorum San ctæ Romæ Ecclesiæ Cardinalium Tridentini Concilij interpretum, expositum fuerit in Hispaniarũ Regnis, quosdã Ordinarios locorum contendere, Religiosos intra claustra degentes coram ipsis Ordinariis conueniri debere in causis ciuilibus, capite *Volentes*, de priuilegiis in 6. comprehensis, propter illius innouationem à Concilio Tridentino factam sessione 7. capite 14. quo præfatos Religiosos eorum priuilegiis abrogatis, defendunt comprehendi. Prætereà eosdem locum Ordinarios pariter contendere, eosdem Religiosos intra claustra degentes in prima instantia coram ipsis conueniri debere ex decreto eiusdem Concilij Tridentini, sessione 24. capite 20. de reformatione. Cùmque ab eodem Basilio Procuratore Generali in eadem Congregatione supplicatũ fuerit, vt super vtraque re responsa darẽt. Ab eadẽ verò Congregatione fuerit responsũ, neq; Cõstitutione in Generali 70 *Non comprehenduntur in cap. Volentes. nec à Trid. sess. 7. c. 14.*

Concilio Lugdunensi edita, quæ inicipit, *volentes*, neque decreto Concilij Tridentini capite 14. sessione 7. comprehendi Regulares, idóque eos iuxta eorum priuilegia, coram suis Superioribus vel Conseruatoribus esse conuenientes. Necnon Decretum eiusdem Concilij Tridentini dicto capite 20. sessione 24. ad Regulares non pertinere, nec eorum Conseruatorias imminuere, nec quoad primam illarum instantiam aliquid noui inducere. Ipséque Basilius Procurator Generalis no bis humiliter supplicari fecerit, vt pro sui Ordinis quiete, supradictas Declarationes ab eisdem locorum Ordinariis seruari debere, Apostolicâ authoritate præcipere dignaremur. Nos illius huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus & singulis locorum Ordinariis, in virtute sanctæ obedientiæ per præsentes districtè præcipiendo mandamus, ne Fratres & Religiosos dicti Ordinis Carmelitarum contra dispositionem Declarationum prædictarum perturbare vel inquietare quoquo modo audeant vel præsumant, irritum nihilominus & inanè decernentes, quidquid secus super his à quoquam quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.] Bullâ, Religiosorum, 34. apud Cherubinum. Et textat authéticè in archiuio Carmelitarum Conuentus Sancti Pauli Leonensis.

Nec sess. 24. cap. 20.

71

Eadem quæ n. 61. & 63.

Idem anno eodem, pro Congregatione Sancti Saluatoris decernit eadem quæ numero 16. & 63. suprà. Bullâ, Quoniam nemo, 35. apud Cherub.

Idem

Idem anno 1608. pro Ordine Prædicatorum motu proprio & ex certa scientia confirmat Constitutiones Gregorij XIII. & Clementis VIII. de quibus n. 61. & 63. suprà. Et adiicit pœnam excommunicationis, pro sic ambientibus officium Generalatus pro se, vel pro aliis. B. Admonemur, 39. apud Cherub. 72 *Eadem.*

Idem eodem anno easdem pœnas statuit, pro Eremitis Sancti Augustini. B. Admonemur, 3. in eorum Bullario, 48. apud Cher. 73 *Eadem.*

Idem an. 1613. testatur eadē se præscripsisse Cistercien sibus. B. Aliàs per Nos, 79. apud Cher. 74 *Eadem.*

Idē an. 1619. eadē præscribit Minoritis Cōuentualibus. B. Admonemur, 116. apud Cher. 75 *Eadem.*

Idē eodē an. eadē statuit pro Minimis. B. Admonemur, 5. apud Peyrinis, 117. apud Cher. 76 *Eadem.*

Vrbanus VIII. anno 1638. renouat Cassinenſibus Constitutionem Gregorij XIII. suprà numero 57. citatam. B. Aliàs à felicis, 316. in Bullario Cassinensi. 77 *Sine apic. & appell.*

DECIMÆ.

Vide verbo, *Contributio*, numero 10. 20. 21. *Exemptio*, numero 4. 6. 10. *Portio Canonica*, numero 9.

ALexander III. anno 1175. Monachis Sancti Basilij. [Sanè noualium vestrorū, quæ propriis manibus, aut 1 *Exemptio.*

sumptibus colitis, siue de quibuscunque aliis prouentibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis vel ab hominibus vestris, decimas exigere vel extorquere præsumat.] B. Apostolicæ Sedis, 6. apud Cherubinum, §. 8. Quam authenticat Ioannes XXII. anno 1323. B. Prouisionis. Et vtramque refert, ac motu proprio atque ex certa scientia confirmat Sixtus IV. anno 1472. B. Constitutus, apud Bzouium, tom. 18. annal. an. 1472. num. 15. pag. 54. Idem Alexander III. & alij Pontifices idipsum concesserunt Canonicis Saluatoris Later. vt in eorum Priuilegiis passim.

2 *Idem forè.* Vrbanus III. anno 1187. Fratribus Cruciferis, concessit idem & iisdem verbis, excepta illa Generali clausula, *Siue de quibuscunque aliis prouentibus vestris.* B. Cùm antecessor, apud Cherubinum §. 1. Et Cælestinus III. anno 1197. Benedictinis Congregationis Montis Virginis, B. Religiosam vitam, 3. apud Cherubinum, §. 5. Innocentius III. anno 1204. Fratribus Sancti Spiritus in Saxia, B. Inter opera pietatis, 7. apud Cherubinum §. 12. Et Fratribus Ss. Trinitatis, anno 1209. B. Operante, 9. apud Cherubinum §. 3. Honorius III. anno 1216. Dominicanis, B. Religiosam vitam, 2. apud Cherubinum §. 4. Et anno 1224. Cistercienſibus, B. Cum Abbates, 6. apud Cherubinum. Vbi & declarat immunitatem illam esse intelligendam

gendam de possessionibus & noualibus, tam ante, quàm post Concilium Generale Later. IV. acquisitis. Innocentius IV. anno 1247. Sylvestrinis, B. Religiosam, 5. apud Cherubinum §. 4. Idem anno 1254. Augustinianis, B. Religiosam, numero 13. Maris magni Augustini. Alexãder IV. anno 1255. Iisdem idem concessit. B. Religiosam, 3. in Bullario eorum dem, ex originali in Ordinis archiuio Romæ, numero 3. Vrbanus IV. iisdem, B. Religiosam, 9. in eorum Bullario, ex authentico in Ordinis archiuio Romæ, numero 9. Clemens IV. anno 1468. iisdem, B. Religiosam: quam Martinus V. anno 1425. innouauit, B. Sinceræ, 3. in eorum Bullario ex orig. in Ord. archr. Romæ. num. 3.

Gregorius IV. anno 1235. Monialibus Sanctæ Claræ. [A præstatione verò decimarum clausuræ vestræ, & de hortorum fructibus, & pomorum. vos esse decernimus liberas & immunes.] B. Religiosam vitam, 40. apud Vvadingum, qui eam haberi ait in Regesto Vaticano, epist. 157. 3 *Pro Monialibus.*

Innocentius IV. anno 1253. Carmelitis. [Districtiùs inhibemus, ne quis de hortis & virgultis vestris decimas à vobis exigere vel extorquere præsumat.] B. Sacro sancta, apud Lezamam in Annal. Carmel. anno 1253. & in Spec. Carmel. fol. 61. Item Alexander IV. anno 1256. Augustinianis. [Inhibemus ne quis de virgultis, vel hortis vestris, aut vestrorum animalium nutrimen- 4 *Exemptis*

tis, necnon de terris, vineis, & possessionibus nuper quibusdam Domibus vestris de mandato Apostolico reseruatis, quas propriis manibus vel sumptibus colitis, decimas à vobis exigere, aut extorquere præsumat. B. Vt eò fortiùs, in Mari magno August. num. 30. Et simpliciter ibidem confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. Ex certa verò scientia a Nicolao V. an. 1450. Ac demùm ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an 1473. extenditur prorsus vt dicitur infrà num. 6.

5 *Exemptio.* Alexander IV. anno 1258. Camaldulensibus. [Porrò laborum vestrorum de possessionibus habitis ante Concilium Generale ac etiam noualium quæ propriis manibus aut sumptibus coliris, de quibus noualibus aliquis hactenus non percepit siue de hortis, virgultis, & piscationibus, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat.]B. Officij nostri, 1. apud Cherub. § 9.

6 *Exemptio.* Idem eodem anno Minoritis. [De hortis & de virgultis vestris nullus a vobis deinceps exigere vel extorquere præsumat, districtiùs inhibemus.] B. Virtute conspicuos, 98. apud Wadingum, in reg. tom. 2. ex autographo sub plumbo; & de ea fit mentio in Spec. Min. in summario, vbi dicitur esse originaliter Salmaticæ. Idem anno 1261. concessit Carmelitis, B. Speciali gratia, in Speculo Carmelitarum, fol. 66. Idipsum Clemens IV. anno 1265. Minoribus concedit, 3. Virtute, 4. apud Cherubinum. Quæ & includitur in Mari magno Minorum.

Et

Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. an. 1439. B Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an. 1474. extenditur his verbis: [Indultum verò eiusdē Clementis prædecessoris de decimis non soluendis, ad quæcunque bona dictorum Fratrū, & quascunque decimas, etiam, quas vulgus Papales appellat, & Apostolica Sedes prò Christianæ fidei defensione, aut aliis imminētibus persæpè necessitatibus incidit, & quæcunque alia onera, motu & scientia prædictis extendimus. Decernentes ipsos Fratres Minores, etiamsi per quoscunque exemptos, & Mēdicantes solui mandarentur, cum quibusvis derogatoriis & fortioribus clausulis, ad illarum solutionem non teneri: & in illarum solutione cessando, censuras & pœnas aliquas non incurrere: nisi præsentibus (non per generales, & alias clausulas specialem mentionem non importantes) sed aliàs sit derogatum specificè, earum de verbo ad verbum inserto tenore.] Idem Clemens IV. quod suprà Minoribus, Carmelitis quoque concessit eodem anno, B. Speciali gratia, in Mari Magno Carmelitarum §. 19. Et ibidem ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1476. extenditur, prorsus vtdictum est pro Minoritis. §. 46. & 72.

7 *Exemptio.*

Clemens IV. anno 1265. Pro Militibus S. Lazari Hierosolymitani, scribens Episcopis, &c. [Præcipimus ne ab eis, contra tenorem priuilegiorum Apostolicæ Sedis, de omnibus fructibus terræ, quas propria industria vel

expensis colunt & laborant,ac etiam de nutrimentis animalium suorum,nec de ipsis animalibus decimas exigere præsumatis.]B.Cum dilectis, 2. apud Cherubinum,8.apud Roder.

8 *Exemptio.* Cælestinus V. anno 1294. Congregationi Cælestinorum.[De fructibus terrarum & possessionum vestrarum,ac etiam noualium, quæ propriis manibus & sumptibus colitis,vel per homines vestros, aut alio excoli facietis, in propriis prædiis seu etiam alienis,siue de hortis & piscationibus vestris,vel de nutrimentis animalium vestrorum,nullus à vobis decimas exigere; vel extorquere præsumat; à quarum præstatione vos totaliter liberamus.]B. Etsi cunctos Ordines,1.apud Cherub. §.8.Idipsum Benedictus XI. anno 1304. iisdem concessit, B. Religiosam, 2. apud Cherub. §.9.Et Gregorius XI.anno 1376.B.Sacra,10. apud Cherubinum. Item Eugenius IV.anno 1434.prædictam Cælestini Bullam confirmauit ex certa scientia,nonobstante non vsu vel præscriptione, &c. Bullâ, Ad decorem, 18.apud Rodericum.

9 *Exemptio.* Bonifacius VIII. an. 1296. Vniuersis Conuentibus Monialium S.Claræ.[Vobis vniuersis & singulis authoritate præsentium indulgemus,vt ad præstationem decimarum de quibuscunq; possessionibus & aliis omnibus bonis,quæ inpræsentiarum habetis,& iustis modis præstante Domino acquisieritis in futurũ; vel ad contribuendum in procurationibus quorũlibet Ordinariorum,& etiam Legatorũ & Nuntiorũ Sedis Apostolicæ, & quibuslibet talliis

talliis & collectis, & ad exhibendum pedagia, theolonia, & alias exactiones, quibuscunque Regibus, Principibus, seu aliis personis minimè teneamini, nec ad id compelli aliqualiter valeatis.] B. Laudabilis, 3. apud Rodericum, 18. apud Wadingum, in reg. tom. 2. ex Regesto Vaticano, epist. 228. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 44.

Idem anno 1302. Vniuersis Conuentibus vtriusque sexus Ordinis Cistercienſis.] Vt de terris vestris cultis & incultis ad ordinem vestrum spectantibus, quas alias concessistis, vel concedetis in posterum excolendas, de quibus tamen aliquis decimas, seu primitias non percepit, nullus à vobis, seu cultoribus terrarum ipsarum, aut quibuscunque aliis, decimas, seu primitias exigere, vel extorquere præsumat, &c.] Bullâ, in Ecclesiæ, 11. apud Rodericum. 10 *Exemptio.*

Benedictus XI. anno 1304. Vniuersis Monialibus S. Claræ concessit quod suprà num. 9. & adhuc fusiùs. B. Sacra vestra, 15. apud Vvadingum, in reg. tom. 3. ex Regesto Vaticano epist. 794. 11 *Exemptio.*

Ioannes XXII. anno 1317. Præmostratensibus.[Vos, atque omnes Abbates, & Canonicos, & vniuersas Domos in genere & in specie, tam præsentes, quàm futuras, à præstationibus decimarum, tam de possessionibus & hæreditatibus habitis ante & post Concilium Generale quàm de cætero habendis: & tam de noualibus, siue ante, siue post huiusmodi Concilium acquisitis & acquirendis, quæ propriis 22 *Exemptio.*

priis manibus, aut sumptibus excolitis, siue excoletis, quàm aliàs quomodocunque & qualitercunq; per vos vel per alios excolantur, & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hactenus non percepit; necnon de hortis virgultis, & piscationibus vestris, & vestrorum animalium nutrimentis, seruamus immunes.] B. In Apostolicæ 4. apud Roder.

13 Exemptio. Idem an. 1318. & 1320. Clarissis quorundam Monasteriorum eadem concessit quæ n. 9. B. Laudabilis, 32. apud Wadingum, in reg. tom. 3. ex Regesto Vaticano, epist. 796. Et B. Sacra vestra Religio, 89. ibidem ex eodem Regesto Vaticano, epist. 460. Quod & ab eius successoribus passim concessum fuit singulis eiusmodi Monasteriis separatim.

14 Exemptio. Idem anno 1323. Monachis Sancti Basilij concessionem Alexandri III. præmissam, num. 1. confirmauit. B Prouisionis, apud Bzouium in Annal. anno 1323.

15 Exemptio. Idem eodem anno quibusdam S. Claræ, Monialibus. [Vt de terris & possessionibus vestris, quas propriis sumtibus excoli facitis. vel aliis concediris excolendas, nulli decimas soluere teneamini, nec aliquis ad id vos coarctare valeat, nisi vos ad alium Ordinem transferretis, authoritate præsentium indulgemus.] B. Pietatis, 136. apud Vvading. in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. ep. 1905. Et postmodum concedit. eadem quæ sup rà num. 9. B. Laudabilis, ibidē, num. 140. ex Reg. Vat. ep. 1955.

15 Exemptio. Idem an. 1325. Vniuersis S. Claræ Monialibus eadem concedit quæ num. 9. de decimis

&

& procuratoribus. B. Sacra veſtra, 167. apud Vvadingum, in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. tom. 1. anno 10. ep. 72.

Clemens VI. anno 1342. Pro Carmelitis, vniuerſis Eccleſiarum Prælatis & Rectoribus ſcribens. [Mandamus quatenus de his quæ creſcunt infra ſepta murata locorum ipſius Ordinis, quæ ipſe Ordo, & Fratres iuſtè nunc poſſident, ſeu in poſterum obtinebunt, decimas petere aut exigere nullatenus præſumatis.] B. Dilectos, in Mari magno Carmelit. num. 18. Quod ibidem à Sixto IV. confirmauit & extenditur vt dictum eſt ſuprà num. 6, 17 *Exemptio.*

Idem anno 1246. Vniuerſis Monialibus Sanctæ Claræ, eadem conceſſit, quæ ſuprà, num. 9. B. Laudabilis, 109. apud Vvadingum, in reg. tom. 3. ex Regeſto Vaticano, 2. par. lib. 3. epiſt. 795. 18 *Exemptio.*

Innocentius IV. anno 1359. Confirmat Bullam Benedicti XI. de qua ſuprà, numero 11. Deinde Bullam Bonifacij VIII. de qua ſuprà, num. 9. B. Tenorem, 71. & 72. apud Vvadingum, in reg. tom. 4. ex Regeſt. Vatic. fol. 113. & 115. 19 *Exemptio.*

Vrbanus V. anno 1367. innouat quaſdam Ioannis XXII. Litteras datas anno 1331. quibus conceſſit vniuerſis Monialibus S. Claræ idem quod ſuprà, num. 9. B. Veſtræ deuotionis, 41. apud Vvadingum, in reg. tom. 4. ex Reg. Vat. lib. com. fol. 59. 20 *Exemptio.*

Gregorius XI. anno 1378. (poſt Innocentium VI. vt dictum eſt num. 19.) innouauit Bullam Benedicti XI. de qua ſuprà num. 11. 21 *Exemptio.*

Bullâ,

Bullâ, Vestræ deuotionis, 111. apud Wadingum in reg. tom. 4. ex Regesto Vaticano folio 226.

22 Exemptio. Idem an. 1374. Prædicatoribus idem concessit quod suprà numero 6. Clemens IV. Minoribus. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherubinum, §. 22. quæ & includitur in Mari magno Prædicatorum. Et ibidem ex certa scientia inuocatur & confirmatur à Marino V. anno 1427. B. ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. anno 1443. B. Romanus Pontifex. At ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. extenditur, prorsus vt pro Minoribus dictum est num. 6.

23 Exemptio. Ioannes XXIII. anno 1410. innouauit Bullas Bonifacij VIII. suprà numero 9. Et Ioannis XXII. suprà numero 16. Et Innocentij VI. istam confirmatis. Bullâ, Sinceræ deuotionis, tertia apud Wadingum in reg. tomi. 5. ex Regesto Vaticano libro 1. anni primi, folio 174. Et Bullâ, Mentis vestræ, 4. ibidem ex eodem loco. Item anno 1413. Bullam Benedicti XI. suprà numero vndecimo, ex certa scientia confirmauit. Bullâ, Charitas, 11. ibidem ex Regesto Vaticano libo quinto anni tertij, folio 115.

24 Exemptio. Martinus V. anno 1420. Carthusianis. [Maioris, & aliarum quarumcunque Domorum prædicti Ordinis vbilibet consistentiũ Priores, & Fratres, præsentes & posteros, à præstatione & solutione primitiarum, & decimarum ex fructibus prouenientibus ex eorum pratis, pascuis, terris, vineis, hortis, agris, syluis,

sylvis, nemoribus, montibus, aliisque prædiis, & possessionibus, in quibuscunque mundi partibus consistentibus, tam ante, quàm etiam post Generale Concilium habitis, vel acquisitis, illis videlicet, quæ de præsenti manibus propriis, aut eorum laboribus, vel expensis excolunt, vel excoli facient in futurum, necnon ex fœtibus animalium eorumdem, debitarum, authoritate Apostolicâ perpetuò immunes reddimus, &c. Concilij prædicti, ac aliis per Nos, siue Prædecessores Nostros Romanos Pontifices editis Constitutionibus Apostolicis contrariis, nonobstantibus quibuscunque.]Bullâ, Fons paruulus, quarta apud Chebinum.

Idem an. 1424. Cistercien sibus, idem quod suprà numero 12. & eodem prorsus tenore concedit. B. Militanti Ecclesiæ, 8. apud Cherub. &. 5. apud Roderic. 25 *Exemptio.*

Eugenius IV. anno 1434. Benedictinis Cõgregationis Sanctæ Iustinæ [De quibuscunq; possessionibus vbilibet constitutis, quæ in præsenti sunt, & in futurum erunt Monasteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorũ, quæ præfati Prælati, Monachi, vel personæ colunt, seu coli faciunt, aut in futurum colent, seu coli facient, siue de hortis, virgultis, piscationibus eorundem, vel de nutrimentis animalium ipsorum, nullus ab ipsis vel aliis pro eis primitias, decimas, quartas, aut alio quocunque nomine censeantur, exigere vel extorquere præsumat, nec illa aliqibus soluere teneantur, siue ad id à quoquam directè vel indirectè 26 *Exemptio.*

directè compelli possint inuiti; Generalis Concilij, & quibuscunque aliis Apostolicis, vel Prouincialibus, aut Synodalibus Constitutionibus nequaquam obstantibus, &c.]Bullâ,Etsi ex debito,7.apud Roder.

27 Exemptio. Idem anno 1439. vniuersis Sanctæ Claræ Monialibus seu Minoriſſis, idem quod suprà num 9. & adhuc fusiùs concedit. B.Licet Romanus,18,apud Cherubinum,29.apud Rodericum,& 161.apud Vvadingum in reg.tom.5. ex Regesto Vaticano,lib.1.de Regularibus & Exhibitis anno 9.fol.174.

28 Exemptio. Nicolaus V. anno 1447. pro iisdem confirmat Ioannis XXII. Bullam suprà numero 16, nonobstante interruptione. B. Licet Romanus,13.apud Vvadingum in reg.tom.5.ex Regesto Vaticano, libro 1.de Regularibus anno 1.folio 251.

29 Exemptio. Pius II. anno 1462. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti. [Ipsi Abbas, Priores, Conuentus, & Monachi dicti Ordinis à solutione,seu præstatione quarumcunque decimarum de fructibus terrarum, hortorum prædictorum,siue possessionum suarum,quas possident, & in futurum (præstante Domino) poterunt adipisci,quas,seu quos propriis manibus, & sumptibus colunt, vel per boues suos,aut alios, & sumptibus dictorum Monachorum excoli faciunt, ac de noualibus, seu nutrimento animalium suorum, sint prorsus exempti.]Bullâ, Licet ex debito,9.apud Cherubinum,§.6.

30 Exemptio. Sixtus IV. anno 1476. Canonicis Regularibus

ribus Sancti Augustini Congregationis Lateranensis idem concessit quod ipsemet concedit suprà numero 6. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 18.

Innocentius VIII. anno 1487. pro Seruitis in eorum Mari magno, §. 44. eadem habet quæ Sixtus IV. suprà num. 6. 31 *Exemptio.*

Iulius II. anno 1506. Minimos eximit à Decimis de quibuscunque bonis, B. Dudum ad sacrum, 10. apud Cherub. 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis. 32 *Exemptio.*

Idem eodem anno iisdem concedit quidquid suprà n. 6. In Mari magno Minimorum, §. 17. & 18. 33 *Exemptio.*

Idem anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, concedit eadem quæ suprà numero 26. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherubinum, §. 26. absque derogatione expressâ de qua ibi. 34 *Exemptio.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Sancti Saluatoris concedit quidquid suprà numero 6. & 26. Bullâ, Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 38. 40. 35 *Exemptio.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus concedit quod numero 26. sed non fit expressè derogatio. B. Etsi à summo, 2. apud Cherubinum, §. 33. 36 *Exemptio.*

Paulus III. an. 1549. Societati Iesv concedit idem quod Sixtus IV. suprà numero 6. B. Licet debitum, 48. apud Cherubin. 8. apud Roder. §. 22. 37 *Exemptio.*

Pius IV. anno 1561. iisdem idipsum. Non- 38 *Exemptio.*

obstantibus, &c. Conciliis Generalibus, &c. B. Exponi nobis, 5. apud Roder.

39 *Exemptio.* Idem anno 1565. Fratribus Militibus Sancti Lazari Hierosolymitani idipsum. B. Inter assiduas, 95. apud Cherub. §. 54.

40 *Exemptio. Derog. cap. Nuper.* Gregorius XIII. anno 1578. Societati Iesv confirmat concessa à Paulo III. & Pio IV. suprà numero 37. & 38. cum derogatione cap. *Nuper*, de decimis. B. Pastoralis, 21. apud Roder. 51. apud Cherub.

DEDICATIO.

Vide verbo *Ordinatio*, num. 2.

DEROGATIO PRIVILEGIORVM.

Vide verbo *Renocatio*, per totum.

1 *De vsu contrario.* EVGENIVS IV. anno 1434. Benedictionis Congregationis Sanctæ Iustinæ, seu Cassinensis. [Adiicientes etiam, vt si quandoque contigerit per aliquem, aut plures actus, contra huiusmodi, aut quæcunque alia decreta, priuilegia, & indulta, gratias, & immunitates præfatæ Congregationis concessa, aut ipsorum aliquod, à quocunque,

cunque, cuiuscunque conditionis, dignitatis, gradus, seu status existat, ex negligentia vel ignorantia præsentium, & futurorum, quibus ea conceduntur, aut alia quavis causa aliter attentari, vel obseruari, ignoranter, vel scienter, nullum tamen per hoc præiudicium decretis, priuilegiis, & indultis, gratiis, & immunitatibus præfatis volumus generari, sed illa in suo robore & vigore permanere.] B. Etsi ex debito, 7. apud Rodericum. Idem iisdem anno 1436. idipsum concedit, B. Regularem 9. apud Cherubinum & Rodericum, §. 19. Et B. Etsi quaslibet, 3. apud Confettium, 11. apud Rodericum, §. 19. Sixtus IV. anno 1476. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Lateranensis idem eodem tenore concessit. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §. 35. Iulius II. anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti, B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherubinum, §. 37. Et anno 1512. Canonicis Regularibus Congregationis Sancti Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 48. Leo X. anno 1513. Camaldulensibus, B. Etsi à summo, 2. apud Cherubinum, §. 45. Clemens VII. anno 1529. iisdem. B. Inter multiplices curas, apud Bouerium in Regesto tomi primi Annalium, pagina 970. Et authenticatur à Paulo III. anno 1534. B. Rationi congruit, 1. apud Cherubinum, & apud Bouerium citatum, pagina 977.

2 *Derogandi modus.*

Eugenius IV. anno 1436. Benedictinis Cõgregationis Cassinensis seu Sanctæ Iustinæ.

Statuit illorum priuilegiis, gratiis, &c. per nullas Pontificum vel Conciliorum Litteras posse derogari cum quibuslibet clausulis; [Nisi in eisdem Litteris de nominibus & cognominibus omnium & singulorum Monasteriorum, & Monachorum, qui pro tempore fuerint dictæ Congregationis, specificè caueatur.] B. Ex iniuncto, 61. in Bullario Cassinensi.

3 *Derogandi modus.*

Idem eod. an. iisdem, statuit quòd illorum priuilegiis, &c. per nullas Apostolicas Litteras, etiem motu proprio confectas vel conficiendas derogetur, [Nisi faciant plenam mentionem de verbo ad verbum ex certa scientia de huiusmodi priuilegio ac ipsa Congregatione diuersis nominibus, eam nominando per hæc præcisè vocabula, Congregationem Vnitatis, alias de Obseruantia Sanctæ Iustinæ nuncupatam, causásque legitimas allegauerit (Summus Pontifex) cur his obuiare Decretis intendat.] B. Regularem, 64. in Bullario Cassinensi.

6 *Eadem quæ 2. & 3.*

Idem eodem anno iisdem Constitutione speciali ad hoc vnicè edita, concedit quod suprà numero 2. & 3. & est de priuilegiis concessis & concedendis: sed hîc non requirit exprimi nomina Monachorum, vt numero 2. sed Monasteriorum tantùm. B. Ex iniuncto, 68. in Bullario Cassinensi.

5 *Eadem.*

Idem anno 1441. iisdem eadem concedit. Bullâ, Acceptam, 75. in Bullario Cassinensi.

6 *Eadem.*

Leo X. anno 1519. iisdem in specie confirmauit quod concesserat Eugenius IV. in præ-

dictis

dictis Constitutionibus. B. Dum sacræ, 129. in Bullario Cassinensi.

Paulus III. anno 1537. iisdem ex certa scientia confirmans omnia priuilegia, gratias &c. decernit, [Eisdem per quascunque Litteras Apostolicas, nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de illarum ac præsentium Litterarum tenoribus de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac specificâ datâ, specialis & expressa mentio facta fuerit, ac huiusmodi derogationes per tres distinctas Litteras, eundem tenorem continentes, tribus similiter distinctis vicibus, pro tempore existentibus Præsidenti, Definitoribus, & Visitatoribus prædictis, legitimè intimatæ & insinuatæ fuerint, ac ipsorum Præsidentis, Definitorum, & Visitatorum ad id expressus accedat assensus.] B. Benignitas, 156. in Bullario Cassinensi. 7 *Derogandi modus.*

Gregorius XIII. anno 1584. pro Societate Iesv declarauit, mentis suæ non esse, vt per Bullas Cruciatæ, aut Iubilæorum, vel alias similes concessiones sub quacunque derogatione aut tenore, etiam si in eis dicatur, quacunque prohibitione sublata, vel etiam viuæ vocis oraculo Pœnitentiariis Sancti Petri, aut quibusvis aliis hactenus factas, vel in posterum faciendas, censeatur derogatum priuilegiis, regulis, aut ordinationibus Societatis, præcipuè verò indulto illi per eundē Gregorium XIII. die 3. Maij 1575. concesso, scilicet ne personis Societatis, absque expressa Superiorum eorundem licentia, vti liceat facultatibus 8 *Non derogatur per Cruciatum Iubilæa. &c.*

tibus in Iubilæis, Bullis Cruciatæ, Confessionalibus, aut aliis quibusvis Apostolicis indultis, quomodocunque hactenus concessis, & in posterum concedendis. Declarauit præterea posse Superiorem, dum huiusmodi licentiam concedit, limitare eam ad vsum vnius aut alterius facultatis, & prohibere vsu reliquarum, etiam eadem Bullâ aut indulto contentarum. In viuæ vocis oraculis Societatis, folio 134. vt refertur in Compendio, verb. Gratiarum vsus, §. 2.

DIGNITATES

Vide verbo *Beneficia. Correctio*, num. 58. 61. 63. 65. 66. 67. 68. 69. 71. 72. 73. 75. 76. *Dispensatio*, numero 5. 7. 8. 9. 10. 11. 14. 15. 18. 22. 24. 28. 29. 30. *Exemptio*, n. 1.

1 *Licentia Superiorum. ad dignitates extra Ordinem acceptandas, est necessaria,*

INNOCENTIVS IV. anno 1252. Generali Minorum. [Districtiùs inhibemus, vt nulli præfati Ordinis Fratres, si eos in Episcopos eligi aut postulari Fortè contigerit, electioni siue postulationi de se factæ audeant consentire, nec aliquis Archiepiscopus, seu quicunque alius Prælatus, vel etiam Legatus Sedis ipsius, dictos Fratres, nisi de tua, vel ipsorum Fratrum Prouincialium Ministrorum, qui pro tempore fuerint, licentia & consensu,

consensu, aut Sedis eiusdem speciali mandato, ad] Episcopatus vel alias dignitates extra dictum Ordinem assumere, vel ordinare præsumat. Nos autem decernimus irritum & inane quidquid contra inhibitionem huiusmodi, à quibuscunque contigerit attentari, authorita-Sedis Apostolicæ semper salua.]B. Petitio tua, apud Vvadingum, tomo 2. Annalium, pagina 41. ex Regesto Vaticano epistola 246. Idem iisdem statuit Alexander IV. anno 1256. B. Petitio tua, 50. apud Vvadingum citatum, & 5. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 6.

Innocentius VIII. anno 1486. Eremitis Sancti Augustini Congregationum Ilicetanæ & Lombardiæ. [Ne vestrarum Congregationum Professores, nunc, & pro tempore existentes, sine Capituli, vel Vicarij Congregationis eorum expressâ licentiâ, ad aliquam dignitatem, vel administrationem extra Ordinem prædictum, quauis authoritate assumantur, & assumi procurent, vel patiantur, authoritate Apostolica statuimus.]B. Vacantibus, 2. apud Confettium. & 3. in eorum Bullario, ex Transumpto Auditoris Cameræ, Romæ asseruato sub Eugenio IV. num. 3. 2 *Idem.*

Clemens VIII. anno 1593. Pro Carmelitis. [Omnes & singulos Fratres dicti Ordinis, cuiuscunque status, gradus, conditionis, præeminentiæ, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cætero ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis assequenda intenti, ad 3 *Nullus detur humano fauori externorum locus.*

Principium & Prælatorum atque aliarum quarumcunque personarum, tam secularium, quàm Ecclesiasticarum de gremio dicti Ordinis non existentiũ, etiam Cardinalatus honore, ac quacunq; seculari dignitate & excellentia, etiam Imperiali, Regali, Ducali fulgentiũ, fauores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliísque viis directè vel indirectè, palam vel occultè, ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspirauerint, aliis minimè legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quæsiuerint, aut etiam sponte oblatis & minimè conquisitis vsi fuerint, illorũq; complices & fautores, ad quascunq; Prælaturas, dignitates, & officia, gradúsque, honores, administrationes, & munera in ipso ordine obtinenda, perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, fũctionibus, & officiis huiusmodi eo ipso priuamus, ac priuatos voce tam actiuâ quàm passiuâ carere decernimus, & declaramus. Atque in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, omnibus dicti Ordinis Fratribus, Superioribus, & Prælatis quocunq; titulo nũcupatis, etiã Generali, præfectibus & futuris, præcipimus districtéq; mãdamus, ne quempiã vllo tempore precibus, litteris vel fauoribus adducti, vel aliàs ad instantiam, sẽu requisitionem vel contemplationem Principũ, vel Prælatorũ aut aliorũ quorũcunque, tam secularium, quàm Ecclesiasticorum

extra

extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, & Ducum, ad cuiusvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædicti Ordinis promouere, vel pœnas aliquas remittere audeant seu præsumãt. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus vel officia Ordinis contra præsentium dispositionem, quod absit, quandocunque faciendas, & pro tempore obtẽtas, nullas prorsus, inualidásq; fore & esse, nullísque viribus substitutas; omnes & singulos in præmissis delinquentes, nullâ aliâ monitione præcedente, & absq; processu desuper habendo, sententias & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere; & ad illos sententias & pœnas & præmissas damnabiliter incurrisse, legitimè probandum, & omninò conuincendũ, solas præmissarũ instantias, preces, & fauores, etiã ore tenus porrectas, plenã, indubiam, & sufficientem, in iudicio & extra, fidẽ facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, &c. B. Quoniam, 23. apud Cherub.

Idem an. 1596. Camaldulensib. præscripsit similia, pro assecutione dignitatum, & remissione pœnarũ. B. Ambitiosã. 43. apud Cherub. 4 *Ambitus prohibitio.*

Paulus V. an. 1613. Cisterciensib. eadem statuit. B. Aliàs per Nos, 79. apud Cherub. 5

Idem an. 1619. Cælestinis eadem præscribit. B. Quoniam, 98. apud Cherub. *Idem.* 6

Idẽ an. 1619. Minoritis de Obseruantia, eadẽ præscribit. B. Admonemur, 114. apud. Cherub. *Idem.*

DISPENSATIONES.

Vide verbo *Absolutio Fratrum*, numero 11. 16. 19. 25. 38. 39. 40. 42. 44. 48. 50. 54. *Confessio Secularium*, num. 17. 19. 20. 29. 37. 46. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 59. 62. 63. 65. *Excommunicatio*, num. 6. 8. 14. 15. 17. 18. 22. 25. 26. 27. 29. 32. 33. 36. 37. 41. 44. 46. 49. 50. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 61. 62. 68. 73. 76. 77. *Indulgentiæ concessæ extraneis*, num. 8. *Irregularitas*, num. 1. 2. *Missionarij*, num. 1. 5. 6. &c. *Mutatio Ordinis*, num. 14. *Officium*, num. 4. 6. 7. 8. 13. 14. *Ordinatio*, num. 14. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 27. 29. 31. 32. 32. 34. 35. *Votum*, numero 3. 5.

1 *Cum Apostatis ab irregular.*

GREGORIVS IX. anno 1227. Priori Generali Carmelitarum. [Supplicasti vt cum Fratribus tuis de nostra tibi permissione liceat dispensare super eo quod in apostasia celebrare diuina, & suscipere præsumpsere Ordines in eadem, &c. Authoritate tibi præsentium licentiam concedimus postulatam.] B. Prouidi, In Speculo Carmelitarum, fol. 63. & apud Lezanam in annal. Carmel. an. 1227.

2 *Cum Fratribus ab irregular.*

Clemens IV. anno 1265. Generali & Prouincialibus Prædicatorum. [Contingit interdùm quod aliqui ex Frattibus vestris, excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententias,

tentias, ex quadam incautela proferunt sine scriptis,& postmodùm ex quadam simplicitate, plerumque diuina Officia, contra Constitutionem super hoc editam, celebrant infra mensem, super quo petiistis eis Apostolicæ Sedis prouidentia subueniri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, præsentium vobis authoritate concedimus, vt singuli vestrum in propriis Conuentibus & locis vobis commissis,cum Fratribus constitutis ibidem, super irregularitate huiusmodi dispensetis, imposita eis super hoc pœnitentia competenti, & quòd de cætero in similibus non excedant. Quòd si aliqui vestrum in huiusmodi casu excesserint,Confessoribus quos pro tempore vos habere contigerit,dispensandi modo prædicto vobiscum, libera sit de nostra concessione facultas.]Bullâ,Exigentibus, 5.apud Confertium, 6. apud Rodericum.

3 *Cum Monachis ab irregular.*

Cælestinus V. anno 1294. Abbatibus Cælestinorum.[Dispensandi etiam cum Fratribus seu Monachis ad vestra Monasteria, & loca conuolantibus, & ibidem degentibus, super irregularitatibus quibuscunque, etiamsi priùs eas fortasse contraxerint, quàm prædicta loca & Monasteria intrauissent, dummodò ex homicidij vel mutilationis causa', irregularitates ipsæ minimè sint contractæ, plenam & liberã vobis, filij Abbates, authoritate Apostolica concedimus potestatem.] B. Etsi cunctos, 1. apud Cherub.§.36.Quam Eugenius IV. anno 1434. confirmauit ex certa scientia, nonobstantibus non vsu,præscriptione,Constitutionibus

nibus in contrarium, &c. B. Ad decorem, 18. apud Rodericum.

4 *Sicut possunt Ordinarij.*

Eugenius IV. anno 1436. Benedictinis Congregationis S. Iustinæ, seu Cassinensis. [Ne Monachi Romanam curiam pro crebris obtinendis licentiis frequenter adire cogantur, quòd omnibus casibus, in quibus de iure cõmuni, Prælatis & Monachis dictæ Congregationis, authoritas siue licentia seu dispensatio Ordinarij esset necessaria, si ad eisdem exẽpti non essent, Prælatis, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus huiusmodi, qui pro tempore fuerint, vnà cum eorum Conuentibus authoritate Apostolica absque eo quòd ad Sedem Apostolicam habeant recursum, huiusmodi licentiam & authoritatem tenore præsentium indulgemus. [B. Regularem, 9. apud Cherub. & Roder. §. 9.

5 *Dispensatio iam facta super defectu natalium.*

Idem §. 17. [Quòd, si qui ex Monachis Congregationis præfatæ defectum natalium patiantur, in Monasterio tamen aliàs laudabiliter conuersati, huiusmodi defectu nonobstãte, ad sacros Ordines, & officia, prælationes, dignitates, & honores in eorum Monasteriis iuxta Constitutiones eorum, liberè & licitè valeant promoueri, Congregationi memoratæ tenore præsentium indulgemus. Ibidem, & B. Etsi quibuslibet, apud Confettium, & 11. apud Rodericum, §. 16.

6 *Dispensatio in votis.*

Idem eodem anno iisdem. [Liceat insuper præfatis Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus, prioribus, Rectoribus præfatæ Congregationis, præsentibus & futuris, personas volentes

eorum

gorum Congregationi sociari, quæ Religiosum locum, vel Ordinem alium quemcunque etiam arctiorem ingredi voluissent, tali voto nonobstante ad probationem professionémq; recipere, eásque authoritate Apostolica ab ipso voto absoluere & cum ipsis dispensare, dummodò in tali Religione seu Ordine, de quo voluissent, professionem non emiserint. Quòd si tamen ante professionem emissam ab ipsa recesserint Congregatione, huiusmodi dispensatio nullius sit roboris vel momenti. Necnon quòd præfati Præsidens, Visitatores, Abbates, Priores, & Rectores, cum Commissis, quandiu in Monasteriis suis, aut sub obedientia ipsorum vixerint, super omnibus (excepto duntaxat voto Religionis) eadem authoritate dispensare valeant.] B. Etsi quaslibet, 3. apud Confertium, 11. apud Rodericum: quã & Cherubinus in rubrica Bullæ 9. se vidisse testatur.

7 *Super defectu natalium, & irregular.*

Sixtus IV. anno 1474. Minoritis. [Generali & Prouincialibus Ministris dicti Ordinis pro tempore existentibus, & illorum Vicariis, dispensandi cum dicti Ordinis Minorum professoribus, defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quovis alio nefario, & illicito coitu prouenientem patientibus, necnon cum his qui ex quavis causa (præterquàm homicidij, voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum) irregulares forent, postquã Ordinem ipsum professi fuerint, vt defectu & irregularitate huiusmodi non obstante, irregulares ipsi ad quoscunque etiam sacros Ordines promoueri

promoueri,& in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & tam ipsi irregulares, quàm defectum natalium patientes prædicti,ad quæcunque administrationes & officia dicti Ordinis eligi, recipi,& assumi, illáque gerere & exercere,liberè & licitè valeant, motu, scientia,& authoritate prædictis concedimus. [In Mari magno Min.§.14.

8 *Idem magis extensum,* Idem eodem anno,Prædicatorum Generali & Prioribus Prouincialibus & Conuentualibus, & eorum Vicariis, idipsum concedit. In Mari magno Prædicat.§.4.

9 *Idem.* Idem eodem anno Eremitarum Sancti Augustini Generali & Prouincialibus, concedit idipsum.In Mari magno Erem.Sancti Augustini;§.44.

10 *Idem.* Idem anno 1476. Generali Carmelitarum concedit idisum.In eorum Mari magno,§.63,

11 *Idem.* Idem eodem anno Canonicis Reg. Sancti Augustini Congreg. Later. concessit idipsum; & quidem pro defectu natalium, Definitoribus Capituli Generalis; pro irregularitate verò,Rectori & Visitatoribus, tribuit authoritatem.B. Dum ad vniuersos,10. apud Cherubinum,§.23.

12 *Super irreg. homicidij, modò,&c.* Idem concessit quòd Vicarij Generales, & Ministri Prouinciales Fratrum Minorum possint dispensare cum Fratribus sibi subditis in irregularitate homicidij: dummodò tales homicidæ non sint certi quòd ipsi actualiter occiderunt,nec pro certo sciant quòd fuerunt tales mãdatores vel auxiliatores homicidij,quòd sine illis nullo modo fuisset tale homi

homicidium perpetratum. Et quòd in casu in quo aliqui propter iuris ignorantiam de tali casu non aduertentes promoti fuissent, possint in susceptis Ordinibus ministrare. Viuæ vocis oraculum, 7. & 33. apud Rodericum. Et in Speculo Minorum, folio quadragesimo primo & quadragesimo secundo.

Author Compendij Fulienſium, hoc verb. §. 5. hæc testatur. [potest Superior Generalis & alij quinquaginta ex Superioribus Monasteriorum & Domorũ ab eo pro tempore nominandi, cum nostris dispensare in omnibus casibus nullo excepto, in foro cõscientiæ tantùm. Dispensatio autem in homicidio voluntario citra altaris ministerium conceditur. Sixtus IV. Carthusien. sub datis Romæ apud S. Petrum anno Domini 1483. 17. Cal. Aprilis, Pont. sui anno 11. & habetur in nostris manuscriptis fol. 110. [Hæc ille. Et de facto ipsemet inueni priuilegium illud (non expresso concessionis tempore, vel nomine Papæ concedentis) relatum in Statutis Ordinis Carthusiensis, part. 2. cap. 7. num. 18. 13 *in omnibus in foro conscientiæ.*

Innocentius VIII. anno 1487. Generali Seruitarum idem quod suprà num. 7. concessit. In eorum Mari magno, §. 3. 6. 14 *Super defectu natalium & irregul.*

Iulius II. anno 1506. Minimorum omnibus Superioribus, & eorum Vicariis, idipsum concedit. In eorum Mari magno, §. 27. 15 *Idem.*

Idem anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti concedit idem quod suprà num. 4. & 6. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 31. 16 *Dispensare sicut Episcopi, & in votis.*

Idem

17 *Dispensatio. in votis.*

Idem anno 1512. Canonicis Regul. S. Aug. Congreg. S. Saluatoris, concedit quod suprà num. 6. Bullâ, Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 19.

18 *Super defectu Natalii, irregular. &c.*

Ibidem §. 23. eadem concedit quæ suprà num. 4. & 7.

19 *Super irregular.*

Inter Vtuæ vocis oracula, apud Roder. n. 9. sic habetur: [Per signaturam, Patres Vltramontani obtinuerunt pro se & nobis, tam pro præteritis, quàm pro futuris, quòd possimus dispensare cum Fratribus nostris super irregularitate contracta quomodolibet, excepta irregularitate contracta, ex homicidio voluntario, aut præstatione auxilij seu fauoris huiusmodi homicidio, seu ex bigamia.] Ibidem n. 15. eadem facultas datur Vicariis Generalibus Minorum Regularis Obseruantiæ.

20 *Dispensare sicut Episcopus. Item à votis.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus concedit quæ num. 4. & 6. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 38. 39.

21 *Iuramenta*

Author Compendij Fulien sium, verb. Confessarius, §. 6. hæc testatur. [Confessarij nostri quælibet iuramenta sine præiudicio tertij relaxare possunt nostris. Clemens VII. Confraternitati Hospitalis Imaginis Saluatoris S. Ioannis Lateranensis, vt in Priuilegiis impressis fol. 132.] Hæc ille.

22 *Super defectu natal. & irregul.*

Paulus III. anno 1549. Societati Iesv concedit quod suprà num. 7. Bullâ, Licet debitum, 48. apud Cherubinum, 8. apud Rodericum, §. 27.

23 *Cum Fratribus circa ieiunia & cibos.*

Iulius III. anno 1552. Generali Societatis Iesv confirmat facultatem, per se vel alios Societatem

cietatem ipsam professos, dispensandi cum personis Societatis huiusmodi circa ieiunia & cibos prohibitos. B. Sacræ, in Litteris Apostolicis Societatis, pag. 23.

Pius IV. anno 1560. Abbatibus & Visitatoribus Benedictinorum Cong. Montis Oliueti. [Vobis & cuilibet vestrûm, vt in foro cõscientiæ tantùm, omnes & singulos Congregationis vestræ Monachos, etiam ante legitimam ætatem, ad aliquem ex sacris Ordinibus promotos, à quacunque irregularitate per eos quomodolibet pro tempore (præterquàm ratione homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum) contracta, absoluere, & cum eis, vt illâ nonobstante, ad omnes etiã sacros & Presbyteratus Ordines, aliàs tamen ritè, promoueri, & postqnàm in illis promoti fuerint, etiam in altaris ministerio ministrare, ac Missas & alia diuina officia celebrare, ac quascunque administrationes & officia ipsius vestræ Congregationis recipere & retinere, illáque gerere & exercere liberè & licitè valeãt, dispensare, eosque in pristinum, & eum in quo ante præmissa quomodolibet erant aut existere poterant, statum restituere, reponere, & plenariè reintegrare, liberè & licitè valeatis. Quóque Cõfessor, quem quilibet vestrũ pro tẽpore duxerit eligendũ, vos & vestrûm quẽlibet, si forsan (quod absit) aliquam irregularitatẽ quomodolibet pro tẽpore incurretis, absoluere, & in statum pristinũ restituere, ac vt administrationes & officia prædicta, vt præfertur, recipere & retinere, etiã licitè & liberè

Ab irregular.

valeat, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & indulgemus. Nonobstantibus &c.] B. Vobis vestris, 7. apud Cherubinum.

25 *Cum incestuosis, ad petendum debitum.*

Pius V. anno 1569. Minoritis concessit, [Quòd possint Ministri Prouinciales cómittere viris Religiosis doctis, ac iuxta Concilij Tridentini decretum approbatis authoritatè dispensandi cum viris & mulieribus incestuosis qui carnaliter peccauerunt cũ consanguineis alterius coniugis intra quartum gradum, ad hoc quòd possint petere debitũ, & hoc in foro conscientiæ tantùm.] Viuæ vocis oraculum, 9. apud Rodericum.

26 *Cum vouentibus castitatem ad petendum debitum.*

Ibidem num. 12. eodem an. [Concessit.] Ministris Prouincialibus, vt possint committere Confessoribus approbatis iuxta Concilij Trid. Decretum authoritatem dispensandi cum his, qui ante matrimonium vouerunt castitatem, vt licitè possint petere debitum, & hoc in foro conscientiæ tantùm.]

27 *Ab irregul.*

Gregorius XIII. anno 1573. Ministro Generali Fratrum Minorum de Obseruantia, cõfirmat iam à Pio V. concessam authoritatem, Fratres suæ curæ commissos absoluendi ab omni irregularitate, præterquàm de illa quæ incurritur ex homicidio voluntario. Viuæ vocis oraculum, cum attestatione, ex authoritate sibi per Papam attributa, Cardinalis Vrbin. Protectoris eiusdem Ordinis, apud Rodericum.

28 *Super defectu natalium.*

Gregorius XIV. anno 1550. cassat duas Constitutiones Sixti V. & statuit quòd in futurum,

rum, sicut ante illas, possint Regularium Superiores cum illegitimis quibuscunque dispẽsare, vt recipiantur ad habitum, professionem, Ordines, & dignitates. Bullâ, Circunspecta, 1. apud Confettium.

Idem anno 1591. Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, concedit vt dispensatio de qua numero præcedente, dari possit à Præfecto Generali, seu de illius licentia Præfectis inferioribus aliorum locorum, seu Prouincialibus, & illorum Vicariis, ac locatenentibus. Bullâ, illius qui, 17. apud Cherub. 29 *Idem.*

Idem eodem anno, idipsum concessit Generali Societatis Iesv. Bullà, Exponi, in Litteris Apostolicis Societatis, pag. 292. 30 *Idem.*

Clemens VIII. anno 1593. Congregationis Clericorũ Regularium de Somascha Præposito Generali concedit vt idem possit cum voto eius Consiliariorum à Capitulo Generali deputatorum. B. Decet, 22. apud Cherub. 31 *Idem*

ECCLESIÆ FRATRVM.

Vide verbo *Benedicere*, num. 3.4.13. *Consecratio*, num. 2.4.6.7.8.9.10.11. *Exemptio*, n. 1. *Missa*, num. 28. *Ordinatio*, num. 1.2.5.9.24.25.26.28.

1 *Ædificari possunt in grangiis sine licentia &c.*

ALEXANDER VI. anno 1498. Cisterciensibus. [Abbatibus, quòd in ipsis grangiis & locis, in quibus non seu Ecclesiæ, aliquas Ecclesias sunt Capellæ seu Capellas, vel Oratoria, seu Altaria, in quibus & ad quæ Missæ & alia diuina officia celebrari possint, sine alicuius præiudicio constituendi & ædificandi, Diœcesani loci & cuiusvis alterius licentiâ super hoc minimè requisitâ, facultatem concedimus.] B. Romanus Pontifex, 14. apud Rodericum.

2 *Transferri possunt.*

Leo X. anno 1514. Minoritis concessit, [Quòd aduenientе casu necessitatis, Ecclesiæ, tam Fratrum, quàm Monialium, possint transferri & mutari de vno loco ad alium, & vsus prioris Ecclesiæ reduci ad vsus humanos secundùm commoditatem dictorum locorum & Monasteriorum, dum tamen materia ædificiorum ponatur in Ecclesia alia.] Viuæ vocis oraculum 55. apud Rodericum.

ELECTIO

ELECTIO.

Vide verbo *Dignitates*, num. 3. &c. *Exemptio*, num. 4 6. 8. 10. 15. 18. 29. 42. 43. 52. *Reformatio*, num. 1. 3. 4.

GREGORIVS IX. an. 1230. Priori & Fratribus Eremi Montis Carmeli. [Quieti quoque vestræ prouidentes & paci, adiicimus. vt nullus in eadem Eremo Priorem instituere absque Fratris vel maioris & sanioris partis ipsorum assensu, præsumat.] B. Ex officij, apud Lezanam in Annal. Carmel. an. 1230. & in Speculo Carmel. fol. 32. Item Innocentius IV. an. 1245. idem iisdem concedit eodem tenore. B. Ex officij, in Spec. Carmel. fol. 61. I *Superioris libera.*

ELEEMOSYNA.

Vide verbo *Confessio*, n. 12. *Excõmunicatio*, n. 7. 9. 16. 24. 36. *Indulgentiæ concessæ extraneis*, n. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Interdictum, n. 2. 8. 50. 52.

BONIFACIVS IX. anno 1402. Minoritis. [Nonnulli etiam ex huiusmodi Ordinariis & Ecclesiarum Prælatis I *Absque litteris & licentia Episcopi.*

latis contra instituta regularia dicti Ordinis per Sedem Apostolicam approbata, friuolis opinionibus asserunt atque prætendunt, quòd vobis & aliis Fratribus dicti Ordinis, quibus tamen ex regula incerta mendicitas victum tribuere solet, non liceat per Ciuitates & loca à subditis Ordinariorum huiusmodi, & aliis Christi Fidelibus, eleemosynas, vel alia charitatis subsidia pro vitæ sustentatione petere, nisi Ordinariorum huiusmodi licentia ac Litteris testimonialibus seu commendatoriis priùs petitis, pariter & obtentis, &c. Districtiùs inhibemus Ordinariis & Prælatis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne per ipsorum Litteras, vel alium quemcunque modum, directè vel indirectè, publicè vel occultè, quouis quæsito colore, vos vel aliquem vestrum impediant, quominus à prædictis subditis, omni loco & tempore, huiusmodi eleemosynas, & charitatis subsidia pro vitæ sustentatione petere, & recipere valeatis.] B. Ad fructus vberes, 54. apud Vvadingum in reg. tomi 5. ex Regesto Vaticano libro 2. anni 13. folio 134.

2 *Facultas.* Martinus V. anno 1418. Seruitis. [Vobis quòd in quibuscunque Ciuitatibus, terris & locis, in quibus Domos cum Ecclesiis & aliis Officinis (possessiones tamen sufficientes pro victu Fratrum in illis commorantium non habentes) ad præsens habere dignoscimini, ac dante Domino, ipsorum largitione Fidelium vos habere continget in futurum, & alibi ad instar Fratrum Ordinum Mendicantium eorumdem

rumdem mendicare, ac à Fidelibus ipsis eleemosynas & suffragia pro victu & sustentatione vestris perpetuis futuris temporibus publicè petere & recipere, ac in vsus vestros conuertere liberè & licitè valeatis, authoritate Apostolica concedimus per præsentes.] B. Sacræ Religionis, in Mari magno Seruitarum numero 23.

3 Sixtus IV. anno 1474. Eremitis Sancti Augustini. [Quòd si per quoscunque processus, lites & controuersias quomodolibet inter ipsos Fratres prænominatos, & Ecclesiarum Rectores ac Ordinarios emergentes, Ordinarij ipsi, seu quicunque alij, inhibitionem eleemosynarum per Christi Fideles Fratribus ipsis faciendarum, quocunque modo fuerint prolapsi: volumus, & præsentium patrocinio decernimus, omnes & singuli tales inhibentes ipso facto excommunicationis incurrant sententiam, & contra tales, Inquisitores hæreticæ prauitatis ac prædictorum Fratrum requisitionem possint & debeant sicut contra hæreticos procedere. In Mari magno Eremitarum Sancti Augustini, §. 51. Idem anno 1476. Carmelitis idipsum concedit; sed eiusmodi potestatem & debitum procedendi, extendit non solùm ad Inquisitores, verùm & ad Protectores Carmelitarum, Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum Sancti Augustini, & ad Auditorem Cameræ Apostolicæ, qui pro tempore fuerint, & ad quemlibet eorum de per se. In Mari magno Carm. § 70.

Ne inhibeatur.

4 Idem anno 1479. Prædicatoribus & Mino-

Ne inhibeantur vel dissuadetur.

ribus. [Quia, vt intelleximus, exortis nonnunquam controuersiis inter locorum Ordinarios, eorúmque Vicarios seu Officiales, & Curatos, & Fratres prædictorum Ordinum, variis occasionibus, locorum Ordinarij eorúmque Vicarij seu Officiales & Curati prædicti, ne Christi Fideles Fratribus ipsis pias eleemosynas erogare præsumant, suadere, & etiam sub censuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore prædicare, seu prædicari facere, seu pronuntiare præsumunt. Locorum Ordinariis, eorúmque Vicariis, seu Officialibus & Curatis prædictis, ac etiam aliis quibuscunque dictâ authoritate mandamus, vt ab huiusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis, de cætero prorsus omninò abstineant, decernentes inhibitiones ipsas & mandata, nullius existere firmitatis, & illis contrauenientes, censuris huiusmodi minimè ligari, ac eosdem persuadentes & inhibentes, mandatóque nostro huiusmodi obtemperare non curantes (nisi pœnituerint, & persuasiones ac inhibitiones & prædicta reuocauerint infra triduum, postquàm desuper requisiti fuerint) eo ipso Ordinarios interdicti ingressus Ecclesiæ & suspensionis à regimine & administratione suarum Ecclesiarum, alios verò inferiores ac eis, excommunicationis sententiam incurrere.] B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherubinum, 2. apud Confettium, 4. apud Peyrinis, 20. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmaticensi. Extat & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 67. &

apud

apud Wad. in annal. tom.7. an.1479.n.6.p.63.

5 *Ne inhibeatur.*

Innocentius VIII. anno 1487. pro Seruitis eadem statuit quæ suprà numero 3. In eorum Mari magno, §. 43.

6 *Absque licentia Curatorum, & Litteris Episcoporum aut vlla portione.*

Leo X. anno 1518.inter grauamina à quibus Prælatos iubet abstinere,sub pœnis interdicti ingressus Ecclesiæ & suspensionis à regimine suarum Ecclesiarum, & alios sibi subditos arcere sub pœnis excommunicationis, &c.habet hæc. [Fratres verò, quorum vitæ subsidio Fidelium eleemosynis magna ex parte consulitur, eleemosynas huiusmodi petere non permittunt sine eorum (Parochialium Rectorum) licentia, & Diœcesanorum & eorum Vicariorum Litteris, eleemosynarúmque mendicatarum medietatem sibi vendicare volunt.]B. Exponi Nobis, 28. apud Roder.

7 *Religiosi nõ comprehendũtur Quæstorum nomine.*

Clemens VII. anno 1524. declarat, quòd Fratribus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis non obstat aliqua inhibitio facta per prædecessores suos in Capitulo de Quæstoribus,in Concilio Viennensi, siue in aliis Capitulis. Quia isti non sunt Quæstores,sed sunt viri Religiosi & approbati.B.Gratum Deo,7. apud Cher. 6. apud Roder.

8 *Absque Ordinarij licẽtia quærere eleemos. & confraternitatum obuentiones.*

Pius IV. anno 1560. Fratribus Militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani facultatem à Leone X. concessam, & à Paulo III. ex certa scientia confirmatam, confirmat & ipse pari scientia : [Priuilegia, exemptiones, & indulgentias eis & dicto Hospitali concessa,vbique locorum, etiam absque alicuius Ordinarij licentia,sub sigillo tamen Prioris illius Prouin-

cię, vel eorum Conseruatoris in ea degentis publicandi & quæstuandi, seu eleemosynas & Confraternitatũ obuẽtiones quærẽdi & recipiendi.[B.Circunspecta,9.apud Cherub.§.24.

9 *Eadem.* Idẽ an. 1565. Fratribus Militibus S. Lazari Hierosolomytani eadẽ prorsus & iisdẽ verbis concedit.B.Inter assiduas,95.apud Cher.§.118.

10 *In Trid. nomine Quæstorum non veniunt Mendic.* Pius V.an. 1567.[Quòd verò de vsu Quæstorum eleemosynarum auferendo loquitur, sessione 21.capite 9. (Concil. Trident. de reformat.) id ad Mendicantium Ordines nullo modo referri posse vel debere etiam decernimus, quin potiùs cùm eleemosynis huiusmodi viuere cogantur,eis id facere liberum omninò esse declaramus.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub.7.apud Rodericum & Peyrinis. Et habetur authentica in archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonensium,vt testatur Pater Iustinus in suo Bullario manuscripto.

EVCHARISTIA.

Vide verbo *Altare*,n.15.*Confessio secularium*,n. 18. 19.20.26.30.31.33.35.37.38.40.52.53. 54.56.57.58.63.64.65.73.*Excommunicatio*, post n.77.*Exemptio*,n.2.*Familiares*, n. 3. 4. *Missa*, n.2.28.*Tertiarij*,n.10.15.19.20.

1 *Facultas administi-* IVLIVS II. anno 1506. Minimis [Quòd in eorum Ecclesiis constructis & construendis, Curialibus, Merca

Mercatoribus, peregrinis, ac transeuntibus, & aliis quibusvis personis, Eucharistiæ Sacramentum, quoties opus fuerit, ministrare, ac ministrari facere, valeant, indulgemus & de nouo concedimus.]B. Dudum ad sacrum. 10. apud Cherubinum, 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis. *strandi omnibus & omni tempore.*

2 *Idem excepta Paschatis die.*

Paulus III. anno 1535. Clericis Regularibus Sancti Pauli. [Vt quibuscunque Fidelibus verè pœnitentibus & confessis, ad vestram Ecclesiã pro tempore accedentibus, quocunque anni tempore, præterquàm in Festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ, Eucharistiæ & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare liberè & licitè valeatis, concedimus.]B. Dudum fœlicis, 5. apud Cherub.

3 *Idem sine limitatione.*

Idem anno 1545. Societati Iesv. [Post. seu ante Missarum celebrationem, aut aliàs, Christi Fidelibus Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta sine alicuius præiudicio ministrandi, Diœcesanorum locorum, Rectorum Parochialium & aliarum Ecclesiarum, aut quorumvis aliorum licentiâ desuper minimè requisitâ, concedimus vobis facultatem.] B. Cùm inter cunctas, 3. apud Confettium, 7. apud Rodericum.

4 *Omnibus omni die, si Paschæ & mortis*

Idem anno 1549. iisdem. [Omnibus & singulis Christi Fidelibus, tam forensibus, quàm in ciuitatibus, & locis, in quibus socij prædicti consistunt, commorantibus, aut illac transeuntibus, Eucharistiæ Sacramentum (quod in suis Ecclesiis decenter tenere Socios præfatos volumus) quocunque anni tẽpore (præterquàm

Sine licentia Rectorũ Parochialium.

quàm in festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ, & mortis articulo, nisi necessitas vrgeret) eorundem Fidelium Parochialium Ecclesiarum Rectorum licentia minimè requisitâ, accipere liberè & licitè valeant, concedimus.]B.Licet debitum,48.apud Cherubinum, 8. apud Rodericum, §. 29.

5

Quibusvis intra loca propria pro viatic. &c.

Pius V. anno 1567. Theatinis. Eucharistiæ, etiam pro viatico, ac etiam constitutis in articulo mortis, ac Extremæ-Vnctionis, cæteris Clericis & Fratribus Congregationis huiusmodi ac etiam Mercenariis famulis, operariis,& seruis eorumdem, ac quibusvis hospipitibus etiam secularibus & extraneis, quos in locis vel habitationibus Congregationis huiusmodi tunc reperiri contigerit, etiam in mortis articulo, & quoties de illo dubitari contigerit, etiam Diœcesanorum locorum & Sacerdotum Curatorum quorumcunque, etiã in quorum Ciuitatibus & Diœcesibus ac Ecclesiarum Parochiis respectiuè, Ecclesiæ & loca ipsorum Congregationis nunc & pro tempore fuerint,aut aliorum quorumcunque licentiâ minimè petitâ,nec obtentâ,ministrare possint.] B. Ad immarcessibilem, 31. apud Cherub. §.17.

6

Omnibus & omi die præter Dominicam Paschatis. Sine licentia,&c.

Idem eodem anno,pro omnibus Mendicantibus.[Christi Fideles Sacramentum Eucharistiæ(Resurrectionis Dominicæ festiuitate dũtaxat exceptâ)sumere,eisque illud Fratres huiusmodi administrare valeant,nec ad aliud faciendum per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum Rectores præfatos,seu alios quoscunque

que(illorum licentiâ minimè requisitâ) etiam sub censuris Ecclesiasticis & aliis pœnis,cogi vel compelli possint,seu debeant,etiam decernimus & declaramus.]B.Et si Mendicantium, 41. apud Cherubinum,7.apud Rodericum & Peyrinis. Et habetur authentica in archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonensium,vt testatur Pater Iustinus in suo Bullario Manuscripto.

7 *Etiam pro Communione Paschali.*

Author Compendij Priuilegiorum Fuliensium hæc testatur, verbo *Eucharistia*,§.4.[Per priuilegium concessum Ordini Sancti Hieronymi Hispaniæ à Nicolao V. 4. Calendas Octobris anno 1458.Pontificatus sui anno 4. & ab Alexandro VI. anno 1497.die 13. Maij, Pontificatus sui anno 5. vt habetur dicti Ordinis Compendio, verbo *Eucharistia Sacramentum*, §. 2. & verbo *Absolutio quoad omnes*, §.8.possunt nostri,etiam ipso die Resurrectionis Domini, omnis vtriusque sexus Christi Fidelibus ad Ecclesias & Monasteria nostra accedentibus,aut infra,vel prope eorum septa commorantibus, Eucharistiæ Sacramentum ministrare,sine tamen præiudicio Parochialis Ecclesiæ. Et quòd tales communicantes satisfaciant Ecclesiæ,declarauit Patribus dicti Ordinis Antonius Cardinalis & Pœnitentiarius Pauli III. 13.Calendas Februarij anno 1.eiusdem Pontificatus, de speciali mandato eiusdem Pontificis viuæ vocis oraculo sibi facto, & hoc etiamsi communicent sine necessitate, dummodò intentionem habeant satisfaciendi præcepto. Hoc idem priuilegium refert Emanuel

nuel Rodericus in suis quæstionibus regul. tomo 1. quæst. 56. artic. 3.] Hucvsque Fulien-sis. Non refert autem quòd istud priuilegium fuerit primò concessum vni particulari Monasterio prædictæ Congregationis, nempe de Guadalupe ; qui concessa vni Monasterio, fuerint extensa per Clementem VIII. ad cætera Congregationis Monasteria, quod & multis aliis factum fuit Ordinibus, vt dicitur verb. *Communicatio priuilegiorum Mendicãtium*, n. 9.

EXCOMMVNICATIO.

Vide verbo *Absolutio Fratrum*, num. 4. 10. 13. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 22: 25. 39. 40. 42. 48: *Confessio*, numero 18. 19. 20. 29. 37. 45. 50. 51. 52. 53. 54. 59 63. 65. 75. *Correctio*, per totum. *Exemptio*, ferè per totum. *Immunitas*, numero 5. *Indulgentiæ pro extraneis*, numero 8. *Ingressus Monasteriorum*, num. 4. 5. 6. *Interdictum*, numero 11. 15. 19. 21. 24. 29. 31. 36. 40. 51. *Irregularitas*, numero 1. *Missionarij*, numero 1. 2. 3. 4. 5. 19. *Mutatio Ordinis*, numero 14. 31.

1. *Exemptio.*

VRBANVS II. anno 1090. Monachis Vallis Vmbrosæ. [Nec vlli Episcopo potestas sit excommunicationem, aut interdictionem vobis ingerere.] B. Cùm vniuersis, apud Cherubinum, §. 5. Idem concedit Alexander III. anno

anno 1168. Canonicis Sancti Saluatoris Lateranensis. B. Quanto, in eorum Priuiligiis, pagina 85. Et alij Pontifices passim in eodem libro.

Anastasius IV. anno 1154. Fratribus Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolymitani. [Statuimus vt nulli Episcopo, in Ecclesiis vobis subditis, interdicti, vel suspensionis, aut excommunicationis sententiã liceat promulgaret.] B. Christianæ, 2. apud Cherub. §. 8. 2 *Exemptio.*

Innocentius III. anno 1204. Fratribus Sancti Spiritus in Saxia. [Personam tuam fili Magister & successorum tuorum à quorumlibet Prælatorum eximimus potestate. Vt nullus in te vel eos, interdicti vel excommunicationis sententiam, sine mãdato Apostolicæ Sedis audeat promulgare. Quam, si aliter prolata fuerit, decernimus non tenere.] B. Inter opera pietatis, 7. apud Cherubinum, §. 7. 3 *Idem.*

Gregorius IX. anno 1235. Monialibus Sanctæ Claræ. [Porrò si Episcopi vel alij Ecclesiarum Rectores in Monasterium vestrum vel personas inibi constitutas, suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgauerint, ipsam tanquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere.] B. Religiosam, 32. apud Vvading. to. 1: ex Reg. Vat. epist. 44. 4 *Exemptio.*

Idem anno 1240. Generali & Ministris Prouincialibus Minorum. [Concedimus, vt eos ex Fratribus vestris qui pro iniectione manuũ in seipsos incurrerunt excõmunicationis vinculum, vel incurrerint: aut in illud ante susceptum 5 *Absolutio Fratrum.*

ceptum habitum inciderunt: necnō vt eos qui relictâ vanitate seculi cupientes vestræ humilitatis Collegio aggregari, se asserunt excommunicatione ligatos: ne ipsorum ad Deum possit impediri conuersio: absoluere valeatis dummodò iniuriam & damna passis satisfaciant competenter. Illis tamen exceptis quorum adeò grauis fuerit & enormis excessus, quòd meritò sint ad Apostolicam Sedem destinandi.]B. In iure Canonico, in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 115. & 84. apud Vvadingum, tomo 1. qui eam sumi ait ex archiuo Aracælitano, num. 63 84. 113. Idem verò an. 1234. omnibus Abbatibus Ordinis Cistercienſis concessit, vt quando contingeret eos abesse, possent suis Prioribus committere suas vices absoluendi Fratres à prædicta excommunicatione propter iniectionem manuum violentarum in seipsos inuicem. B. Cùm Monachos, 17. in eorum Priuilegiis. Quod Alexander IV. anno 1255. extendit vt etiam possint suas vices vt dictum est committere aliis discretis & litteratis sui Ordinis Sacerdotibus. B. Cùm ex parte, 27. ibidem.

6 *Idem cum dispensatione.*

Idem anno 1241. iisdem. [Aliquando ex conditionis humanæ fragilitate contingit, quòd quidam ex Fratribus vestri Ordinis excedunt in casibus in quibus excommunicationis sententiam, & notam irregularitatis incurrunt, &c. Nos vt singuli vestrum in Prouinciis sibi commissis, prædictis Fratribus constitutis ibidem absolutione ac dispensatione indigentibus, siue priusquàm Ordinem intrauerint,

rint, siue posteà in casibus excesserint memoratis, de conscientia discretorum Fratrum vestrorum qui literati sint & Deum timentes, impertiri valeant absolutionis beneficium, & dispensare cum eis iuxta formam Archiepiscopis & Episcopis super hoc ab Apostolica Sede traditam, vobis authoritate præsentium concedimus facultatem, nisi adeò grauis fuerit excessus, quòd meritò sint ad Sedem Apostolicam destinandi.] B. Licet ad hoc, 95. apud Vvadingum, tomo. 1. ex Reg. Vat. epistol. 71.

7 *Communicare cum excommunicatis.*

Idem eodem anno, Minoritis. [Vt vos in excommunicatorum terris liberè commorari, & ab eis tunc, ac etiam quando vos per ipsas transire contingit, necessaria vitæ deposcere ac recipere valeatis, vobis authoritate præsentium concedimus facultatem.] Vobis extremam, 97. apud Vvad. tom. 1. ex arch. Aracælitano, num. 77. 80. & 48.

8 *Absolutio cum dispens.*

Innocentius IV. anno 1243. idem quod numero 6. iisdem concessit & iisdem planè verbis. B. Licet ad hoc, in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 27. In cuius etiam Summario dicitur haberi authentica in Conuentu Rothomagensi. Est 2. & 24. apud Rodericum, qui ait eam haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi.

9 *Communicare, &c.*

Idem anno 1243. Minoritis concedit idem quod numero 7. B. Vobis extremam, in Spec. Min. tract. 2. fol. 28.

10 *Absolutio Fratrum.*

Idem eodem anno, concedit iisdem & idem planè quod numero 5. B. In iure canonico, in

Speculo Minorum, tractatu 2. folio 27. vbi dicitur esse authentica in Conuentu Rothomagensi. Est etiam 4. apud Rodericum, vbi & ista concessio dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmaticensi.

11 *Exemptio.* Idem anno 1245. concessiit idem quod Gregorius IX. num. 4. Monialibus Sanctæ Claræ. B. Religiosam, 21. apud Vvadingum in regesto tom. 1. ex Reg. Vat. epist. 25.

12 *Absolutio recipiendorum.* Idem anno 1250. Generali, Prouincialibus, & Custodibus Minorum. [Indulgemus, vt volentibus vestro aggregari Collegio, qui suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationis sententiis sint ligati, absolutionis beneficium, iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & ipsos in Fratres recipere, ac eos, qui post assumptum habitum, recoluerint se talibus in seculo fuisse sententiis innodatos, secundùm formam ipsam absoluere valeatis.] B. Cælestis, 23. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi. Est etiam 19. apud Vvadingum in reg. tom. 2. Et in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 117. Idem eodem anno Eremitis Sancti Augustini concessit, vsque ad, *in Fratres recipere*, inclusiuè. B. Quia ex Apostolici, 11. in eorum Bullario, ex originali in Ord. arch. Romæ, numero 11. Quod & confirmauit Alexander IV. anno 1255. B. Cùm ex Apostolici, 4. ibidem ex originali in Ordin. arch. Romæ, numero 4.

Idem Innocentius IV. anno 1253. Priori Generali & Fratribus Eremitis Sanctæ Mariæ de

Monte Carmelo, idem concessit quod Augustinianis. B. Quia, apud Lezanam in Annal. Carmel. anno 1253. & in Spec. Carmel. fol. 61. Idem iterum eodem anno iisdem: [Canonicâ Constitutione cauetur, quòd Monachi & Canonici Regulares, quocunque modo se percusserint, non sint ad Apostolicam Sedem mittendi, sed secundùm discretionem & prouidentiam sui Abbatis, disciplinæ subdantur: quòd si Abbatis, discretio ad correctionem eorum non sufficit, prouidentia est Diœcesani Episcopi adhibenda, nisi excessus adeò difficilis fuerit & enormis, propter quem meritò sit ad Romanam Ecclesiam recursus habendus. Nos ergo ad vos statutum huiusmodi duximus extendendum, authoritate Apostolica statuentes, quòd in tali casu, nisi sit Maioris prouidentia requirenda, per te fili Prior, qui, sicut audiuimus, Presbyter esse dignosceris, Fratribus Ordinis vestri absolutionis beneficium impendatur.] B. Canonicâ, apud Lezanam, & in Spec. Carmel. locis citatis.

13 *Exemptio.*

Alexander IV. an. 1255. 1256. 1257. & 1259. concessit idẽ quod Gregorius IX. & Innocentius IV. num. 4. & 11. Monialibus Sanctæ Claræ. B. Religiosam, 15. 46. 68. & 108. apud Vvadingum in Reg. tom. 2. ex Regesto Vaticano, epistola 316. 784. 194. & 190.

14 *Absolutio Fratrum cum dispensatione, & recipiendorum.*

Idem eodem anno 1255. Minoritis concessit idem quod numero 6. absque illa clausula (*De conscientia discretorum*, &c.) B. Licet ad hoc, 33. apud Vvading. in reg. tom. 2. & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 118. Item eodem an-

no Eremitarum Sancti Augustini Generali & cæteris Prioribus.[Vt personis liberis volentibus vestro aggregari consortio, quæ suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationis sententiis sũt ligatæ,vos Filij Priores super huiusmodi sententiis à Canone promulgatis, & aliis quæ sine alieni iuris præiudicio relaxari poterunt absolutionis beneficiũ iuxta formã Ecclesiæ,cùm Ordinẽ vestrum professi fuerint impertiri:ac dispẽsare,cũ eis,si Clerici fuerint, super irregularitatis macula,si quam sic ligati se immiscendo diuinis forsitan contraxerunt: nisi forrè adeò fuerit enormis excessus, quòd super eo sit Sedes Apostolica requirenda, authoritate vobis præsentium indulgemus.]B.Cælestis,8. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis arch. Romæ,num. 8.

15 *Absolutio & dispensatio exhibenda Prælatis.*

Idem anno 1256. Generali & Prouincialibus Minorum.[Cùm, sicut asseritis,ex indulto Apostolicæ Sedis vobis liceat vestri Ordinis Fratres curæ vestræ commissos ab excommunicatione absoluere, & cum eis super irregularitatibus dispensare,nisi adeò grauis & enormis fuerit excessus, propter quem meritò sit Sedes consulenda prædicta,vobis authoritate præsentium indulgemus, vt Fratres dicti Ordinis,quos pro tẽpore in proprios habueritis Cõfessores, absolutionis & dispensationis beneficium vobis, cùm expedierit, iuxta indulti præfati tenorẽ valeant impartiri: ne ij qui inter vos præesse noscuntur, deterioris cõditionis,quàm cæteri censeantur.]B.Ordinis vestri, §3,apud Vvading. in reg. tom.2.& in Speculo

Minorum

Minorum tract.2.fol. 110. & 13.apud Rodericum, vbi dicitur esse originaliter in Conuentu Salmanticensi.

Idem anno 1258. Minoritis concessit idem quod num. 7. & 9.B. Virtute conspicuos,98. apud Vvadingum,in reg. tom. 2. ex autographo sub plumbo;& de ea fit mentio in Speculo Minorum, in Summario,vbi dicitur haberi originaliter Salmanticæ. 16 *Communicare excommunicat.*

Idem ibidem, Generali, Prouincialibus, & Custodibus Minorum respectiuè, concedit idem quod num.6.8. & 14. absque illa clausula(*De conscientia discretorum*,&c. 17 *Absolutio Fratrum cum disp.*

Idem ibidem Generali & Prouincialibus Minorum concedit quod num.15: 18 *Absolutio & dispens.*

Idem ibidem concedit iisdem & idipsum quod num. 12. Quod & eodem prorsus tenore concessit anno 1256. Eremitis Sancti Augustini. Bullâ,Cælestis,27. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archiuio Romæ, numero 17. 19 *Absolutio recipiendorum.*

Idem anno 1259. Prædicatoribus. [Nonnulli Archiepiscopi,&c.indulgentiis ac priuilegiis vobis ab Apostolica Sede concessis minimè deferentes,interdum in vos contra eorũ tenores,interdicti,suspensionis, & excommunicationis sententias promulgare præsumunt, &c.Nos, omnes sententias quas dicti Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, Rectores, & Clerici in vos seu vestrum aliquem, aut loca vestra, seu quoscunque alios occasione vestri taliter contra indulta vobis & Ordini vestro à præfata Sede concessa in posterum ferre præ- 20 *Exemptio*

sumpserint, quoad personas vestras & ioca, irritas decernimus & inanes; quoad alios verò, in quos occasione vestri ferri contigerit, eas censemus penitus irritandas. Bullâ, Meritis, 110. apud Wadingum, in regesto tomi 2. & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 121.

21 *Absolutio recipiendorum.*

Idem anno 1261. Priori Generali & vniuersis Prioribus Carmelitarum. [Vt volentes vestro aggregari Collegio, & professionem facientes in Ordine vestro, qui suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationis sententiis sunt ligati, vos filij Priores, absolutionis beneficium iuxta formã Ecclesiæ impartiri, & ipsos in Fratres recipere valeatis, vobis authoritate præsentium indulgemus.] B. Ex Apostolici, in Mari magno Carmelitarum, num. 43.

22 *Absolutio Fratrum & recipiendorum, cum dispensatione.*

Vrbanus IV. anno 1262. Generali Carmelitarum. [Vt eos ex Fratribus tuis, qui pro iniectione manũ in seipsos, excommunicationis laqueum, ante vel post susceptum habitum incurrerunt; necnon & illos, qui seculi vanitate relicta cupientes vestræ humilitatis Collegio aggregari, se asseruerint excommunicatione ligatos, ne ipsorum ad Deum possit conuersio impediri; per te & alios absoluere valeas, & cum illis qui irregularitatis contraxerunt maculam dispensare, plenam tibi & eis quibus super hoc vices tuas commiseris, concedimus authoritate præsentium facultatem, nisi adeò graues & enormes fuerint excessus, qui meritò sint ad Sedem Apostolicam destinandi. Ita tamen quòd si ipsi Ordinem vestrum exiuerint, vel dimiserint, eo ipso prædictis

ctis sententiis sint astricti, & huiusmodi dispensatio nullius penitus sit momenti.] B. Exigentibus,in Mari magno,Carmelit.n.42.Idem eodem anno, Et emitarum S.Augustini Generali & Prouincialibus.[Indulgemus vt volentibus vestro aggregari Collegio, qui suspensionis,vel interdicti,vel excommunicationum sententiis sunt ligati,absolutionis beneficium iuxta formã Ecclesiæ impartiri, & ipsos Fratres recipere:ac eos qui post assumptum habitum recoluerint se talibus in seculo fuisse sẽtentiis innodatos, secundùm formam ipsam absoluere, valeatis. Ita tamen quòd si iidem Ordinem vestrum exiuerint,eo ipso prædictis sententiis sint ligati.] B. Cæleſtis,5. in eorum Bullario, ex origin. in Ordinis archiuio, numero 5.

Clemens IV. anno 1265. Minoritis.[Ne ab aliquo Legato,nisi de latere Apostolicæ Sedis missо,vel delegato,aut subdelegato, authoritate Litterarum Sedis prædictæ, excommunicari,suspendi,vel interdici possitis,nisi Literæ ipsæ plenam & expressam de Ordine vestro & indulto huiusmodi fecerint mentionẽ, authoritate vobis præsentium indulgemus; ac decernimus nihilominus omnes sententias irritas & inanes, ac nullius existere firmitatis, quas contra tenorem præsentis indulti per quemcunque de cætero contigerit promulgari.]Bullâ,exigentibus,9. apud Vvadingum, in reg. tom.2.& apud Rodericum.Et in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 11. vbi dicitur haberi sub authentico in Conuentu Rothomag. 23 *Exemptio.*

24 *Communicare excommunicatis.*

Idem eodem anno, iisdem concedit quod supra num. 7.9.& 16. B. Virtute conspicuos, 4.apud Cherub.quæ & includitur in Mari magno Minorum.

25 *Absolutio Fratrum cũ dispensatione.*

Idem ibidem.[Generalis quoque, & singuli Prouinciales Ministri & eorum Vicarij ac etiam Custodes,in Prouinciis & Custodiis sibi commissis, prædictis Fratribus constitutis ibidem,necnon & Fratribus aliis eiusdem Ordinis interdùm ad eos declinantibus vndecũque absolutione & dispensatione indigentibus, siue priùs quàm intrauerint Ordinem, siue post,in casibus excesserint,pro quibus excommunicationis,vel interdicti,aut suspensionis incurrerint sententias à iure vel à iudice generaliter promulgatas, & huiusmodi sentẽtiis innodati,aut in locis sic suppositis Eccleclesiastico interdicto diuina Officia celebrantes, vel suscipientes Ordines sic ligati, notam irregularitatis incurrerint, absolutionis & dispensationis beneficium valeant impartiri, nisi adeò grauis fuerit, & enormis excessus, quòd sint ad eandẽ Sedem meritò destinandi.]

26 *Pro Prælatis. Idem.*

Ibid.[Fratres etiam vestri quos pro tempore vos, Generalis & Prouinciales Ministris necnon & vices vestras gerentes,ac etiam Custodes, in proprios habueritis Confessores, absolutionis & dispensationis beneficium,vobis quum expedierit valeant impertiri, iuxta formam concessionis super absolutione & dispensatione Fratrum eiusdem Ordinis superiùs vobis factæ.]

27

Ibidem.[Volentibus vestro aggregari Collegio,

legio,qui ſuſpenſionis,aut interdicti,vel excõmunicationis ſentẽtiis,à iure vel à iudice promulgatis generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium,obſeruatâ formâ canonicâ,impertiri, ipſoſque in Fratres recipere, ac eos qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundùm formã ipſam, vos Generalis & Prouinciales Miniſtri, & præfati Cuſtodes,ac vices veſtras agentes,valeatis abſoluere, & cum irregularibus diſpenſare, ſi forſan talibus innodati ſententiis, vel in locis interdicto ſuppoſitis, diuina præſumpſerint officia celebrare vel Ordines receperint. Ita tamen quòd ſi aliqui ex huiuſmodi eiſdẽ ſententiis propter debitum ſunt aſtricti, ſatisfaciant vt tenentur. Volumus autem nihilominus quòd poſtquàm fuerint abſoluti huiuſmodi volẽtes aggregari ſupradicto Collegio, niſi mox Ordinem veſtrum intrauerint (etiamſi ſuper hoc eis induciæ à Prælatis eiuſdem Ordinis concedantur)eo ipſo in priſtinas ſententias à quibus eos taliter abſolui contigerit relabantur. Cæterùm veſtra diſcretio cautè prouideat, vt Apoſtolicæ Sedis, Legatorum ipſius, & Ordinariorum locorum, in abſolutionibus huiuſmodi ſcandalũ euitetur.] Tota Hæc Bulla ibidem ex certa ſcientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum.Et ab ipſo Maris magni authore Sixto IV.anno 1474.Qui etiam ad explicationem conceſſionis præmiſſæ hic num. 25. eos tantùm declarat eſſe ad Sedem Apoſtolicam de-

Recipiendorum abſolutio cum diſpenſ.

ſtinandos, ſiue pro abſolutione, ſiue pro diſpenſatione, qui fuerint hæretici relapſi ſchiſmatici, & qui Literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita detuliſſent: ita vt prædicti poſſint alios omnes, etiam ſimoniacos, abſoluere, & cum eis diſpenſare. Præfata quoque Clementis IV. Bulla extat confirmata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra veſtra, 5. apud Vvadingum, in reg. tom. 5. ex Regeſto Vaticano, lib. 1. anni 1. fol. 176.

28 *Exemptio.*

Nicolaus IV. anno 1288. & 9. Clariſſis idem conceſſit quod num. 4. 11. 13. B. Olim dilectus, 16. apud Vvadingum, in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. epiſt. 128. Et B. Religioſam, 34. ibidem ex Reg. Vat. ep. 515.

29 *Recipiendorum abſolutio cum diſpenſatione.*

Cæleſtinus V. anno 1294. Cæleſtinis. [Recipientibus Ordinem veſtrum, & in eo facta & inſtituta, qui ſuſpenſionis aut interdicti, vel excommunicationum ſententiis, à iure vel ab homine promulgatis, generaliter & ſpecialiter ſunt ligati, abſolutionis beneficium iuxta formam Eccleſiæ impartiri, ipſoſque in Fratres & Monachos recipere, dummodò in eodem Ordine perſeuerent; ac eos, qui poſt aſſumptum habitum vel profeſſionem emiſſam, recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundùm formam, tu Fili Pater Abbas tempore tuo, & in poſterum ſucceſſores tui, authoritate noſtra de abſolutionis beneficio prouidere, & diſpenſare cum eis ſuper irregularitatibus, quas contraxerunt, vel contrahent ſi talibus forſan innodati ſententiis, vel locis interdicto ſuppoſitis diuina præſumpſerint

Officia

Officia celebrare, aut Ordines receperint.] B. Etsi cunctos Ordines, 1. apud Cher. §. 23.

Ibidem §. 36. [Absoluendi etiam Fratres & Monachos memoratos ab excommunicatione quacunque, etiamsi eius absolutio tantùm sit Sedi Apostolicæ reseruata, plenam & liberam vobis, filij Abbates, authoritate Apostolica concedimus potestatem.] B. Etsi cunctos 1. apud Cherub. §. 36. Quam Bullam Eugenius IV. anno 1434. ex certa scientia confirmauit, nonobstante non vsu, præscriptione, &c. B. Ad decorem, 18. apud Roder. 30 *Absolutio Fratrum.*

Bonifacius VIII. an. 1296. Clarissis idem concessit, quod num. 4. 11. 13. & 28. B. Religiosam, 11. apud Vvad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. ep. 82. 31 *Exemptio.*

Benedictus XI. anno 1304. Generali Erem. S. Augustí. concedit idem & eodem tenore, quod suprà cum. 6. ita vt eandem possit committere facultatem Prouincialibus. B. Licet ad hoc, 2. apud Rodericum, & vnica in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archiuio, numero 1. Quæ à Sixto IV. vt dicetur infrà numero 49. fuit explicata; & ab Innocentio VIII. adhuc ampliata infrà num. 56. 32 *Absolutio & dispens.*

Idem eodem anno Abbati Generali Cælestinorum concedit quod suprà num. 25. pro censuris à Canone promulgatis, & irregularitatibus, cum clausula, *De consilio Fratrum vestrorum qui literati sint & Deum timentes.* B. Religiosam, 2. apud Cherub. §. 11. 33 *Absolutio Fratrum cũ dispens.*

Ioannes XXII. anno 1317. Carmelitis. [Nec locorum Ordinarij, nec alia quævis persona 34 *Exemptio.*

municationis,aut alias sententias,siue pœnas, sine scriptis, aut aliàs minùs ritè promulgauerint, vel manus violentas in Confratres vel alios quoscunque Clericos, etiã vsque ad sanguinis effusionem, & enormem læsionem infecerint, eosdem Fratres à prædictis, & aliis excommunicationum sententiis,atque pœnis, quas propterea incurrerint (dummodo læsio huiusmodi adeò enormis non existat, quòd propterea foret meritò Sedes prædicta consulenda)quoties expedierit absoluere,& cum eis super irregularitate, si quam huiusmodi sententiis ligati celebrando diuina vel immiscendo se illis, (non tamen in contemptum Clauium)aut aliàs præmissorum occasione qualitercunque contraxerint, dispensare, eosque (quoad hoc)in statum pristinum restituere: & quòd Confessor,quem dictus Magister,& quilibet Priorum, & Vicariorum prædictorum pore,duxerint eligendum,eosdem Magistrum, Priores, & Vicarios, si forsan præmissorum occasione,vel aliàs qualitercunque excommunicationum,aut alias sententias,& irregularitatem huiusmodi (quod absit)incurrerint, absoluere, & cum eis dispensare, & in statum pristinum(vt præfertur)restituere possint, indulgemus.]B. Sacræ Religionis, 1.apud Confertium.

Eugenius IV. anno 1434. Ordini Ss. Trin. confirmat Bullã Clementis V.qua idem quod suprà num. 34. concessit. B. Ad Monasteriorum,26.apud Rodericum. 38 *Exemptio.*

Idem an.1436,Benedictinis Congregationis Sanctæ 32

Absolutio facipiendorum.

Sanctæ Iustinæ seu Cassinensis. [Cùm verò aliquis, quocunque excommunicationis vinculo innodatus, vellet Congregationẽ ipsam Altissimo famulaturus ingredi, liceat dictæ Congregationis Prælatis, & qui loco eorum in ipsorum absentia constituuntur, ingredienti huiusmodi, iniunctis ei iuxta possibilitatem restitutione & pœnitentia salutari, tanquàm vni ex Monachis præfatæ Congregationis beneficium absolutionis impendere, ac ad probationem recipere, ita tamen si in prædicta perseuerauerint Congregatione vsqua ad professionem incluſiuè, aliàs in eandem ipso facto reincidant excommunicationem.] B. Etsi quaslibet, 3. apud Confettium, & 11. apud Rodericum. Quam & Cherub. in rubrica Bullæ 9. se vidisse testatur.

40 *Exemptio.*

Idem anno 1439. vniuersis Monialibus S. Clarę, seu Minoritissis, idem concedit quod suprà num. 3. B. Licet Romanus, 18. apud Cherubinum, 29. apud Rodericum. 161. apud Vvadingum, in reg. tom. 5. ex Regesto Vaticano, lib. 1. de Regularibus & Exhibitis, anno 9. folio 174.

41 *Absolutio Fratrum, eũ dispensatione.*

Idem an. 1441. Fratribus Sancti Ambrosij. [Professos quoque, & Nouitios huiusmodi qui postmodùm Regulă ipsă professi fuerint, in quibuscũque, etiam Sedi Apostolicæ specialiter reseruatis casibus, à quibuscunque excõmunicationis, suspensionis, & interdicti sententiis, aliisque censuris, & pœnis, à iure vel ab homine promulgatis, aliàs tamen in forma Ecclesiæ semel, duntaxat absoluere; & cum eisdem

eiſdem Profeſſis, ac Nouitiis, ſuper irregularitate, ſi qua, dictis ſententiis, & cenſuris, vel earum aliqua ligati, Miſſas, & alia diuina Officia celebrando, aut ſe illis immiſcendo, vel aliàs quomodolibet (homicidij, mutilatione membrorum, & bigamiæ caſibus dũtaxat exceptis) ſemel ſimiliter; ſuper irregularitate verò, quâ ex prædictis ſententiis, vel cenſuris, ſeu earum aliqua, per ignorantiam, vel inaduertentiam, ſeu negligentiam, & non ex contemptu, pro tempore contraxerint, quoties opus fuerit, diſpenſare valeant Rector & ſinguli Priores, necnon Fratres quos idem Rector ad hoc duxerit deputandos.] B. Regimini, 22. apud Cherub. §. 10.

42 *Exemptio.*

Idem anno 1442. Bullâ, ex Apoſtolicæ, 17. apud Rodericum, authenticat & innouat Bullam, *Cum aliqua tibi*, Honorij III. datam anno 1218. pro Benedictinis Monaſterij Sãcti Pauli extra muros Vrbis, in qua ſic habetur: [Interdicimus quoque præſenti Decreto, vt nullus omninò ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis in Abbatem & Monachos eiuſdem Cœnobij, & in eo commorantes, ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam promulgare, vel eos ad Synodum vocare præſumat; ſed nec in Clericos, præſertim Oblatos, in illis Eccleſiis permanentes, in quibus non ad Epiſcopos, ſed ad ipſum Abbatem, inſtitutio & deſtitutio ac correctio dignoſcitur pertinere. Quódque ſi quiſquam in eos huiuſmodi ſententias promulgauerit, illas decernimus irritas & inanes.]

Nicolaus

43 *Exemptio.* Nicolaus V. anno 1447. vniuersis Monialibus Sanctæ Claræ idem concedit quod suprà num. 4. B. Licet Romanus, 13. apud Vvading. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. de Regularibus, anno 1. fol. 251.

44 *Explicatio numeri 25, & 26.* Sixtus IV. anno 1474. Minoritis explicat concessionem Clementis IV. suprà num. 25. & 26. his verbis. [Declaramus hæreticos relapsos, schismaticos, & qui Literas Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, duntaxat esse ad Sedem Apostolicam meritò destinandos. Reliquis verò omnibus, etiam simoniæ prauitate qualitercunque irretitos, posse per illos quibus inibi conceditur, absolutionis beneficium, & dispẽsationis gratiam, iuxta casuum exigentiam impertiri.] In Mari magno Min. §. 5.

45 *Exemptio.* Ibidem §. 9. concedit quod suprà num. 34. cum expressa derogations capitis, *Volentes, de Priuilegiis*, in 6. & addit: [Etiam eorum exemptione, vtpote notoria, non aliter allegatà.

46 *Explicatio numeri 36.* Idem eodem anno Prædicatoribus factam Gregorij XI. suprà num. 36. concessionem, explicat vt suprà num. 44. In Mari magno Prædicat. §. 4.

47 *Exemptio.* Ibidem §. 8. idem & eodem tenore concedit quod suprà num. 45.

48 *Exemptio.* Idem eodem anno Eremitis Sancti Augustini, idipsum concedit. In eorum Mari magno §. 42.

49 *Explicatio numeri 32.* Ibidem §. 43. concessionem Benedicti XI. factam suprà num. 32. explicat vt suprà n. 44.

Idem

Idem anno 1476. Carmelitis eadem concessit, quæ suprà numero 24.25.26.27. In Mari magno Carmelitarum, §. 53. 50 *Communicare, & Absolutio, &c.*

Ibidem §. 60. & 71. idem & eodem tenore concedit quod suprà num. 45. 51 *Exemptio.*

Ibidem §. 61. concessionem ab Eugenio IV. factam (vt dictum est verbo Absolutio Fratrum, numero 9.) declarat vt suprà num. 44. 52 *Idem, quod num. 44.*

Idem eodem anno, Canonicorum Regularium Sancti Augustini Congregationis Lateranensis Rectori Visitatoribus, & singulis Prioribus, concedit quod suprà numero 44. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §. 23. 53 *Idem.*

Idem anno 1479. Vicario Generali Minorum de Obseruantia. [Concedimus quòd omnes Vicarij Prouinciarũ possint absoluere omnes Fratres à censuris, & dispensare cum eis, secundùm tenorem concessionis fœlicis recordationis Clementis Papæ IV. & nostræ additionis. Nonobstantibus limitatione seu restrictione postmodùm à nobis facta) in Bulla Aurea. §. 6.) qua id solùm ad Ministrum Generalem & eius Vicarios restringi & limitari disposueramus.] B. Paulus, apud Vvadingum in annal. tom. 7. anno 1479. numero 4. pagina 62. ex originali. Et B. Pro nostra, 23. apud Rodericum. Et in Speculo Minorum, tractatu 1. folio 33. 54 *Idem.*

Idem anno 1481. pro Prædicatoribus idipsum restituit, reuocando quoad hoc Bullam Auream, vt in numero præcedente. B. Quoniam, 3. apud Confectium, 5. apud Peyrinis, 55 *Idem.*

21. apud Rodericum. Et B. Expoſuiſti, 22. apud Rodericum, quæ habetur apud Cherubinum ſub numero 19. vbi etiam in rubrica atteſtatur præcedenti, quæ incipit, *Quoniam.* Verùm Sixtus in iſta ſecunda adiicit: [Priores verò Conuentuales illam ſolummodò habere cenſeantur abſoluendi & diſpenſandi facultatem, quam priùs habebant ex priuilegiis & Litteris prædeceſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum.] Verùm anno 1482. [Conceſſit quòd Moniales Collectaneæ (quæ viuunt ſub Fratrum Minorum regimine) poſſint abſolui à Miniſtris, Viſitatoribus, & earum Confeſſoribus, ab omnibus criminibus, pœnis, & cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quoties opus fuerit.] Viuæ vocis oraculo, 44 apud Rodericum. In oraculo autem 43. ibidem. [Conceſſit quod Sorores Sanctæ Claræ ſub cura Fratrum Minorum viuentes, omnibus priuilegiis, gratiis, & exemptionibus in genere, Sororibus Collectaneis factis gaudeant.]

Ampliatur pro Monialibus.

36 Innocentius VIII. anno 1486. Eremitarum Sancti Auguſtini Generali. [Vt conceſſam per Sedem Apoſtolicam Priori Generali tui Ordinis pro tempore exiſtenti (ſuprà numero 32. & 49) abſoluendi illius Profeſſores à quibuſcunq; exceſſibus, cenſuris, & pœnis, certis caſibus duntaxat exceptis, & diſpenſandi cum eiſdem ſuper irregularitatibus per eos, aliàs quàm ratione bigamiæ & homicidij voluntarij contractis, facultatem, cum poteſtate eam communicandi Prioribus Prouincialibus Fratrum dicti Ordinis; Tu, & pro tempore exiſtens

Idem demandari priori Eremitarum Sancti Auguſtini.

ſtens Generalis Prior,& Vicarius,ac Prouinciales Priores,& Vicarij Generales & prouinciales Fratrum dicti Ordinis, quoties tibi,& eidem pro tempore exiſtenti Priori & Vicario Generali,ac Prouincialibus & Vicariis eorum videbitur & placebit,præſertim pro commoditate ac puritate conſcientiæ,abſolutione & diſpenſatione huiuſmodi indigentium, etiam aliis dicti Ordinis Profeſſoribus communicare;& vnum ex dicti Ordinis Profeſſoribus,qui pari modo tibi & eidem pro tempore exiſtenti Priori de ſimili abſolutione & diſpenſatione, Apoſtolicâ authoritate prouideat, aſſumere,perpetuis futuris temporibus libere & licitè valearis, præſentium tenore concedimus.] Bullâ,Tuis ſupplicationibus,4.in eorum Bullar.ex Breue originali, Romæ in archiuo Ordinis,numero 4.

57 *Idem quod n.* 44.

Idem anno 1487.Seruitarum Generali conceſſit quod ſuprà numero 44. ſimul & quòd poſſit eandem facultatem Prouincialibus cómunicare. In eorum Mari magno, numero 55.

58 *Deferentes prohibita ad Infideles.*

Alexander VI. conceſſit quòd Minorum Generalis & Prouinciales poſſint abſoluere Fratres, qui exiſtentes in ſeculo incurriſſent cenſuram Eccleſiaſticam propter delationem ligaminum ſeu ferramentorum ad partes Infidelium. Viuæ vocis oraculum 11.apud Rodericum.

59 *Hæreticis & Apoſtatas, etiam*

Idem conceſſit eorundem omnibus & ſingulis Prælatis,Generali ſcilicet,ac Prouincialibus Vicariis & Cuſtodibus Ordinis & Ob-

Relapsos absoluere, & cum eis dispensare.

uantiæ, plenariè facultatem & authoritatem, vt quoscumque subditos suos, Fratres videlicet, & Moniales Sanctæ Claræ, ac vtriusque sexus Tertiarios de Pœnitentia nuncupatos, in aliquo hæresis vel apostasiæ crimine lapsos, & etiam si sint relapsi, possint absoluere & cũ eis dispensare, Necnon præfatorum relapsorum pœnas à iure institutas, in alias pœnas commutare, pensatis qualitate & quantitate, aliisque debitis circunstantiis, augendo, aggrauando, vel diminuendo, toties quoties opus fuerit, & provt secundùm Deum viderint expedire: dummodò talia relapsorum crimina, publica & notoria apud seculares non sint, vt ex hoc scandalum oriri possit. Viuæ vocis oraculum, in Speculo Minorum, tractatu 1. folio 43.

60 *Communicare cum excommunic.*

Iulius II. anno 1506. Minimis idem concessit quod suprà numero 7.9.19.24. In eorum Mari magno, §. 7.

61 *Absolutio Fratrum &c.*

Ibidem §. 8. concedit quæ suprà numero 25.26.27. cum iisdem omninò clausulis.

Ibidem §. 27. Generali, Vigilibus, Prouincialibus, Correctoribus localibus, & eorum Vicariis quod suprà numero 44.

62 *Eadem quæ p. 44.*

Ibidem §. 29. & 32. concedit quod suprà numero 34. & 38. cum derogatione cap. *Volentes, de priuilegiis*, in 6.

63 *Exemptio.*

Idem anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis oliueti idipsum concessit. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 23.

64 *Idem.*

Ibidem §. 31. concedit idem & iisdem verbis quod suprà num. 39.

65 *Absolutio, &c.*

Idem

Idem anno 1510. Prædicatoribus conceſſit perpetuis temporibus, quòd per annuam publicationem Bullæ in Cœna Domini, non cenſeretur derogatum conceſſioni Sixti IV. ſuprà numero 46. exceptâ conſpiratione in Romanum Pontificem. B. Exponi Nobis, 5. apud Confettium, 14. apud Peyrinis, 17. apud Rodericum. 66 *De Bullâ Cœnæ D.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini Congregationis Sancti Salvatoris concededit idem & eodem tenore quod ſuprà numero 36. & 65. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 19. 67 *Abſolutio, &c.*

Ibidem §. 28. ſingulis Prælatis Congregationis concedit quæ ſuprà numero 25. 26. 27. cum extenſione quæ numero 44. 68 *Abſolueri, &c.*

Ibidem §. 35. concedit quod ſuprà num. 33. 38. 45. 47. 48. 51. 63. 64. 69 *Exemptio.*

Leo X. anno 1513. Camaldulenſibus idem concedit. B. Etſi à ſummo, 2. apud Cherubinum, §. 25. 70 *Idem.* 71 *Abſolutio, &c.*

Ibidem §. 39. concedit quod ſuprà numero 39. 65. 67. 72 *Exemptio.*

Clemens VII. anno 1529. Camaldulenſibus concedit quod ſuprà numero 34. 38. 63. 64. B. Inter multiplices curas, apud Bouerium in Regeſto tomi primi Annalium, pagina 970. Et authenticatur à Paulo III. anno 1534. B. Rationi congruit, 1. apud Cherub. & apud Bouerium cit. pag. 977.

Paulus III. anno 1549. Societatis Iesv Generali, & aliis per eum deputatis, concedit quod ſuprà numero 25. & 27. cum explicatio- 73 *Abſolutio Fratrum &c.*

ne posita numero 44. B. Licet debitum, 48. apud Cherub.8.apud Roder.

74 *Exemptio.* Ibidem §.17. concedit quòd suprà numero 34.38.

75 *Communicare.* Ibidem §. 20. concedit quod suprà num. 7. 9.16.24.60.

76 *Absolutio recipiendorũ cum dispensatione.* Pius V.anno 1567.Theatinorum Præpositis concessit, [Vt eos qui iuxta illorum ritum professionem solemniter emittere voluerint, possint in professionis emissionis seu alio anteriori die, quocunque,à quibusvis peccatis reseruatis, & censuris ac pœnis, præterquàm contentis in Bulla Cœnæ, absoluere; ac cum ipsis super irregularitate per ipsos, ac etiam quia sententiis prædictis ligati Missas forsan alia ac diuina officia, non tamen in contemptum Clauium, celebrauerint, aut aliàs se in eis immiscuerint, ac etiam ex quocunque eorum defectu, & impedimento, non tamen ex homicidio voluntario proueniente, ac aliàs quomodolibet contracta, dispensare; ac ab illis omnem inhabilitatis & infamiæ maculam ex præmissis circa eos quomodoliber insurgentem penitus abolere.]B. Ad immarcessibilem, 31.apud Cherub.§.16.

77 *Absolutio recipiendorum cum dispensat.* Sixtus V. anno 1585. authenticat Bullam Gregorij XIII. pro Clericis Regularibus de Somascha,qua [Personis professionem regularem in dicta Congregatione emissuris, in ipso professionis emissionis die, vt aliquem dictæ Congregationis Presbyterum possent sibi eligere Confessorẽ, qui ipsos, confessione eorum auditâ, à quibusvis excommunica-

tionis,

tionis; aliísque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à iure vel ab homine, & in quibus insordescerent & declarati ac publicati forent, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, & in Bulla die Cœnæ Domini legi solitâ contentis, factâ prius debitâ satisfactione, & sine alicuius præiudicio, semel tantùm iniunctâ salutari pœnitentiâ, absoluere posset, facultatem concessit & indulsit, ac cum eisdem super quacunque irregularitate ex quacunque causa (præterquàm ex homicidio voluntario, ac bigamia) siue censuris præfatis ligati Missas & alia diuina officia, non tamen in contemptum Clauium, celebrarent, vel aliàs, &c.] B. Æquum, 4. apud Cherub.

Concessiones nonnullæ quæ à quibusdam de absolutione plenaria à qualibet culpa & censura intelliguntur, quia tamen ex contextu videntur mihi tantùm sonare potestatem Confessario commissam largiendi (vtique iuxta intelligentia communem, si aliunde non sit obex) indulgentiam, plenariam, eas ordine temporis non redegi sub hoc titulo; hîc tamen ad calcem repono, iudicio cuiuslibet subiectas.

Leo X. anno 1515. Monialibus Monasteriorum quorumcunque Ordinis Sanctæ Claræ. [Insuper verò quantùm ad facultatem absolutionis concernit, concedimus vobis, vt in omnibus solemnitatibus Domini Sabaoth, Virginis Mariæ, omnium Sanctorum, Patris vestri Sancti Francisci, ac Matris vestræ Sanctæ

Claræ, Confessores vestri possint in absolutione vestrarum confessionum eis de peccatis vestris factarum, vos plenariè absoluere, & pœnitentiam salutarem iniungere. Et quoties sacram sumitis Communionem, ea die plenariam indulgentiam consequi.] B. Cùm sicut, 46. apud Rodericum, vbi dicitur esse authentica in Conuentu Sancti Francisci Salmanticensi.

Indulgentia Plenaria.

Idem eodem anno, Ancillis Beatæ Mariæ, sub cura Minorum degentibus.] Vobis sub perpetua clausura viuentibus, vt omnibus solemnitatibus Domini Sabaoth, Beatæ Mariæ Virginis, Petri & Pauli, Sancti Francisci, omniumque Sanctorum, ac per totam Maiorem hebdomadam, Confessores vestri, quicunque fuerint, siue Ordinarij à Prælatis deputati, siue aliter, dummodò vos audiant de consensu dictorum Prælatorum, possint in absolutionibus vestrarum confessionum eis de peccatis vestris factarum, vos plenariè absoluere, & pœnitentiam salutrem imponere, priùs tamẽ suorum Superiorum, & eorum curam gerentium licentia & assensu habitis. Et quoties sacram sumetis Communionem, ea die plenam indulgentiam cõsequi valeatis, concedimus.] B. Dum præcelsa, 20. apud Roder. Porrò quantùm ad indulgentiam plenariam, iam ante Innocentius VIII. Minoritis concessit. [Quòd Fratres Sacerdotes celebrantes in diebus Dominicis, & solemnitatibus Domini, & Beatæ Mariæ, & Sanctorum sui Ordinis, habeant indulgentiam Plenariam, & Fratres laïci quan-

Indulgentia Plenaria.

de

do communicant.] Et sine limitatione dierum: [Quòd Moniales communicantes habeant Indulgentiam Plenariam.] Viuæ vocis orac. 4. & 6. apud Roder.

Idem die 29. Aprilis 1519. Minoribus Regularis Obseruantiæ. [Concessit quòd semel quolibet anno (vltra alias indulgentias, quas à Sede Apostolica habent) possunt plenariè absolui, & indulgentiam plenariam consequantur; & hoc in Festo Sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris.] Viuæ vocis oraculo, 74. apud Rodericum, ad instantiam & sub attestatione (ex commissione sibi data à Pontifice) Christophori Cardinalis Sanctæ Mariæ in Aracæli. *Indulgentia Plenaria.*

EXEMPTIO.

Vide verbo *Conueniri*, per totum. *Correctio*, numero 52. *Decima*, per totum. *Excommunicatio*, ferè per totum. *Electio*, num. 1. *Immunitas locorum*, per totum. *Ingressus Monasteriorum*, numero 14. *Interdictum*, numero 5. 20. 22. 33. 46. *Missionarij*, numero 19. *Oblati*, numero 1. 2. 3. *Portio Canonica*, per totum. *Processio*, ferè per totum.

SANCTVS Gregorius vnà cum Synodo ad hoc per ipsum congregata anno 601. [Quàm sit necessarium Monasteriorum quieti conspicere, & de eorum 1 *A iurisdictione Episcop.*

rum perpetua ſecuritate tractare, anteactum Nos officium, quod in regimine Cænobij exhibuimus, informat. Et quia in plurimis Monaſteriis multa à Præſulibus præiudicia atque grauamina Monachos pertuliſſe cognoſcimus &c. Interdicimus igitur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ex authoritate Beati Petri Apoſtolorum Principis, cuius vice huic Romanæ Eccleſiæ præſidemus, prohibemus vt nullus Epiſcoporum aut ſecularium vltrà piæſumat de redditibus, rebus, vel chartis Monaſteriorum, vel de cellis, vel villis, quæ ad ea pertinent, quocunque modo vel qualibet occaſione minuere, vel dolos, vel immiſſiones aliquas facere. Si qua fortè inter terram venientem ad partem ſuarum Eccleſiarum & Monaſteriorum euenerit, & pacificè non potuit ordinari; apud electos Abbates & alios Patres timentes Dominum ſiue voluntaria delatione mediis Sacro-Sanctis Euangeliis finiatur. Defuncto autem Abbato cuiuſque Congregationis, non extraneus eligatur, niſi de eadem Congregatione, quem ſibi propria voluntate cócors fratrum ſocietas elegerit: & qui electus fuerit, ſine dele vel venalitate aliqua ordinetur. Quòd ſi ipſi inter ſe perſonam inuenire nequeant, ſolerter ſibi curent de aliis Monaſteris ſimiliter ordinandum. Neque conſtituto Abbate, quæcunque perſona quâlibet occaſione præponatur, niſi fortè extantibus (quod abſit) criminibus, quæ ſcuti Canones punire monſtrantur. Pariter autem cuſtodiendum eſt, vt inuito Abbate, ad ordinan-

dâ

da alia Monasteria, aut ad Ordines sacros, vel Clericatus officium, tolli exinde. Monachi non debeant. Descriptiones quoque rerum & chartarum Monasterij ab Episcopo Ecclesiasticas fieri vetamus: sed si quando res exigit, Abbas loci cum aliis fratribus, causas rerum innenturum faciat, & eorum consilio & iudicio finiantur. Obeunte quoque Abbate, Episcopus in describendis prouidendisque rebus Monasterij acquisitis vel datis perquirendis nullatenus se permiscear. Missas quoque publicas ab eo in Cœnobio fieri omninò prohibemus, ne in seruorum Dei receptibus & eorum receptaculis vlla popularis præbeatur occasio conuentus, vel mulierum fiat nouus introitus, quod omninò nec expedit animabus eorum. Neque audeat ibi Cathedram collocare, vel quantamlibet potestatem habere imperandi, nec aliquam ordinationem quamuis leuissimam faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus: quatenus Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate. Nullũque Monachum sine testimonio vel concessione Abbatis in aliqua Ecclesia teneat, vel ad aliquem promoueat honorem. Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam omni futuro tempore ab omnibus Episcopis firmam statuimus, illibatámque seruari, vt & suæ Ecclesiæ iuuante Ddmino tantummodò iure contenti, & Monasteria Ecclesiasticis conditionibus, seu angariis; vel quibusliber obsequiis secularibus nullo modo subiaceant, nullis canonicis iuribus deseruiant, sed remotis vexationibus

tionibus in cunctis grauaminibus, diurnum (*fortè diuinum*) opus cum summa animi deuotione perficiant.] Vniuersi Episcopi respondere: [Libertati Monachorum congaudemus, & quæ nunc de his statuit Beatitudo vestra, firmamus.] Et subscripsere huic Pontificis (vt vocant) Constituto. Quod refertur à Baronio tom. 8. annal. an. 601. num. 9. ex Bibliotheca Vaticana; & in tom. 2. Conciliorum Generalium, in Concilio Romano 3. sub Gregorio I. Multis particularibus Monasteriis iam ab ista ætate, & antè, Summi Pontifices concesserunt similia exemptionis priuilegia, explicatâ etiam sæpè speciatim libertate percipiẽdi Chrismo, Oleum Sanctum consecrationes altarium, siue Basilicarum, Ordinationem Clericorum à quocunque voluerint Episcopo, &c. Veluti Sanctus idem Gregorius (post Ioannem III.) anno 593. Monasterio Suessionensi S. Medardi. B. Pretiosissimis; cui cum illo alij triginta Episcopi subscripserunt; & habetur inter eius Epistolas, in editionibus quidem vetustioribus lib. 12. indict. 7. cap. 32. in recentioribus verò lib. 2. indict. 11. post Epistolam 38. Et anno 598. Monasterio Classensi, vt habetur lib. 7. Epist. indict. 1. Epist. 18. Et anno 599. (post vigilium Papam) Monasterio Arelatensi; vt habetur lib. 7. Epistolarum eiusdem, indict. 2. Epist. 117. in recentioribus, & cap. 115. in vetustis editionibus. Et anno 603. tribus aliis Augustonensibus Monasteriis, prout continetur lib. 11. Epistolarum eius, indict. 6. Epistolis 10. 11. 12. Item Honorius I.

Monaste

Monasterio Bobiensi, vt refertur apud Baronium in annal. an. 626. & to. 2. Concil. gener. in Notis Binij in vitâ Honorij ex Abbate Iona. Item Adeodatus Papa an. 676. Turonensi Monasterio S. Martini; B. æquitatis apud Baronium in annal. anno 676. & tom. 2. Concil. Gener. in Adeodato. Item Zacharias Papa anno 751. Monasterio Fuldensi, vt habetur apud Baronium in Annal. anno 751. numero 16. & tom. 3. Concil. Gener. part. 1. Epist. 14. Zachariæ. Item Nicolaus I. (post Benedictum III.) an. 863. Monasterio Corbeiæ; B. Quod Beatus; quæ est 24. inter eius Epistolas tom. 3. Concil. gener. part. 1. Et Monasterio S. Carilephi Diœcesis Cœnomanensis; B. Regum corda, 62. ibidem. Item Marinus II. (ab aliquibus dictus Martinus III.) anno 944. Monasterio S. Vincentij ad vulturni fontes, aliisque ab eo dependentibus; B. Quoniam pia; apud Baronium in annal. anno 944. Item Ioannes XIII. cum Concilio Romano anno 971. Monasterio Glanstigebiri in Anglia; B. Nouerit, apud Baronium in Annal. anno 971. Item Gregorius VII. cum Synode Romana, Monasterio Cluniacensi; apud Baronium in annal. post tomum 12. in Appendice tomi 11. ad annum 1079. Item Vrbanus II. anno 1088. Monasterio Bantino in Apulia; B. Diuinæ; apud Baronium in annal. anno 1088. Et Monasterio Cauensi (post Gregorium VII.) anno 1092. B. Cum vniuersis; apud eundem & Rodericum. Sícque de aliis permultis. Item Innocentius III. anno 1210. Monachis sanc-

ćti Saluatoris Messanensis, Ordinis Sancti Basilij. [Prædictum Monasterium Sancti Saluatoris, necnon Obedientias, & cætera Monasteria suffraganea ipsius Monasterij liberamus & eximimus ab omni pœstatione seruitutis alicuius Ecclesiæ & aliarum personarum ; ita quòd amodò sint libera & exempta , & nulli alij Ecclesiæ Diœcesano Archiepiscopo, Episcopo, vel locis Religiosis, seu aliquibus personis , nisi tibi prædicto Lucæ Archimandritæ, tuísque successoribus tantùm , teneantur amodò in aliquo respondere.] Bulla, Sacrosãcta. Quam refert & motu proprio & certa scientia confirmat Sixtus IV. B. Constitutus, anno 1472. apud Bzouium, tom. 18. Annalium, anno 1472. num. 15. pag. 54.

2 15 *Grauamina Religiosis illata, à quib. præcipit Prælatos abstinere.*

Gregorius IX. anno 1231. scribens vniuersis Ecclesiarum Prælatis, in Decretalibus, *De excessibus Prælatorum, cap. Nimis iniqua.* [Cùm Religiosi viri abnegantes salubriter semetipsos, elegerint in paupertate , Christo pauperi ad placitum famulari , tanquàm nihil habentes, & omnia possidentes : non desunt pleriq; tam Ecclesiarum Prælati, quàm alij, qui cæca cupiditate seducti, propriæ auiditati subtrahi reputantes, quidquid prædictis Fidelium pietas elargitur , quietem ipsorum multipliciter inquietant. Volunt namque contra Regulam à Sede Apostolica approbatam, & sui Ordinis institutã, ipsis inuitis eorum confessiones audire , ac eis iniungere pœnitentias, & Eucharistiam exhibere: nec volunt, vt corpus Christi in eorum Oratoriis reseruetur : & Fratres

ipsorum

ipsorum defunctos, apud Ecclesias suas compellunt, sepeliri, & eorum exequias celebrari: Et, si quis decedentium Fratrum alibi, quàm in suis Ecclesiis eligat sepulturã, funus primò ad Ecclesias suas deferri cogunt, vt oblatio suis vsibus cedat. Nec sustinentes eos habere campanam, vel cœmeterium benedictum, certis tantùm temporibus permittunt ipsos celebrare diuina. Volunt quoque in Domicus eorum, certum numerum Fratrum, Sacerdotum, Clericorum, & laicorum, necnon cereorum. lampadarum, & ornamentorum, pro voluntate sua taxare, ac residuum cereorum, quando nouiter apponuntur, exigunt ab eisdem. Nec permittunt, quòd noui Sacerdotes eorum alibi, quàm in Ecclesiis suis celebrent primas Missas: eos nihilominus compellentes, vt in quotidianis Missis, quas in suis locis & Altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant, & reseruent quidquid etiam eis, dum celebrant Missarum solemnia, intra Domorum suarum ambitum piâ Fidelium deuotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contendentes: quod eisdem tam in ornamentis Altaris, quàm in libris Ecclesiasticis absolutò confertur, vendicant perperam iuri suo. Quocirca mandamus, quatenus vniuersi, & singuli à prænotatis grauaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctiùs compescendo.]

3 *Ab obedientia manuali.*

Idem anno 1240. Minoritis. [Vt nullus ex Prælatis Ecclesiarum absque mandato Sedis Apostolicæ speciali à vobis dictam obedientiam

tiam manualem præsumat exigere, authoritatè præsentium districtiùs inhibemus.] B. Inducimur, in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 115. Et est 3. apud Rodericum, qui ait eam haberi originaliter in conuentu Salmanticensi. Et 87. apud Vvadingum tom. 1. qui eam esse ait in Ordinis archiuio.

4 *N. Granatina.*

Idem, *c. Nimis praua, De excessibus Prælatorum.* [Cùm quidam viri Religiosi, vt putà, Fratres Prædicatores, Minores (quorum Ordinem & Regulam Sedes Apostolica noscitur approbasse (in arctissima paupertate Christo pauperi famulentur; plerique Prælati, & alij eos ad Synodos suas cogunt accedere, ac suis Constitutionibus subiacere; nec his contenti, Capitula, & scrutinia in locis Fratrum pro his corrigendis facturos se committantur, fidelitatem iuramento firmatam, ab eorum Ministris & Custodibus exigentes: eis quoque vt tam extra Ciuitates, quàm intra cum eis processionaliter veniant, ex leui causa mandantes excommunicationis sententiam fulminant in Benefactores ipsorum, & idipsum Fratribus comminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur, satagunt amouere, nisi eis obediant in omnibus supradicti. Ad hoc ne Fratres ad honorabiliores Ciuitates, & villa, vbi religiosè, ac honestè valeant commorari, à populis deuotè vocati accedere audeant inhibẽtes: tam in accedentes Fratres, quàm in receptatores eorum præsumunt excommunicationis sententiam promulgare. Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, necnon de

habita

habitaculis Fratrum (ſicut de Iudæorum domibus) contendunt redditus extorquere, aſſerendo, quòd niſi Fratres morarentur ibidem, ab aliis habitatoribus prouentus aliqui ſoluerẽtur: & vt ipſos ſuæ ſubdant totaliter ditioni, eiſdem Miniſtros, & Cuſtodes volunt præficere pro ſuæ arbitrio voluntatis. Quocirca mãdamus, quatenus vniuerſi, & ſinguli à prænotatis grauaminibus deſiſtatis, ſubditos veſtros ab huiuſmodi arctiùs compeſcendo.]

Innocentius IV. anno 1245. Ciſtercienſibus. [Fuit propoſitum coram Nobis, quòd nonnulli Eccleſiarum Prælati veſtris libertatibus inuidentes, cùm eis non liceat ex Apoſtolicæ Sedis indulto, in vos excommunicationis vel interdicti ſententias promulgare; in familiares, ſeruientes, & benefactores, ac illos qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis veſtris, quique vendendo ſeu emendo, vel aliàs vobis communicant, ſententias proferunt memoratas, &c. Ne quis prædictorum huiuſmodi ſententias in fraudem priuilegiorum Apoſtolicæ Sedis de cætero promulgare præſumat, authoritate præſentium inhibemus; decernentes eas, ſi per præſumptionem cuiuſpiam taliter promulgari contigerit, irritas & inanes.] B. Cùm à Nobis, 26. apud Rodericum. Idem autem iam ante ſtatuerat Honorius III. anno circiter 1220. *capite*, *Quantò, de Priuilegiis.* 5 *Ne indirectè ſubiiciantur.*

Idem eodem anno, pro Minoribus. Recenſet ac prohibet ſigillatim omnia grauamina ſuprà poſita in duplici decretali Gregorij IX. 6 *27. Grauamina.*

Nimis iniqua, &c. Nimis prana, De exceſſibus Prælat. B. Nimis iniqua, 20. apud Vvadingum in regeſto tomi primi ex Archiuio Aracælitano, numero 12. Deinde eodem anno inſtituit per totum Orbem permultos Conſeruatores & executores prædictarum Litterarum. B. Nimis iniqua, 23. apud Vvad. cit. ex Reg. Vatic. epiſt. 539.

7 *Derogatio capitis volentes, De priuil. in 6.*

Idem anno 1251. Ciſtercienſibus. [Cùm nuper duxerimus ſtatuendum, vt exempti, quantacunque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſeu contractus, aut rei de qua contra ipſos agitur, ritè poſſint coram Ordinariis locorum conueniri, & illi quoad hæc ſuam in ipſos iuriſdictionem, prout ius exigit, exercere, &c. Indulgemus vt occaſione Conſtitutionis huiuſmodi, nullum veſtris libertatibus, ac immunitatibus in poſterum præiudicium generetur.] B. Cùm nuper, 28. apud Rodericum. Idem quoque Minoritis conceſſit, B. Cùm olim, 14. apud Rodericum, & 6. apud Vvadingum in reg. tom. 2. ex Regeſto Vaticano, epiſtola 105. Et in Speculo Minorũ, tractatu 1. folio 4 vbi dicitur haberi authentica in Conuentu Rothomagenſi.

8 *A Synodis, &c.*

Idem anno 1254. Eremitis Diui Auguſtini. [Prohibemus vt nullus Epiſcopus, vel quælibet alia perſona ad Synodos, vel Conuentus forenſes, vos ire, vel in iudicio ſeculari de propria ſubſtantia, vel de poſſeſſionibus veſtris ſubiacere compellat.] B. Religioſam, in Mari magno Auguſt. numero 16. Quæ ibidem confirmatur, ſimpliciter quidem ab Eugenio

IV. anno 1439. B. Ex Apostolicæ. At ex certa scientia à Nicolao V. anno 1450. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Idipsum iisdem concessit Alexander IV. anno 1255. S. Religiosam, 3. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis archivio Romæ, numero 3. & addit: Nec regularem electionem Prioris vestri impediat, (Episcopus) aut de constituendo vel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Ordinis vestri, se aliquatenus intromittat.] Quæ omnia eodem prorsus tenore iisdem concessit Clemens IV. anno 1268. B. Religiosam. Quam Martinus V. anno 1425. innouauit. B. Sinceræ, 3. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis arch. Romæ, num. 3.

9 *Ab obedientia manuali.*

Alexander IV. anno 1255. Minoritis, idem concessit quod suprà numero 3. B. Inducimur, 17. apud Vvadingum, in regesto tomi 2. & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 118. Item anno 1156. Carmelitis, B. Cùm Prælatos, in Mari magno Carmelitarum, numero 38. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab ipso Miris magni authore Sixto IV. anno 1476.

10 *27. grauamina.*

Idem anno 1256. pro Minoritis. Recenset sigillatim ac prohibet omnia grauamina suprà posita numero 2. 4. & 6. Nimis iniqua, 55. apud Vvadingum, in regesto romi 2. Item in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 120. in cuius summario dicitur haberi sub plumbo in Conuentu Rothomagensi. Est etiam 14. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi.

11 *Ab omni iurisdictione Ordinariorum.*

Idem anno 1258. pro Camaldulensibus. [Eremum quoque, Monasteria, Prioratus, Ecclesias, Hospitalia, Capellas, & loca præscripta, personásque ipsius Ordinis ab omni iugo, iurisdictione, & lege Diœcesanâ Archiepiscoporum, Episcoporum, Archidiaconorum, & quorumlibet Ordinariorum Iudicum penitus eximimus. Statuimus etiam vt Eremus Monasteria, Prioratus, Ecclesiæ, Hospitalia, Capellæ, ac loca, & personæ dicti Ordinis, tantùm Romano Pontifici sint subiecta. Districtiùs inhibentes, ne quis Archiepiscopus, Archidiaconus, seu quilibet Iudex Ordinarius, in Eremum, Monasteria, Prioratus, Ecclesias, Hospitalia, Capellas, & loca, seu personas eiusdem Ordinis, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias promulgare, aut in eis correctionis, vel visitationis officiũ, siue iurisdictionem aliquam exercere, aut personas ipsas ad Synodum euocare, seu ab eis exactiones, vel collectas aliquas exigere, vel extorquere præsumant.] B. Officij nostri, 11, apud Cherub. §. 3. & 4.

12 *Varia gravamina.*

Idem eodem anno Minoritis. [Vniuersis Prælatis Ecclesiarum & aliis inhibemus, ne confessiones vestras vobis inuitis audire; vel compellere vos ad Synodos, seu conuocationes suas accedere, aut suis Constitutionibus subiacere; vel Capitula, scrutinia, & inquisitiones in locis vestris vel alibi de vobis facere; aut fidelitatem iuramento firmatam, & manualem obedientiam à Ministris, Custodibus, &

Gnar

Guardianis vestris exigere ; seu prohibere ne ad Ciuitates vel villas vbi religiosè ac honestè commorari possitis, à populis deuotè vocati audeatis accedere ; ibique pro vestris vsibus construere ædi ficia, Ecclesias, seu Oratoria; aut de iis quæ vobis à Fidelibus, tam in ornamentis Altaris, quàm in luminaribus, Ecclesiarum fabricis, libris, & aliis vestris necessitatibus absolutè conferuntur, vel in vltima voluntate legantur, portionem aliquam à vobis exigere; vel extorquere; aut in accedentes Fratres seu constituentes huiusmodi, vel receptatores ipsorum, excommunicationis sententias ferre præsumant.] B. Virtute conspicuos, 98. apud Vvad. in reg. to. 2. ex autographo sub plumbo; & de ea fit mentio in Speculo Min. in summario, vbi dicitur haberi originaliter Salmanticæ.

13 *Derog. cap. Volentes.*

Idem ibidem concedit quod suprà n. 7.

14 *A iurisd. Episcop.*

Vrbanus IV. anno 1263. Monachis Montis Virginis, confirmat exemptionem à iurisdictione Episcoporum. B Cùm à Nobis petitur, 5. apud Cherub.

15 *Varia grauamina.*

Clemens IV. an. 1265. pro Minoritis; Prælatis & aliis prohibet quæ suprà n. 12. Et insuper [Ne cum eis extra Ciuitates vel intra processionaliter exire, aut de Superiorum institutione vel destitutione, siue de statutis Ordinis se aliquatenus intromittere præsumant.] B. Virtute conspicuos, 4. apud Cher. quæ & includitur in Mari magno Min. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. an. 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso

Maris magni authore Sixto IV. an.1474.Eadé quoque extat confirmata per Ioannem XXIII.an.1410.B.Sacra vestra , 5.apud Vvad. in reg.to.5.ex Reg.Vat.lib.1.anni 1.folio176.

16 Idem ibidem concedunt quod suprà,num. 7.&13.

Derog. cap. Volentes.

17 Nicolaus IV. an. 1288.Minoritis. [Vos & Ordinem ipsum à cuiusvis alterius iurisdictione omnimodâ prorsus eximimus de gratia speciali,decernentes vos & eundem Ordinem immediatè Sedi subiacere Apostolicæ,&c.Præterea Ecclesias,Oratoria,Domos,& loca,quæ tenetis & inhabitatis & tenebitis,& inhabitabitis in futurum , dum & quoties vos illa tenere & inhabitare contigerit,esse omninò exempta decernimus, nullóque medio Sedi memoratæ subesse.]B.Quia nónulli,12.apud Vvad.in reg. tom.2.ex arch. Aracælitano in Bulla originaria,n.20.Et 10.apud Roder. vbi dicitur haberi originaliter in Conuétu Salmãt.Est & in Spec. Min.tr.2.fol.34. vbi dicitur haberi authentica in Conuentu Rothomagensi.

Ab omni alia iurisd. quàm Papali.

18 Cælestinus V.an.1294.Cõgreg.Cælestinor. idem cõcessit.B.Etsi cunctos,1.apud Cher.§.2. Et hæc exemptio magis in speciali declaratur, §.13.& seq.iisdem verbis & pro iisdem casibus qui numerantur infrà n. 2.& suprà n.15.

Idem. Et varia granamina.

19 Ibidem§.24.[Quódque nullus correctionis, seu visitationis , vel inquisitionis officium, in Monasteriis,vel Ecclesiis,aut Prioratibus,mẽbris & locis vestris impendere , vel cognitiones causarum audire præsumat , nec subsunt Inquisitoribus.] Ibidem,§.32. concedit idem

A Visitatione &c. cum d. reg. c. Volentes.

quod suprà n.7.13.& 16. Et Bulla hæc Cælestini fuit ab Eugenio IV.an.1434. confirmata ex certa scientia, nonobstante non vsu, vel præscriptione, &c. B. Ad decorem, 18. apud Roder.

Idem eod.an.1294.Eremitis S.Aug.concedit quod suprà,n.17.Et similiter quod suprà,n.7. 13.16. B. Dum sollicitæ,1. in eorum Bullar.ex orig.in Ord.arch.Romæ,n.1. 20 *Idem quod n.17.& 7.*

Bonifacius VIII.an.1295.Minoritis idem & iisdem verbis concedit,quod suprà,n.17.B.Inter cæteros,in Spec.Minor.tract.1.fol.14.& 6. apud Vvad.in reg.to.2.ex Reg.Vat. epist.635. 21 *Ab omni iurisdictione, &c.*

Idem an.1298.Eremitis S.Aug. eadem adhuc fusiùs concessit, B. Sacer Ordo vester, 8. apud Roder.& est in Mari magno Aug.n.31. Et ibi authenticatur & innouatur ab Eugenio IV.an. 1439.B.Ex Apostolicæ.Et ex certa sciētia cōfirmatur à Nicolao V. an. 1450. B.Sinceræ:& ab ipso Maris magni authore Sixt.IV.an.1474.

Benedictus XI.an.1304.Cælestinis.[Inhibemus etiã,ne aliquis Episcopus,vel quæuis alia persona spiritualem vel aliam iurisdictionem habens,vos ad Synodos vel Conuentus forenses,aut ad conuocationes suas accedere,vel cũ eis intra vel extra Ciuitates vel terras processionaliter exire,aut suis Cōstitutionibus subiacere,seu Capitula,scrutinia, & inquisitiones in locis vestris vel alibi, de vobis vel de vestrorũ aliquo,aut fidelitatẽ iuramento firmatã, & manualem obedientiam à vobis aut Prioribus & Superioribus vestris exigere,seu etiam prohibere ne ad Ciuitates seu villas & ad 22 *Varia genera.*

loca quælibet, vbi religiosè & honestè morari possitis, audeatis accedere, ibíque prouestris vsibus ædificia, Monasteria, Ecclesias, seu Oratoria ex permissione & indulto nostro construere liberè valeatis, nec in accedentes Fratres & Monachos vestros seu constructores huiusmodi seu receptatores eorum, excommunicationis vel interdicti sententias possint proferre.] B. Religiosam, 2. apud Cher. §. 12.

23 *Ab omni iurisdictione.*

Idem eod. an. Minoritis concessit quod sudrà, n. 17. B. Inter cæteros, 12. apud Vvad. in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. ep. 19. & in Spec. Min. tr. 2. fol. 31. Et 1. apud Roder. vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmant.

24 *Derog. cap. Volentes.*

Ibidem concedit quod suprà n. 7. 13. 16. Et hanc Bullam confirmauit Bonifacius IX. anno 1394. B. Meritis vestræ, 21. apud Vvad. in reg. tom. 4. ex Reg. Vat. lib. 5. fol. 243,

25 *30 Grauamina.*

Clemens V. cum Generali Concilio Viennensi circa annum 1311. triginta recenset grauamina Religiosis illata, à quibus vniuersos Ecclesiarum Prælatos & alios iubet abstinere. Inter quæ 13. est istud: Præsentatos per exemptos ad Ordines, vel beneficia, quorum præsentatio ad eos pertinet nolunt admittere, nisi præsentantes ponant *Obedientiam* in salutatione, Litterarum, quas pro huiusmodi præsentatione transmittunt.] Item 28. est istud: [Quidam statuta faciunt, per quæ derogatur priuilegiis exemptorum.] Clement. *Frequens, De excessibus Prælatorum.*

Ioannes XXII. an 1317. Carmelitis. [Vos

&

& prædictum Ordinem, personas, & Ecclesias, Oratoria, Domos, res alias, & loca vestra, ac spectantia ad eadem, in quibus inhabitatis ad præsens, vel inhabitabitis in futurum, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis, ac personis degentibus in eisdem, in ius & proprietatem Beati Petri, & Apostolicæ Sedis assumimus, illáque à cuiuscunque Diœcesani, & cuiuslibet alterius potestate. iurisdictione, & dominio omnimodè in perpetuum prorsus eximimus. De gratia speciali decernentes ex nunc, vos & Ordinem vestrum, ac personas, Ecclesias, Oratoria, Domos, & loca præfata, ac pertinentia ad eadem, soli Romano Pontifici, & dictæ sedi, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, absque vllo medio subiacere, ita quòd nec locorum Ordinarij, nec alia quæuis persona Ecclesiastica, in vos, & Ordinem, personas, Ecclesias, Oratoria, Domos, & loca prædicta, vt pote prorsus exempta, possint excommunicationis, suspensionis, aut interdicti promulgare sententias, vel aliàs potestatem, seu iurisdictionem aliquam exercere. Quod si forsan quidquam in contrarium à quocunque fuerit attentatum, illud omne sit irritum & inane.] B. Sacer Ordo vester, in Mari magno Carmel. n. 5. 26 *Ab omni iurisdict.* 27 *15. Grauamina.*

Clemes V I. an. 1345. districtè præcipit erga Carmelitas obseruari Constitutionem Greg. I X. quæ incipit *Nimis iniqua*, quæ suprà n. 2. quam vult ad illos extendi. B. Sacræ Religionis, in Spec. Carm. fol. 63.

28 Idem anno 1347. Carmelitis concedit quòd
Derog. cap. Volentes. suprà, n. 7. 13. 16. 24. B. Sacer Ordo vester, in Mari magno Carm. n. 6. Et ibidem præter generalem ex certa scientia confirmationem, à Sixto IV. an. 1476. in specie conceditur, §. 101. Et idem eadem die concessit Eremitis S. Aug. B. Ad vberes fructus, in Mari magno Erem. S. Augustn. 32. vbi innouatur ab Eugenio IV. an. 1439. Bullâ, Ex Apostolicæ. Et ex certa scientia confirmatur à Nicolao V. anno 1450. B. Sinceræ. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474.

29 Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus
Varia gravamina prohibentur. Item derog. cap. Volentes. eadem concedit quæ suprà, n. 15. & 16. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherubinum, §. 27. & 31. quæ & includitur in Mari magno Prædic. Et ibidem ex certa scientia innouatur & confirmatur à Martino V. anno 1417. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. an. 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474.

30 Vrbanus VI. anno 1379. Seruitis. [Vos ve-
A iurisdictione omnimoda Prælatorum, Synodis, visitatione, &c. strásque personas, ac omnia loca vestra tam præsentia, quàm futura, omni iurisdictione, potestate, dominio, visitatione, charitatiui subsidij, subuentionum, & exactionum quarumlibet præstatione necnon à Synodalis & alterius cuiusvis Congregationis euocatione, omnium & singulorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & quorumlibet aliorum iudicũ Ordinariorum, de speciali dono gratiæ plenariè eximimus & totaliter liberamus: vósque, ac personas, & loca ipsa in

ius

ius & proprietatem B.Petri & Sedis Apostolicæ, & sub eorum & nostra protectione speciali & immediatè susciptentes, decernimus vos, ac personas, & loca prædicta, soli & immediatè Sedi prædictæ subiacere. Volentes quòd locorum Diœcesani, vel alia quæuis persona, vos, vel loca prædicta, vtpote prorsus exempta & dictæ Sedi immediatè subiecta, non possint authoritate ordinaria, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut alias sententias specialiter, vel generaliter promulgare; vel aliàs, etiam ratione cuiuslibet delicti, seu contractus, aut rei de qua ageretur, vbicunque committitur delictum, initur contractus, aut res ipsa consistat, potestatem, dominium, aut iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere, fœlicis recordationis Innocentij Papæ IV. Prædecessoris nostri circa exemptos, quæ incipit *Volentes*, & aliis Constitutionibus Apostolicis in contrarium editis nonobstantibus quibuscunque. Nos enim quaslibet excommunicationum, suspensionum, interdicti sententias & quoscunque processus, quasvis pœnas & sententias generales vel speciales continentes, quas seu quos contra vos, seu aliquem vestrûm, vel prædicta loca, contra tenorem & formam præsentium quomodolibet promulgari vel haberi contigerit, irritas decernimus.] B. Sacrosancta, 2. apud Cherub. quæ & includitur in Mari magno Seru. Et ibidem motu proprio, certa scientia, &c. confirmatur ab ipso Maris magni authore, Innocentio VIII. anno 1487.

Derogatio c. Volentes, de priuil. in 6.

Boni

31 *Eadem.*

Bonifacius IX. anno 1391. Carthusianis eadem quæ num. 30. & iisdem verbis concessit B. Sacrosancta, 3. apud Cherub.

32 *Ab omni iurisd. visitatione, &c.*

Gregorius XII. anno 1408. Canonicis Regularibus Sancti Augustini, Congregationis Sancti Saluatoris, concedit quæ suprà, numero 17. & 19. B. Excitat nostræ, 2. apud Cherubinum, §. 3.

33 *Idem quod n 23. & 24.*

Ioannes XIII. anno 1410. Minoritis confirmauit Bullam Benedicti XI. de qua numero 23. & 24. B. Sacra vestra, 5. apud Wadingum, in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol. 176.

34 *Ab omni iurisd. Cum derog. c. Volentes.*

Eugenius IV. an. 1434. Benedictinis Congregationis S. Iustinæ, nunc Cassinensis, Personas, Conuersos, Commissos, Nouitios, Capellanos, Familiares, & Seruitores, & omnia eorum bona, amplissimè eximit ab omni iurisdictione, visitaatione, &c. quorumlibet Legatorum & Officialium Ecclesiæ Romanæ, & Patriarcharum, Episcoporum, & cæterorum Prælatorum Ecclesiarum; cum derogatione cap. *Volentes, De priuil. in 6.* Et adiicit. [Quòd si huiusmodi Legati, aut Ordinarij, seu personæ supradictæ, contra prædictam, vel aliquod prædictorum non solùm facere, sed attentare quomodolibet præsumpserint, & requisiti per eiusdem Congregationis Prælatos, vel Monachos, super notificationem præsentis priuilegij, vt desistant, & id facere neglexerint, infrà tres dies à die requisitionis siue notitiæ, vt præfertur, eo casu ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, &c. [B. Etsi ex debito,

debito,7.apud Rodericum.Item anno 1436.B. Regularem, 9. apud Cherubinum & Rodericum,§.6.

35 *Eadem.*

Idem anno 1439. vniuersis Monialibus S. Claræ, seu Minorissis, idem quod suprà,num. 7. & 17. concedit. B.Licèt Romanus , 18. apud Cherub.29.apud Rodericum, 161. apud Wadingum in reg.to.5.ex Regesto Vaticano, lib. 1. de Regularibus & exhibitis anno 9. fol.174.

36 *A iurisd. Inquisitorum.*

Idem anno 1440. Hieronymitas de Pisis & eorum loca constructa & construenda,bona, &c.vbicũque fuerint,eximit & perpetuò liberat ab omni iurisdictione & potestate Inquisitorum hæreticæ prauitatis qui pro tempore fuerint. B. Ea quæ,inter Bullas impressas cum eorum Statutis,Romæ anno 1573.

37 *Ab omni iurisd.eum derog.cap. Volentes.*

Nicolaus V.anno 1447.iisdem eadem concessit.B Licet Romanus, 13. apud Vvad. in reg.tom. 5.ex Reg.Vat.lib.1. de Regularibus, anno 1.fol. 251. Idem anno 1448. Fratribus Ordinis B. Mariæ de Mercede, confirmauit exemptionem omnium personarũ,bonorum, & locorum,ab omni iurisdictione Ordinariorum locorum.B.Laudibus,in Appendice Bullarij Cherubini impressi Lugduni.

38 *Prohibentur grauamina.*

Idem anno 1450. pro Minoritis. [Licet Fratres, ipsorumque Domus & loca per speciale Sedis Apostolicæ priuilegium, ab omni iurisdictione & Superioritate quorumcunque Ordinariorum sint exempti pariter & immunes, & duntaxat Romano Pontifici, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiecti existant : nihilominus

hilominus nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, &c. eoſdem Fratres moleſtare, perturbare inquietare, capere, carcerare, ac de eorum Domibus inuitos expellere, & detinere præſumunt, in graue ipſorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum huiuſmodi animarum periculum, dictæ Sedis contemptum, &c. Mandamus, quod nulla perſona cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtat, de cætero eoſdem Fratres moleſtare, perturbare, capere, carcerare, vel de eorum Domibus antedictis inuitos expellere quoquomodò præſumat. Quòd ſi forſan quiſpiam contra hanc noſtram Conſtitutionem temerè veniri præſumpſerit, & ab ipſis Fratribus monitus à præmiſſis reſipiſcere quoquomodò contempſerit, excommunicationis pœnam ipſo facto incurrat.] B. Etſi cunctorum, 2. apud Confettium, 3. apud Rodericum, & 85. apud Vvadingum, in reg. tom. 6. ex Reg. Vat. lib. 29. Bullarum Nicolai, fol. 229.

39 *A iuriſd. cum derog. c. Volentes.*

Calixtus III. anno 1457. Monachis S. Saluatoris Meſſan. Ordinis S. Baſilij, conceſſit quod ſuprà, num. 7. & 17. B. Vrget nos, 4. apud Cherub. & apud Bzouium, tom. 17. Annal. an. 1457. n. 18. pag. 212. Quam etiam refert ac motu proprio & ex certa ſcientia confirmat, & præter confirmationem, idipſum in ſuo proprio textu exprimit, Sixtus IV. an. 1472. B. Conſtitutus, apud eundem Bzouium, to. 18. anno 1472. n. 15. pag. 54.

40 *Eadem.*

Sixtus IV. anno 1474. Minimis eadem conceſſit B. Sedes Apoſtolica, 5. apud Cherub. 13.

apud

apud Confertium, 2. apud Peyrinis.

Idem eodem anno Minoritis. [Concedimus eisdem Fratribus, vt in sic concessis & quas eis concedi contigerit Curatis Ecclesiis, possint per Capellanum per eos pro eorum nutu ponendum & amouendum, curam huiusmodi exercere, qui quandiu Capellanatus huiusmodi fungetur Officio, ac si dicti Ordinis Minorum Professor existat, dictorum Fratrum Minorum libertate & exemptione fruatur, Ecclesiæ verò prædictæ & illarum bona, illa qua Domus Fratrum dicti Ordinis prærogatiua lætentur.] In Mari magno Min. §. 13. Idipsum eodem anno & tenore Prædicatoribus concessit. In Mari magno Prædicat. §. 12. Et Eremitis S. Aug. in eorum Mari magno §. 48. Et anno 1476. Carmelitis, in Mari magno Carmel. §. 67. 41 *Exemptio Parochiarum concessarum Fratribus.*

Idem anno 1476. Carmelitis idem concedit quod n. 8. in Mari magno Carmel. §. 75. 42 *A synodis, &c.*

Ibidem § 98. eadem habet quæ suprà, n. 12. & 15. 43 *Grauami-na.*

Idem eodem anno Canonicis Regularibus S. Augustini Congregationis Lateranensis, eadem concedit quæ suprà, num. 30. cum clausula, *Etiam eorum exemptione non aliter allegata, vtpote notoria.* Et in specie numerat exemptionem à processionum euocationibus. B. Dum ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 10. & 11. 44 *A iuri d. cum dereg. c. Volentes.*

Ibidem § 12. idem habet quod suprà, n. 41. quoad exemptionem deseruientium eiusmodi Parochiis. 45 *Capellanorum, &c.*

Idem anno 1477. Carmelitis. [Vos omnes 46

&

Ab Inquisitoribus hæretice prauitatis.

& singulos, ac qui nunc sunt, & pro tempore erunt, eiusdem vestri Ordinis Professores, ab omni iurisdictione, dominio, & potestate Inquisitorum hæreticæ prauitatis, nunc & pro tempore existentium, authoritate Apostolica tenore præsentium prorsus & omninò eximimus, ac perpetuò liberamus; ita quòd deinceps huiusmodi hæreticæ prauitatis Inquisitores, etiam Ordinum Mendicantium, quavis occasione vel causa contra vos aut dicti, Ordinis vestri personas nullatenus inquirere, procedere, aut iurisdictionem aliquam in vos exercere quomodolibet valeant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam quilibet contrafaciens eo ipso incurrat: sed teneamini solùm coram Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, aut dicti Ordinis vestri Protectore, vel curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditore, in causis fidei, aut officium Inquisitorum eorumdem concernentibus, de iure respondere; cum Prædicatorum & Minorum Ordines dicantur similibus priuilegiis insigniti; decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his quicquam quavis authoritate, etiam Apostolica, scienter vel ignoranter contigerit attentari.] Deinde deputat Conseruatores, cum plena potestate, &c. Nonobstantibus, &c. B. Sacer Ordo vester, in Spec. Carm. fol. 96. & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 110. & est 40. apud Rodericum.

47 *Idem.*

Idem anno 1479. [Prædicatorum, in Minorum, & è contra Minorum, Ordinum Inquisitores,

tores, in Prædicatorum, Ordinum Professores quoscunque officio Inquisitionis huiusmodi fungi, illúdque exercere nullatenus possint, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, de præsentibus Litteris specificam & expressam faciente mentionem.] B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherubinum, 2. apud Confertium, 4. apud Peyrinis, 20. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi. Extat & in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 67. & apud Vvadingum, in Annal. tom. 7. anno 1479. num. 6. pag. 63. Vocatur Bulla Aurea.

48 *A iurisd. cum derog. c. Volentes.*

Innocentius VIII. anno 1486. Cisterciensibus eadem concedit quæ suprà, numero 30. Bullâ, Ad Romani, 9. apud Cherub.

49 *Ab Inquisitoribus.*

Idem eodem anno, Minores eximit à iurisdictione omnium Inquisitorum, tam secularium, quàm Regularium; eósque vult Superioribus suis dimitti debere puniendos. Et hoc sub pœnis excommunicationis, &c. Inquisitoribus & aliis contra facientibus. B. Ex debito, 1. apud Roder. & in Spec. Min. tract. 1. fol. 35. Vbi in Summario, sicut & apud Rodericum, dicitur esse tum authentica, tum originaliter, in Conuentu Salmanticensi. Item habetur apud Vvadingum in Annal. tom. 7. anno 1487. n. 8. pag. 208.

50 *Idem. Etiam pro Oblatis & Mantellatis.*

Idem anno 1487. Seruitis. [Domos, Fratres, locáque, necnon personas Oblatas & Mantellatas dicti Ordinis, ipsorúmque omnium bona, sub nostra, ac B. Petri & Apostolicæ Sedis protectione susceptà, etiam ab In-

quisitore hæreticæ prauitatis pro tempore existenti, eiúsque omnimoda iurisdictione penitus eximimus, exemptáque perpetuò fore & esse, motu proprio, & ex certa scientia, authoritate Apostolica decernimus.] In eorum Mari magno, §.33.

51 *Parochiarum.*

Ibidem §.39. concedit quod suprà, numero 41.

52 *Grauamina.*

Iulius II. anno 1506. Minimis eadem concedit quæ suprà, num. 12. & 15. In eorum Mari magno, §.23.

53 *Derog. cap. Volentes.*

Ibidem §.29. concedit quod suprà, numero 7.

54 *Idem quod n. 7. & 17.*

Idem anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti amplissimè concedit quæ suprà, num. 7. & 17. Et addit: [Quod si Legati, Subdelegati, aut Ordinarij, seu aliæ personæ prædictæ, contra exemptionem & libertatem nostram huiusmodi quicquam attentare quoquomodò præsumpserint, ac requisiti vigore præsentium per ipsius Congregationis Prælatos, vel Monachos, infra tres dies à die requisitionis huiusmodi non destiterint, excommunicationis sententiæ ipso facto nouerint se subiectos; & nihilominus quod aliter actum fuerit, eo ipso sit irritum & inane, nulliúsque roboris vel momenti.] B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §.23.

55 *Exemptio omnimoda, &c.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Augustini, Congregationis Sancti Saluatoris, concedit quod num. 7. 17. 41. 49. 50. 54. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §.33. & 35. & 36.

Leo X.

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus concedit eadem quæ suprà num. 34. 54. Bullâ, Etsi à summo, 2. apud Cher. §. 25. 56 *Ab Ord. & dereg. c. Volentes.*

Idem anno 1516. Minoribus iterat quod suprà num. 49. B. Exponi nobis, 12. apud Rodericum. 57. *Ab Inquisit.*

Clemens VII. anno 1525. iisdem idipsum. B. Dum fructus, 7. apud Confettium, 2. apud Rodericum. 58 *Idem.*

Idem anno 1529. Camaldulensibus concedit (addens & Inquisitores hær. prau.) quod suprà, num. 34. 54. 56. B. Inter multiplices curas, apud Bouerium in regesto tom. 1. Annalium, pag. 970. Et authenticatur à Paulo III. anno 1534. B. Rationi', 1. apud Cherub. & apud Bouerium cit. pag. 977. 59 *Ab Ordin. & Inquis. Cum dereg. c. Volentes.*

Idem an. 1530. Carmelitis concedit quod suprà, num. 46. B. Ex Clementi, 31. apud Cher. 5. apud Confettium, 11. apud Roder. 60 *Ab Inquisitorib.*

Paulus III. anno 1546. Minoritis ex certa scientia confirmat & de nouo concedit quod suprà num. 47. 49. 57. B. Romani Pontificis, 3. apud Roder. vbi dicitur haberi authentica in Conuentu Salmant. 61 *Ab Inquisitorib.*

Idem anno 1549. Societati IESV. [Ipsámque Societatem, & vniuersos illius Socios & personas, illorúmque bona quæcunque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcunque Ordinariorum eximimus & liberamus.] B. Licet debitum, 48. apud Cher. 8. apud Roder. 62 *Ab Ordin.*

Iulius III. anno 1550. Ordini Minorum, S. Claræ, & de Pœnitentia, concedit quod 63 *Ab Inquisitorib.*

supra,num.47.49.57.61.B. Dum Regularis,2. apud Roder.

64 *Idem.* Paulus IV.anno 1555.iisdem idipsum concessit. B. Ex clementi,1. apud Cherub. Confer.& Roder.

65 *Idem.* Pius IV. anno 1561. iisdem idipsum. B.Ex clementi,2.apud Roder.

66 *Derogatur partim illi exemptioni ab Inquisit.* Sed idem anno 1562. derogauit prædictæ exemptioni, in quantum statuit,quòd Inquisitores (nisi à Religiosorum Superioribus & Prælatis præuenti fuerint) possint contra quoscunque Regulares de hæresis crimine suspectos inquirere & procedere, ac culpabiles repertos punire,&c.B.Pastoris æterni,51.apud Cherub.6.apud Roder.

67 *A iurisd. Ord. cum derog. cap. Volentes.* Idem anno 1562. Militibus S. Stephani concessit, quæ supra n.30. B.Altitudo, apud Cherub.post Bullam 60.Et anno 1565.Militibus Sancti Lazari Hieros.B.Inter assiduas,95. apud Cherub. §.52.

68 *Infami non possunt sine Superioris consensu.* Gregorius XIII. anno 1584. [In perpetuum statuimus, neminem ex Religiosis sub prædictæ Societatis (Iesv) obedientia degentem, à quibusvis, quacunque Ecclesiastica vel sæculari dignitate seu authoritate fungentibus, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi,Episcopi, vel alij Antistites, & Prælati;necnon Synodi, Communitates, & Capitula quæcunque, aut Officij hæreticæ prauitatis Inquisitores, ac Commissarij, vel Iudices, tam ipsius Officij, quocunque illi nomine censeantur,quàm alij Ordinarij, vel delegati, vel etiam Imperator, Reges,

Reges, & alij seculares Principes, ad quodvis munus officium, vel exercitium obeundum, etiam prætextu quòd alij inibi non inueniantur, à quibus adiuuari possint, absque expresso sui Superioris consensu ac etiam mandato destinari, adigi, vel cogi posse. Decernentes irritum & inane quidquid secùs, &c. Nonobstantibus, &c.] B. Satis superque, in Litteris Apostolicis Societatis, pag. 244.

69 *Ab Ordin.*

Sixtus V. an. 1585. post Gregorium XIII. Clericis Regularibus de Somascha concedit quod suprà, num. 62. Adiiciens & visitationis vocabulum. Nonobstantibus Conciliis Generalibus, &c. B. Æquum, 4. apud Cherub.

70 *Ab Ordinariis, &c.*

Paulus V. anno 1607. Magno Magistro & Militibus de Monte Carmelo. [Militiam prædictam, illiúsque Milites, res & bona, à quibusvis exactionibus, quartis, mediis & aliis quibuscunque grauaminibus, impositis, & quandocumque imponendis, ac superioritate quorumcumque Ordinariorum, etiam perpetuò eximimus, & liberamus, illáque omnimodò iurisdictioni, Superioritati, & obedientiæ dicti Magistri subiicimus & supponimus.] B. Romanus, 41. apud Cherubinum.

EXTREMA-VNCTIO.

Vide verbo *Confessio secularium*, num. 20. 31. 33. 35. 37. 38. 56. 57. *Eucharistia*, n. 5. *Familiares*, num. 3. 4. *Tertiarij*, n. 15. 19.

FAMILIARES.

Vide verbo *Absolutio Fratrum*, num. 12. 13. 19. 25. *Altare*, num. 5. 9. 10. *Interdictum*, n. 11. 15. 19. 21. 24. 26. 28. 29. 30. 31. 36. 37. 40. 41. 51.

1 *Sacramenta pro colonis.*

INNOCENTIVS II. anno 1134. Canonicis Saluatoris Lateranensis. [Ecclesiarum vestrarum Presbyteri, colonorum suorum pœnitentiam, Sacramenta, & cætera Sacerdotalia officia solèniter impleant. [B. Officij, in eorum Priuilegiis, pag. 27. Iisdem idem concessit Vrbanus III. an. 1187. ibidem pagina 119. B. Quanto.

2 *Sacramenta & sepultura.*

Alexander IV. anno 1256. Carmelitis [Ministrandi Ecclesiastica Sacramenta familiaribus vestris, ac tradendi eos sepulturæ Ecclesiasticæ, cùm decesserint, vobis authoritate præsentium, sine alieni iuris præiudicio concedimus facultatẽ. [B. Deuotionis, in Mari magno Carmelitarum, num. 13.

Idem.

Idem anno 1258. Minoritis. [Iis verò qui vestris immorãtur obsequiis cuncta liberè ministrare possitis Ecclesiastica Sacramenta, & ipsos cum decedũt in vestris cœmeteriis sepelire. [B. Virtute conspicuos, 98. apud Vvadingum, in reg. tom. 2. ex autographo subplumbo; & de ea fit mentio in Speculo Minorum, in Summario, vbi dicitur haberi originaliter

Salmanticæ.

Salmanticæ. Idipsum iisdem Clemens IV. anno 1265. B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherubinum, quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Quæ & extat confirmata per Ioannē XXIII. anno 1410. B. Sacra vestra, apud Vvadingum, in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. folio 176. idem Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis, B. Etsi cunctos Ordines, 1. apud Cherubinum, §. 22. Idem Innocentius VI. anno 1353. Eremitis Sancti Augustini (post Clementem VI. inquit) concedit. B. Religionis fauor, 1. apud Rodericum, & in eorum Bullario ex originali in Ordinis archiuio Romæ, numero 1. Idipsum Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus, B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherubinum, §. 10. quæ & includitur in Mari magno Prædicatorum, & ibidem ex certa scientia innouatur à Martino V. anno 1427 B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. anno 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Mari, magni authore Sixto IV. anno 1474. Idem Sixtus IV. anno 1476. Carmelitis in eorum Mari magno, §. 51. Et eodem anno Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Lateranensis. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 17. Idem Paulus III. Societati Iesv, anno 1549. B. Licet debitum, 48. apud Cher. 8. apud Roder.

4 *Eadem magis explicata.*

Leo X. an. 1313. Minimis. [Fratres Ordinis Minimorum huiusmodi dictarum Domorum

famulorum, pro tempore in habitu seculari eis deseruientium, quoties opus fuerit, etiam Paschatis tempore, & in mortis articulo, in eorum Domibus & Ecclesiis huiusmodi confessiones audire, ipsisque & eorum cuilibet Eucharistiæ & Extremæ-Vnctionis Sacramenta ministrare, ac illis & cuilibet eorum inhumationis & sepulturæ beneficia, cuiusvis licentia super hoc minimè requisitâ, impendere licitè valeant.] B. Iis quæ, 41. apud Roder. 4. apud Peyrinis.

5 *Idem.* Idem an. 1516. Sacro approbante Concilio Later. V. sess. 11. [Eorundem verò Fratrum obsequio insistentibus, Sacramenta huiusmodi (Eucharistiæ & Extremæ-Vnctionis) nullatenus ministrare valeant, nisi illiorum durante obsequio.] B. Dum intra mentis, 22. apud Cherub. 1. apud Confet. 45. apud Roder. 26. apud Peyrinis, & in ipso Concilio Later. V. sess. 11.

6 *Absolui à reseruatis Ordinariis.* Author Compendij Fulienſium, verbo, *Casuum reseruatio*, §. 3. hæc testatur. [Confessarij nostri & Superiores Monasteriorum possunt absoluere familiares & Seruitores laïcos, in Monasteriis & grangiis nostris seruientes, à casibus locorum Ordinariis reseruatis & pro tempore reseruandis, non obstante Decreto Clementis VIII. Concessit idem Clemens Carthusiensibus die 26. Martij, 1602.] Hæc ille.

FVNDATORES.

Vide verbo *Oblati*, num. 6.

GENERALIS ORDINIS.

Vide verbis *Absolutio*, *alienatio*, *apostata*, *appellatio*, *correctio*, *Dispensatio*, *Excommunicatio*, *Interpretatio*, *Libri*, *mutatio*, *Officium*, *Reformatio*, passim.

ALEXANDER IV. anno 1256. Carmelitis. [Indulgemus vt successores tui Prior Generalis, qui erunt pro tempore statim postquàm electi fuerint, secundùm Regulam & Constitutiones Ordinis vestri, eo ipso veri eiusdem Ordinis effecti Priores, curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plenè habeant & liberè gerant: ipsósque Fratres authoritate propriâ ligare & soluere valeant, &c.] B. Quia ex Apostolici, in Mari magno Carmelit. num. 30. Quod Sixtus IV. an. 1476. ex certa scientia confirmat & adiicit ibidem, §. 68. quòd idem Generalis Prior sic electus, [Postquàm electionis sibi præsentato decreto consenserit, intelligatur authoritate Apo-

1 *Statim post electionem est Generalis.*

ſtolicâ confirmatus eo ipſo, & liberè adminiſtret, &c.

2 *Eligere diem lucrandæ indulgentiæ.*

Paulus III. anno 1549. Societati IESV. [Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti Fidelibus vbilibet commorantibus, verè pœnitentibus & confeſſis, ſeu temporibus à iure ſtatutis confitendi propoſitum habẽtibus, qui aliquam Eccleſiam, aut alium pium locum dictæ Societati, ſemel ſingulis annis, præter annum Iubilæi, in die per pro tempore exiſtentem dictæ Societatis Præpoſitum eligendo, à primis veſperis vſque ad occaſum Solis eiuſdẽ diei incluſiuè, deuotè viſitauerint, & inibi Orationem Dominicam ac Salutationem Angelicam recitauerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, ac remiſſionẽ in forma Iubilæi, concedimus.] B. Licet debitum; 8. apud Rodericum 48. apud Cherubinum. §. 30.

3 *Idem poteſt Superior cuiuslibet loci.*

Gregorius XIII. anno 1578. prædictum priuilegium extendit. [Quòd prædicta indulgentia omnibus & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſti Fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, & Sacrosãctæ Euchariſtiæ cibo refectis, qui Circunciſionis Dominicæ, vel alio per præfatum Euerardum Præpoſitum, ſeu viſitandi loci Superiorem, ſemel pro ſemper nominando die, quamlibet ex dictæ Societatis Eccleſiis, ſeu Capellis, aut piis locis, vbicunque Societatis huiuſmodi Religioſos habitare contigerit, dummodò ſi plures eiuſdem Societatis Eccleſiæ in eadem Ciuitate, terra, vel loco fuerint, vna tantùm ex eis ad id per illius Generalem Præpoſitum

Præpositum statuatur, annis singulis deuotè visitauerint, & inibi quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam recitauerint, vel alias ad Deum Orationes pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, fideique Catholicæ incremento effuderint, & aliàs iuxta illius continentiam & tenorem suffragetur, indulgemus.] B. Quanta, 22. apud Rodericum. Quam & citat Cherubin. loco citato, num. ptæced.

HABITVS.

CLemens IV. an. 1265. Minoritis. [Inhibemus vt nulli, siue sit in Religionis Ordine, siue extra Ordinem constitutus, habitum vestrum, aut ita consimilem quòd propter eum Frater Minor credi possit, deferri liceat absque mandato Sedis Apostolicæ speciali. Et vt dicta inhibitio maiorem consequatur effectum, statuimus vt hi qui habitum vestrum. vel ibi prædicto modo consimilem deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum per Diœcesanos locorum, quùm à vobis requisiti fuerint, monitione præmissâ, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compellantur.] B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherub. §. 20. Quæ & includitur in Mari magno Minor. & ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439.

1 *Similitudo prohibetur, pro Minoritis.*

B. Licet

B. Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an. 1474. Et eadem extat confirmata per Ioannem XXIII. an. 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Wadingum in Reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. ann. 1. fol. 176. Eadem prorsus Cælestinus V. an. 1294. Cælestinis; & addit: [Quòd si iidem Diœcesani, vel Ordinarij, id efficere malitiosè fortè neglexerint, postquàm à vobis vel nuntiis vestris super hoc requisiti fuerint, in suspensionis laqueum incidant ipso facto.] B. Et si cunctos, 1. apud Cherub. §. 27.

Pro Cælestinis.

Quam Eugenius IV. an. 1434. ex certa scientia confirmauit. B. Ad decorem, 18. apud Rodericum. Pro Prædicatoribus quoquè Gregorius XI. an. 1374. idem statuit quod pro Minoribus suprà. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherub. §. 21. Quæ & includitur in Mari magno Prædicat. Et ibidem ex certa scientia innouatur & confirmatur à Martino V. an. 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis: & ab Eugenio IV. ann. 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. ann. 1474.

Pro Prædicatoribus.

In fauorem item Carmelitarum eadem quæ suprà pro Minoritis & eodem tenore constituit Sixtus IV. in Mari magno Carmel. § 96.

Pro Carmelitis.

Pro Seruitis etiam Innocentius VIII. an. 1487. & adiicit: [Nullàque mulier Pynzochera, Soror, aut Mantellata, siue Monialis alterius Ordinis, habitum Monialium, Sororum, Pynzocherarum, siue Mantellatarum dicti Ordinis, vel illi consimilem quòd ipsius personæ censeri possit, deferre valeat absque Sedis

Pro Seruitis vtriusque exus.

Aposto

Apostolicæ licentia speciali ; itavt quicunque illum aliter gestare repertus fuerit, correctioni Generalium, & Prouincialium Ordinis huiusmodi iuxta illorum arbitrium puniendus subiiciatur.] In Mari magno Seruit. §. 50. Pro Minimis idem quod suprà pro Minoribus statuit Iulius II. ann. 1506. In Mari magno Minimorum, §. 16. Sicut & Leo X. an. 1519. adiiciens pœnam excommunicationis latæ sententiæ summo Pontifici reseruatæ. B. Licet aliàs, 9. apud Peyrinis. *Pro Minimis.*

Pro Capucinis idem sub eadem pœna prohibet Paulus III. an. 1536. B. Cùm sicut nobis, apud Bouerium, in Regesto tom. 1. Annalium Capucinorum, pag. 986. & B. Exponi Nobis, 11. apud Cherub. & apud Bouerium in Annalibus tom. 1. an. 1536. n. 33. pag. 221. Et Pius IV. an. 1560. B. Pastoralis, ibidem an. 1560. n. 2. pag. 567. Quod confirmat Gregor. XIII. ann. 1581. B. Regularium, apud Bouerium in Reg. tom. 2. pag. 943. Et Gregorius XIV. an. 1591. tum vniuersim, tum in specie respectu Fratrum Minorum Conuentualium Reformatorum, & Eremitarum quorundam vagorum. B. Beati, 11. apud Cherub. & apud Bouerium cit. tom. 2. pag. 951. Ac tandem Gregorius XV. an. 1621. referens ex integre præfatam Constitutionem Gregorij XIII. B. Ex iniuncto, 15. apud Cherub. Pro Carmelitis Discalceatis idem statuit Sixtus V. an. 1587. B. Decet Romanum, 8. in Appendice Roderici. *Pro Capucinis.* *Pro Carmelitis Discalceatis.*

Sixtus IV. an. 1482. Re legitimis argumentis 2 *Determina-*

ris coram ipso comprobatâ, declarat verum colorem habitus Carmelitarum esse griseum de lana non tincta, ad nigredinem tendentem. Et reuocat quoad hoc suas præcedentes Litteras anni 1473. quibus præceperat vt omnes Clerici dicti Ordinis gestarent tunicas nigras, de lana tinctas. B. Licet exactè, quam P. Iustinus in suo Bullario MS. ait esse originaliter Romæ in Ordinis Archiuio.

IMMVNITAS LOCORVM.

Vide verbo *Excommunicatio*, numero 2. 4. 11. 13. 20. 28. 31. 34. 35. 38. *Exemptio*, ferè per totum. *Interdictum*, numero 5. 20. *Sepultura* num. 6. 8.

1 *A violentia.*

ALEXANDER III. anno 1176: Carthusianis. [Ad hæc, authoritate Apostolicâ arctiùs interdicimus, & sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis infra terminos vestros, vel domotum vestrarum, hominem cupere, furtum, seu rapinam committere, vel homicidium facere audeat, aut homines ad Domos vestras venientes, vel ab eis redeuntes, quomodolibet perturbare.] B. Cùm vos, 7. apud Cher. §. 2.

Innocentius III. anno 1209. Fratribus Sanctissimæ Trinitatis. [Paci & tranquillitati vestræ

yestræ paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes, authoritate Apostolicâ districtiùs inhibemus, vt infra clausuram locorum vestrorum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere seu violentiam audeat exercere.] B. Operante, 9. apud Cher. §. 12. 2 *Idem.*

Gregorius IX. anno 1230 Minoritis, iisdem verbis concedit idem quod num. 2. B. Is qui Ecclesiam; quam ex Reg. Vat. num. 22. refert Vvad. tom. 1. Annal. p. 413. Item Innocent. IV. anno 1247. Siluestr. B. Religiosam, 5. apud Cher. §. 14. Et anno 1254. Augustinianis, B. Religiosam, in eorum Mari magno, n. 27. quæ cõfirmatur ibidem vt dicitur infrà n. 4. Item Alexãder IV. anno 1258. Camaldulensibus, B. Officij nostri, 11. apud Cher. §. 17. Item Vrbanus IV. Eremitis S. Aug. B. Religiosam, 9. in eorum Bulla. ex auth. in Ord. arch. Romæ, 9. Item Nicolaus IV. anno 1288. Clarissis, B. Olim dilectus 16. apud. Vvad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. ep. 128. Item Bonifacius VIII. an. 1296. iisdem, B. Religiosam, 11. loc. cit. ex Reg. Vat. epist. 82. Item Clemens VI. iisdem, anno 1343. & 48. B. Religiosam 40. & 158. apud eundem in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. tom. 6. epist. 1767. & lib. 2. epist. 901. Item idipsum à Clemente IV. anno 1268. Eremitis S. Aug. B. Religiosã, concessum innouauit Martin. V. ann. 1425. B. Sinceræ: 3. in eorum Bull. ex õrig. in Ord. arch. Romæ, n. 3. Item Sixtus IV. an. 1476. Carmelitis, in eorum 3 *Idem.*

Mari

Mari magno, §.81. Idipsum etiam statuerunt multi pro Canonicis S. Saluatoris Lat. vt habetur in eorum Priuilegiis : veluti Greg. IX. ibidem pag.137.

4 *Ab Ordinum celebratione & aliis conuentibus.*

Innocentius IV. anno 1254. Eremitis D. Augustini. [Prohibemus, vt nullus Episcopus, vel quælibet alia persona, ad Domos vestras causa Ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos conuentus publicos conuocandi venire præsumat. B. Religiosam, in Mari magno Augustinianorum, n.16. Quæ confirmatur ibidem, simpliciter quidem ab Eugenio IV. anno 1439. B. Ex Apostolicæ : At ex certa scientia à Nicolao V. anno 1450. B. Sinceræ : & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Idipsum iisdem Alexander IV. anno 1255. B. Religiosam, 3. in eorum Bullar. ex orig. in Ord. arch. Romæ, n.3. in qua & datur quod suprà, n.2.

5 *A violentia.*

Clemens IV. anno 1265. Prædicatoribus. [Vt nullus de cætero Ecclesias, aut loca vestra, ausu temerario præsumat infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere, aut horitate præsentium districtiùs inhibemus. Illi verò qui Diuini postposito timore nominis, secùs facere præsumpserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, à qua non possint absolui, nisi per Sedem Apostolicam, vel per Conseruatores ab ea vobis, aut eidem Ordini deputatos.] B. In quibusdam locis, 6. apud Confertum. 3. apud Rodericum, vbi dicitur haberi authentica & originalis in Conuentu Sancti Francisci Salmant. Eadem data

fuit

fuit postmodum Minoribus eodem anno, & est 6. apud Vvad. in reg. tom. 2. & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 29. vbi dicitur haberi sub authentico in Conuentu Rothom. Quæ & fuit iisdem Minoritis innouata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Vvading. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. in libro 1. anni primi, folio 176. Verùm, quoad absolutionem quæ hìc reseruatur, habetur Leonis X. oraculum 31. apud Rodericum, ad instantiam & sub attestatione Gabrielis Merini Archiepiscopi Barrensis & Episcopi Legionensis, die 21. Iulij 1517. quo Minoritis [Concessit quòd infringentes, vel aliquam violentiam in Ecclesiis vel locis eorundem Fratrum facientes, ab excommunicatione propter hoc incursa possint absoluere in foro conscientiæ.] *Absoluere ab excõmunicatione.*

Cælestinus V. anno 1294. Congregationi Cælestinorum, idem concedit quod num. 4. B. Etsi cunctos Ordines, 1. apud Cherub. §. 14. Quam Eugenius IV. anno 1434. ex certa scientia confirmauit, B. Ad decorem, 18. apud Roder. Et idem fuit multoties concessum Canonicis Saluat. Later. vt habetur in eorum Priuilegiis: veluti à Greg. IX. ibid. pag. 135. 6 *Ab Ordinum celebratione, &c.*

Bonifacius IX. Prædicatoribus eadem prorsus quæ Clemens IV. suprà, n. 5. concedit. B. Sacræ Religionis, 1. apud Confettium. 7 *A violentia.*

Eugenius IV. anno 1434. Benedictinis Congregationis Sanctæ Iustinæ. [Nec Congregationis personæ huiusmodi, quòd in eorum locis Missæ aut alia diuina officia celebrentur, 8 *Ab officiis diuinis, processionib. cõuentibus, &c.*

Ordines conferantur, vel agitentur cauſæ ciuiles, ſeu criminales, proceſſiones conuocentur, aut Synodus, conuentus, ſeu quæuis Congregationes tam Eccleſiaſticarum, quàm laïcarum perſonarum congregentur, ſiue quòd huiuſmodi Congregationis loca ad vſum, hoſpitium, habitationem, detentionem, & incarcerationem Eccleſiaſticarum aut laïcarum perſonarum deputentur, aſtringi, ſeu cogi aliqualiter valeant; contráque omnia aut aliquod prædictorum quæuis perſona cuiuſcunque conditionis, vt præfertur, aut ſtatus exiſtat, attentare præſumens, niſi factâ ei de huiuſmodi indulto notitiâ deſtiterit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.] B. Etſi ex debito, 7. apud Roder. Idem anno 1436. repetit, B. Regularem, 9. apud Cher. & Roder. §. 7.

9 *Ab Ordinũ celebr. &c.*

Sixtus IV. anno 1476. Carmelitis idem conceſſit quod n. 4. & 6. In Mari magno Carmel. §. 75.

10 *Ab Officiorũ celebrat.*

Idem eodem anno Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini Congregationis Later. [Statuimus, vt nullus inuitis Canonicis huiuſmodi, prorſus audeat in eorum Eccleſiis, ſeu Monaſteriis, aliquod officium mortuorum, vel alia celebrari facere, etiamſi apud eos corpora defunctorum ſepeliri contingat.] B. Dum ad vniuerſos, 10. apud Cher. §. 38.

11 *Locorum immunium declaratio.*

Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis. [Cùm inſuper ad Eccleſias eorundem Fratrum Seruorum refugientes, à Iure & Apoſtolicis priuilegiis conceſſâ ſecuritate gaudeãt, & nonnul

nonnulli in dubium reuocent interdum, quid Ecclesiæ appellatione contineatur ; ad tale dubium submouendum, Domos ipsorum Fratrum Seruorum, cum hortis, hortalitiis, claustris, officinis, & locis omnibus, infra illorum ambitum comprehendi , & dictâ immunitate gaudere, motu proprio, ex certa scientia, authoritate Apostolicâ declaramus ; immunitatem ipsam, quatenus expediat , ad illa etiam extendentes.] In eorum Mari magno, §. 57.

12 *Ab officiis diuin. &c.*

Iulius II. anno 1507. Benedictinis Congregationis Montis Oliueti eadem concedit quæ suprà , numer. 8. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 24.

13 *Eadem.*

Idem anno 1512. Canonicis Regularibus Sancti Augustini Congregationis Sancti Saluatoris eadem concedit: & adiicit; [Imò quòd neque ipsi Episcopi, seu Ordinarij, & alij quicunque ad huiusmodi loca accedere , seu in ipsis immorari , ipsis Canonicis inuitis vllo modo præsumant.] B. Inter cæteros, 30. apud Cherubinum, §. 32.

14 *Eadem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus eadem quæ suprà, n. 8. & 12. concedit. B. Etsi à summo, 2. apud Cher. §. 26.

15 *A violentia.*

Pius IV. anno 1560. pro Fratribus Militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani testatur, quod Leo X. [Manus violentas in eos, qui ad Ecclesias , seu Domos eiusdem Religionis pro sua salute confugerent, per quempiam iniici, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnâ prohibuerat.] Quódque idipsum fuit à Paulo III. ex certa scientia confirmatum.

Quod & ipse pari scientia confirmat. B. Circunspecta, 9. apud Cherub. §. 44.

16 *Idem.* Idem anno 1565. Fratribus Militibus Sancti Lazari Hieros. idipsum concedit. B. Inter assiduas, 95. apud Cher. §. 108.

17 *Idem.* Pius V. anno 1567. iisdem idipsum. B. Sicuti bonus, 28. apud Cherub. §. 49.

18 *Ab officiorū celebr.* Idem eodem anno, pro omnibus Mendicantibus. [Mandamus etiam vniuersis locorum Ordinariis, ne mortuorum officia agere Rectores Parochialium in Ecclesiis ipsorum Fratrū contra illorum voluntatem, permittant.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherubinum, 7. apud Rodericum & Peyrinis. Et habetur authentica in arch. Conuentus Carm. Rhedon. vt testatur P. Iustinus in suo Bullar. MS.

INDVLGENTIÆ CONCESSÆ Carmelitis in particulari, vel Regularibus cunctis vniuersim.

Vide verbo *Absolutio Fratrum*, num. 14. 19. 28. 33. 38. *Excommunicatio*, post n. 77. *Oblati*, n. 6. *diuinum*, numero 17. *Visitatio*, numero 1.

QVOD foret immensum & velut impossibile, cunctas referre indulgentias, quæ singulis Religiosis Ordinibus, vel eorum instituto, fuerunt concessæ; vnde quantùm ad illas

illas Lectorem hîc ſemel remittendo ad propria Ordinum ſingulorum monumenta; eas ferè tantùm in tribus hiſce titulis refero, quæ Carmelitis, vel Religioſis omnibus, aut illorum cauſa ſecularibus, directè conceduntur.

Eugenius IV. anno 1431. [Vt ipſi Fratres in humilitatis & paupertatis ſpiritu, ac caſtimonia, virtutum Domino famulantes, ad huiuſmodi mitigatam Regulam obſeruandam feruentiùs animentur; omnibus & ſingulis Fratribus dicti Ordinis, præſentibus, & futuris, duntaxat qui Regulam iſtam ſic vt præmittitur moderatam obſeruauerint, ſeu in obſeruantia ipſius vixerint, vt Superiores ipſorum dicti Ordinis, vel alius quicunque idoneus eiuſdem Ordinis Sacerdos, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantùm in mortis articulo plenam remiſſionem in ſtatu & ſinceritate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia & deuotione noſtrâ vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, necnon Obſeruantiâ prædictâ perſiſtentibus, authoritate Apoſtolicâ concedere valeant, deuotioni ipſorum, tenore præſentiũ indulgemus. Et ne, quod abſit, propter huiuſmodi gratiam, Fratres prædicti reddantur procliuiores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quòd ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi, prædicti Fratres aliqua fortè committerent, quoad illa, prædicta remiſſio nullatenus ſuffragetur. Et inſuper quòd per

1 *Plenaria ſemel in articulo mortis. Cum quibuſdam oneribus.*

vnum annum, ex quo noſtra præſens conceſſio ad eorundem Fratrum pro tempore exiſtentium notitiam peruenerit, computando, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, ieiunent. Quòd ſi prædictis ſextis feriis, ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſeruantiâ, injunctâ pœnitentiâ, voto, vel aliàs ieiunare teneantur, vna alia die ſingularum ſeptimanarum eiuſdem anni, quâ ad ieiunandum non ſint aſtricti, ieiunent. Et ſi in dicto anno, vel aliqua eius parte eſſent legitimè impediti, anno ſequenti, vel aliàs quam primùm potuerint, modo ſimili, ſupplere ieiunium teneantur. Potrò ſi aliàs forſan prælibatum ieiunium in toto vel in parte adimplere commodè non potuerint, eo caſu Superiores ipſorum, ieiunium ipſum in alia pietatis opera, provt ſaluti animarum illorum viderint expedire, commutare valeant, quæ ipſi pari modo debeant adimplere.] B. Romani Pontificis, 3. apud Cherub. Et includitur in Mari magno Carm.n.8.

2 *Plenaria ſemel in vita, & in mortis articulo, ſine onere.*

Sixtus IV. anno 1476. [Illis ex eis qui iuxta huiuſmodi Regularia inſtituta dicti Ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, & eiuſdem mitigationem antedictam, noſtrámque declarationem huiuſmodi vixerint, vt Confeſſor idoneus, quem quilibet eorum vtriuſque ſexus de ſuorum Superiorum conſenſu duxerit eligendum, eorum confeſſione diligenter auditâ, ſemel in vita & in mortis articulo, plenariam omniũ ſuorum peccatorum remiſſio

remissionem & indulgentiam impendere valeat, authoritate Apostolicâ tenore præsentium gratiosè concedimus.] In Mari magno Carm. §. 101.

Hîc adiicio insignem Gregorij XIII. concessionem Religiosis Societatis IESV, anno 1582. Vt ipsi ante Altare Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, in ipsius Societatis Ecclesiis, orationes ad Deum pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, &c. aut aliàs pro cuiusque peculiari deuotione fundendo, omnes & singulas indulgentias, etiam plenarias consequantur, quas consequerentur, si indulgentiarum ipsarum diebus Ecclesias & loca pia his decorata, in locis, in quibus eosdem Religiosos moram trahere contigerit, visitarent. B. Cùm sicut, in Litteris Apostolicis Societatis, pag. 196. Quod & priùs concesserat Pius V. anno 1566. Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis, visitando in Ecclesia Monasterij vbi residunt, tria aut quatuor Altaria & in eis quinquies Orationem Dominicam & toties Salutationem Angelicam deuotè recitando. B. Fides, in eorum Priuilegiis, pagina 544.

3 *Eccorum omnium in quibus manent.*

Paulus V. anno 1606. pro quibuscunque Regulatibus. [Omnibus Christi Fidelibus, qui canonicè & iuxta Ordines cuiuslibet Religionis & Constitutiones Apostolicas habitum Regularem à legitimis Superioribus causa profitendi in illo susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam Religionem, si verè pœnitentes & confessi Sanctissimum

4 *Plenaria in die ingressus.*

Plenaria in profeſſione.

Plenaria in feſto principali Ordinis.

Plenaria in articulo mortis.

Plenaria celebrantibus primam Miſſam, & intereſſentibus. Plenaria pro exercitio decem dierum.

Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, Plenariam. Ac cuilibet Nouitio, qui pœnitens & confeſſus, ac ſacra Communione refectus poſt completum probationis annum profeſſionem emiſerit, etiam Plenariam. Necnon cuilibet Religioſo inter clauſtra ſui Monaſterij viuenti, qui in Feſto principali ſui Ordinis confeſſus, & ſacrâ Communione refectus fuerit, aut Miſſam recitans pro Chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderit, etiam Plenariam. In cuiuſlibet verò mortis articulo, ſi pariter verè pœnitens & confeſſus, ac ſacrâ Communione refectus, vel quatenus id facere nequiuerit, ſaltem contritus nomen IESV ore, ſi potuerit, ſin autem, corde deuotè inuocauerit, etiam Plenariam. Qui verò ad Presbyteratus Ordinem canonicè promotus & confeſſus primam Miſſam celebrabit, necnon etiam iis Religioſis, qui pariter confeſſi ac ſacrâ Communione refecti eidem Miſſæ interfuerint, aut ipſo die Miſſam ſimiliter celebrabunt, etiam Plenariam. Iis verò qui de ſuorum Superiorum licentia à negotiis per decem dies alieni in Cella commorabuntur, aut ab aliorum conuerſatione ſeparati in piorum librorum & aliarum rerum ſpiritualium animos ad deuotionem & ſpiritum inducentium lectionibus operam ſuam dederint, addendo ſæpè conſiderationes & meditationes Myſteriorum fidei Catholicæ, diuinorum beneficiorum, quatuor nouiſſimorum, Paſſionis

Domini

Domini Nostri Iesu Christi, & aliorum exercitiorum, orationum iaculatoriarum aut vocalium, saltem per duas horas in diem & noctem orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore Confessionem generalem, aut annualem vel ordinariam, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, aut Missam celebrauerint, quoties pro quolibet prædictorum exercitiorũ Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea iidem Religiosi intra claustra viuentes, qui suam Ecclesiam deuotè visitauerint, & vt præfertur orauerint, consequantur easdem indulgentias, quas visitantes Ecclesias Vrbis & extra eam diebus Stationum consequuntur, in omnibus diebus, perinde ac si ipsas Vrbis Ecclesias personaliter visitarent. Omnibus item Religiosis intra claustra vt suprà viuentibus, qui quinquies Orationẽm Dominicam & toties Salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesiæ in quolibet die quinque annos & totidem quadragenas. Iis verò qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes aut extra claustra degentes, tanquàm Prædicatores & Lectores, quinquies eamdem Orationem Dominicam & toties Salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixerint, etiam quinque annos & totidem quadragenas. Necnon etiam eisdem Religiosis qui per mensem integrum singulis diebus spatio mediæ horæ orationem mentalem fecerint, ac confessi &

Indulgentiæ Stationum visitantibus Ecclesias suas.

5. anni & 5. quadragenæ.

60. anni & 60. quadragenæ.

ſacrâ Communione vltima Dominica menſis huiuſmodi refecti fuerint, ſexaginta annos & totidem quadragenas. Qui verò contrito corde & pœnitentes eorum culpas & peccata, ac imperfectiones in Capitulis culparum accuſabunt, & ſpiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos & totidem quadragenas. Quotieſcunque autem de licentia Summi Pontificis aut ſuorum Superiorum in ditiones & terras Infidelium aut Hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel Infideles aut Hæreticos ipſos ad fidem Catholicam conuertendum, & Eccleſiæ gremio reducendum miſſi fuerint, ſi pœnitentes & confeſſi ac ſanctiſſimâ Communione refecti fuerint, vel Miſſam celebrauerint, vt meliùs ad huiuſmodi opus ſeſe parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri ſeſe accingent, & quando in Prouinciam vbi prædicta opera eis exercenda erunt, ingreſſi fuerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino patiter concedimus & elargimur. Et inſuper cum Superior in viſitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono viſitationis progreſſu collocare voluerit, iis Religioſis, qui dictis orationibus ſaltem ſpatio duarum horarum in diuerſo tempore interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Rom. Pontificis ſalute, ac S. M.E. exaltatione, necnon diſciplinæ & obſeruantiæ regularis augmento pias ad Deum preces;

3. anni & 3. quadragena.

Plenaria bis pro Miſſionariis.

Plenaria pro oratione 40. horarum in viſitatione.

ces, vt suprà dictum est effuderint, si confessio & sacrâ Communione refecti fuerint aut Missam celebrauerint, Plenariam similiter omnium peccatorum indulgentiam & remissionem, vt præfertur concedimus. Volumus autem vt omnes supradictæ indulgentiæ & gratiæ Religiosis Regularibus cuiusvis Ordinis, tam Monastici, quam Mendicantis duntaxat, vt præfertur, concessæ, etiam omnibus Monialibus cuiusvis Regulæ approbatæ & intra claustra cum tribus votis solemnibus viuentibus & perpetuam clausuram seruantibus, tam Ordinariis locorum, quàm etiam Regularibus cuiuscunque Ordinis, Regulæ, & Instituti subiectis suffragentur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Cæterum omnes & singulas indulgentias quibuscunque Ordinibus & Institutis Regularibus huiusmodi, etiam Mendicantibus, & quibuslibet personis Regularibus, tam vigore priuilegiorum & Litterarum Apostolicarum, quàm viuæ vocis oraculo, aut aliàs quouis modo per quoscunq; Romanos Pontifices Prædecessores nostros ac NOS & Apostolicã Sedem hactenus cõcessas, cõfirmatas, & approbatas & innouatas, authoritate & tenore prædictis perpetuò reuocamus, cassamus, annullamus & abrogamus, & ad præsentiũ nostrarũ Litterarũ præscriptũ reducimus.] B Rom. 8. apud Peyrinis, 21. apud Cherub. Et habetur authenticè in arch. Cõuent. Rhedonensis Carm. capsulâ OO. PP.

Indulgentia prædicta sunt etiam pro Monialibus.

Reuocantur indulgentiæ aliæ.

Idem an. 1609. Fulensibus. [Vt quicunque Regulares Congregationis huiusmodi infirmi

5 Pro Infirmis.

infirmi & ſenio confecti, qui pro conſequendis indulgentiis, peccatorum remiſſionibus,& pœnitentiarum relaxationibus, ſibi & eorum Congregationi hactenus conceſſis, Eccleſias ſeu Cappellas viſitare,Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere eo die quo ſumendum præſcribitur, orationes fundere, Capitulum adire, ac alia præſcripta facere & adimplere, infirmitatis & ſenij huiuſmodi cauſa nequiuerint, omnes & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes, illis, vt præfertur, conceſſas,& in poſterum concedendas, aliqua tamen pia opera arbitrio eorum Confeſſariorum diebus & temporibus ad illas conſequendas ſtatutis peragendo, conſequi valeant, perinde ac ſi diebus & temporibus huiuſmodi Eccleſias & Cappellas prædictas perſonaliter viſitarent, cæteráque omnia ad id præſcripta facerent & adimplerent, Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò concedimus & indulgemus.] B. Splendor, 14. in eorum Priuilegiis impreſſis Antuerpiæ 1630.

INDVLGENTIÆ CONCESSÆ extraneis intuitu Carmelitarum.

Vide verbo *Confeſſio*, numero 47.60. *Eleemoſyna*, numero 8.9.*Generalis*,n.2.3.*Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus*, &c. *Miſſa*, num.20.

28.29.30. *Missionarij*, numero 5. *Oblati*, n. 6. *Prædicatio*, num. 7.16.

NONNVLLÆ recensentur in speculo Carmel. fol. 64. quas ideò hic non refero, quia sensus tantùm ibi refertur, non propria verba concessionum; quod à meo alienum est instituto.

1 *Porrigentibus manus adiutrices. 10. dies.*

Innocentius IV. anno 1245. [Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli eius authoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui eis manum porrexerint charitatis, decem dies de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus.] B. Quoniam, in Speculo Carmelitarum, folio 61. Et apud Lezanam in Annal. Carmel. an. 1245.

2 *Confratribus Scapularis, 3. partis, cum priuilegio sabbathino.*

Ioannes XXII. anno 1317. vel secundùm alios 1322. publicauit indulgentiam Confratribus Sancti Scapularis concessam & sibi à B. Virgine reuelatam; quòd scilicet primâ die quâ Confraternitatem ingrederentur, lucrarentur indulgentiam tertiæ partis peccatorum; & primo sabbatho post eorum obitum, à Beata Virgine liberarentur è pœnis Purgatorij. B. Sacratissimo vti culmine. Habetur authenticata Rhedonis in archiuio communi Prouinciæ Turoniæ. Habetur autem authenticata per Alexandrum V. anno 1409. B. Tenorem cuiusdam. Cuius & habetur authentica copia in archiuio Carmelitarum Sancti Pauli Leonensis. Et has vtriusque Pontificis litteras in specie confirmat Clemens VII. Bulla citanda

citanda infrà num.8. ibidem authenticata per Paulum III. Hæc verò diplomata Ioannis XXII. & Clementis VII. confirmat motu proprio Pius V. an.1566. B. Supernâ disposi-tione, apud Lezanam in Annal.Carm.an.1322. ex originali cum sigillo plumbeo, quod habe-tur Romæ in archiuio Transpontinæ. Præfi-ctas quoque litteras Ioannis XXII. Alexan-dri V. Clementis VII. & Pij V. recenset, & ex certa scientia confirmat Gregorius XIII. Bulla referenda infrà n.9. Priuilegium verò Sabba-thinum prædictum, seu liberationis à Purgato-rio die prima Sabbathi mortem Confratrum subsequente, confirmatur & declaratur à Pau-lo V. vt refertur infrà n.14.

3 *Appellanti-bus Fratres V. Maria, 3 anni, & 3. quadrag.*

Vrban.VI. an.1379. omnibus Christi Fideli-bus, qui Ordinẽ Carm. & Fratres eiusdem Or-dinis, Ordinem seu Fratres Beatissimæ Mariæ Genitricis Dei de Monte Carmeli, vocauerint, nominauerint, seu appellauerint, si in gratia extiterint, indulgentiã trium annorum, & tot quadragenarum, concessit gratiosè. Viuæ vocis oraculum, relatum sub attestatione & sigillo Bartholomæi tituli Sancti Marcelli Presbyteri Cardinalis Ordinisque Protectoris, in Spe-culo Carmelit. fol. 84. Et apud Lezanam in Annal.Carm.ann.1379.

Sixtus IV. an.1477. Litteris perpetuò valitu-ris, singulas indulgẽtias (non tamen plenarias) dicto Ordini, Ecclesiis, ac personis, in genere vel specie concessas, motu proprio & ex certa scientia confirmauit, & de nouo concessit, sup-plens omnes & singulos defectus, si qui forsan

quoquo

quoquomodò interuenerint in eisdem. Ex quibus numerat sequentes. [Leo IV. Omnibus qui Ecclesias huiusmodi in Festis Natiuitatis Dominicæ, Paschæ, Apostolorũ Petri & Pauli, Pentecostes, Assumptionis, Natiuitatis, Annũciationis, Purificationis Beatæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, Sancti Michaëlis Archãgeli, omnium Sanctorum, in duobus Festis Sanctæ Crucis, Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, Sanctorum Martyrum Fabiani & Sebastiani, & in die Parasceues, & per Octauas prædictarum Festiuitatum, & vocabulis omnium Ecclesiarum dicti Ordinis, deuotè visitarent, & pias eleemosynas largiti forent, seu Domos confractas eiusdem Ordinis reficerent, 7. annos & 12. quadragenas concessit. Et Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius IV. & Innocentius IV. qui dictum Ordinem confirmauit, omnibus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, contritis, & confessis, qui prædictas Ecclesias piè visitarent in prædictis Festiuitatibus & earum Octauis, seu qui Domos fractas eiusdem Ordinis reficerent, vel pro Fabricis ipsarum Ecclesiarum munera darent, vel Confrattiam dicti Ordinis assumerent, & eam intrarent, aut Calicem pro Missis celebrandis, vel toualias, seu mappas erogarent, vel qui in præmissis, aut in quolibet præmissorum, manus porrigerent adiutrices, vel qui in suis testamentis aliquid legarent, tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt.

4 *Visitantibus & porrigentibus, 7. an. & 12. quadrag.*

Visitantibus, aut porrigentibus, 3. part.

Item

Visitantibus 3 pars.

Item Clemens III. Alexander II. Gregor. V. & Gregorius VII. in prædictis Festis, & in quolibet eorundem, similem gratiam largiti sunt. Item Clemens IV. eisdem Christi Fidelibus, qui prædictas Ecclesias visitarent quater in anno, videlicet in quatuor Festiuitatibus eiusdem Dei Genitricis & Virginis Mariæ, 30. annos & totidem quadragenas piè concessit. Item in priuilegio generali Lucij Papæ III. remittuntur ab eodem peccata leuia, offensa parentum, negligentiæ votorum fractorum, dum tamen fractor ad vota rediret, & malè acquisita, si nescitur cui restitui debeant, dummodò prædictis locis seu illorum Conuentibus assignentur. Demùm Innocentius IV. & Gregorius VIII. contulerunt qualibet die cuilibet dicenti Pater noster & Aue Maria, in dictis Ecclesiis semel pro viuis & defunctis, 40. dies indulgentiarum. Rursus Honorius III. & Nicolaus IV. omnibus verè pœnitentibus & manus adiutrices prædictis Domibus porrigentibus, & illarum Fratribus, omnium peccatorum suorum veniam polliciti fuerunt. Honorius IV. omnibus verè pœnitentibus & confessis, dicti Ordinis Ecclesias visitantibus, seu manus illis adiutrices porrigentibus, 40. annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis, videlicet in festo vocabulorum ipsarum Ecclesiarum, & in die sancto Parasceues, necnon in die sanctæ Crucis, ac in Festiuitatibus Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis, Beatæ Dei Genitricis sempérque Virginis Mariæ. Vlteriùs

Visitantibus 30. an. & 30. quadrag.

Orantibus in Ecclesiis, 40. dies.

Porrigentibus plenaria.

Visitantibus, vel porrigentibus 40 an. & 40. quadrag.

Benedi

Benedictus X. omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ter in septimana, videlicet quadragesimali tempore, 2. 4 & 5. Feriis, & etiam in Festis vocabulorum omnium Ecclesiarum dicti Ordinis, necnon diebus sabbatinis ob Beatæ Dei Genitricis Matiæ reuerentiam, & in diebus Dominicis piè visitarent, 40. annos & totidem quadragenas, & omnium peccatorum septimæ partis remissionem, in Domino relaxauit, omnes indulgentias & peccatorum remissiones, à suis prædecessoribus Romanis Pontificibus dicto Ordini concessas in diebus & Festis prædictis duplicando. Ioannes XXII. omnes indulgentias dicto Ordini concessas confirmauit, & 40. annos & totidem quadragenas concessit contritis & confessis, visitantibus Ecclesias dicti Ordinis in Festiuitatibus Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis & Assumptionis Virginis Mariæ. Vrbanus V. omnes indulgentias dicto Ordini concessas confirmauit, atque in Festo Annuntiationis Beatæ Mariæ, dicti Ordinis Ecclesias visitantibus septem annos & duodecim quadragenas relaxauit. Postremo Nicolaus V. omnes indulgentias ac omnia priuilegia dicto Ordini in prædictis diebus & Festis concessas & concessa motu proprio duplicando confirmauit, atque annos septem & totidem quadragenas in Domino relaxauit.] Et adiicit ipse Sixtus IV. [Omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in Conceptionis, Præsentationis, Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, Visitationis, & Assumptionis, Virginis Mariæ Festiuitatibus

Visitantibus 40. an. & 40. quadrag. & 7. part. & duplum precedentium.

Visitantib. 40. ann. & 40. quadr.

Visitantibus 7. ann. & 12. quadrag.

Visitantibus 7. an. & 7. quadr. & duplum precedentium.

Visitantibus & porrigentibus, 0. an. & 30. quadr.

tatibus à primis Vesperis vsque ad occasum Solis, prædictas Ecclesias vbilibet constitutas, necnon per septem dies prædictas Festiuitates immediatè sequentes, ac etiam in diebus vocabulorum earundem deuotè visitauerint annuatim, ac ad præmissas, vel earum aliquam manus porrexerint adiutrices, triginta annos & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus.] B. Dum attentâ meditatione, 38. apud Rodericum. Et in Speculo Carmelitarum, folio 95. & in Speculo Minorum, tractatu 2. folio 104. Extat etiam originaliter sub plumbo in archiuio Conuentus Rhedonensis, capsulâ OO. PP.

5 *Visitantibus & porrigentibus, 30. an. & 30. quadrag.*

Innocentius VIII. anno Incarnationis 1484. 3. Calendas Februarias, Pontificat. primo, Carmelitis. [Omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, veræ pœnitentibus & confessis, qui in Conceptionis, Præsentationis, Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, Visitationis, & Assumptionis dictæ glorioſissimæ Dei Genitricis Mariæ Festiuitatibus, à primis Vesperis vsque ad occasum Solis dictarum Festiuitatum huiusmodi, dicti Ordinis de Monte Carmelo Ecclesias prædictas vbilibet constitutas, necnon per septem dies prædictas Festiuitates immediatè sequentes: ac etiam in diebus vocabulorum eatundem Ecclesiarum deuotè visitauerint annuatim; & ad præmissa (Ecclesiarum scilicet constructionem, conseruationem, ornatum, &c.) vel eorum aliqua, manus porrexerint adiutrices: quaslibet

libet dictarum Festiuitatum & dierum, triginta annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis misericorditer, de specialis dono gratiæ; in Domino relaxamus. Præsentibus perpetuò valituris.] B. Dum attentâ meditatione, quam vidi originaliter & sub plumbo in archiuio Conuentus Rhedonensis, capsulâ OO.PP.

Iulius II. anno 1504. approbat & innouat Litteras Sixti IV. præmissas suprà numero 4. cum omnibus in eis contentis clausulis confirmationis, &c. Et adiicit: [Omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in Concept. Præsent. Natiuitat. Annuntiat. Purificat. Visitat. & Assumpt. ac quæ de mense Augusti celebratur Niuis, eiusdem Beatæ & gloriosissimæ Virginis Mariæ Festiuitatibus à primis Vesperis vsque ad secundas vesperas dierum Festiuitatum huiusmodi, prædictas Ecclesias vbilibet constitutas & construendas, postquàm constructæ fuerint, necnon per septem dies, prædictas Festiuitates immediatè sequentes; ac etiam in diebus dedicationum earundem Ecclesiarum deuotè visitauerint annuatim: ac ad præmissa vel eorum aliqua, manus porrexerint adiutrices, quadraginta annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis, pro qualibet vice quâ contributionem huiusmodi fabricæ fecerint, misericorditer in Domino relaxamus.] B. Ad sacrum Ordinem, in Speculo Carmelitarum, folio 99. Imò eadem (vt refertur per Leonem X. infrà n. 7.) continet & cõfirma- pariter

6 *Confirmatio.*

Visitantibus & porrigentibus 40. an. & 40. quadr.

Litteras Innocentij VIII. præmissas suprà, numero 5.

7 *Confirmantur precedentes.*

Leo X. anno 1514. confirmat & perpetuò de nouo concedit, quoad Prouinciam Turoniæ, Litteras præfatas Sixti IV. Innocentij VIII. & Iulij II. insuper approbat & confirmat, supplendo defectus si qui intreuenerint, & pro potiori cautelâ de nouo erigit & instituit Confraternitatem sub inuocatione Beatæ Mariæ de Recuperantia, per totam Diœcesim Andegauensem & alios circumuicinos fines & limites; ac statuit & ordinat, quòd quælibet persona illam ingrediens & continuans, summam quinque nummorum seu denariorum monetæ Turonensis, singulis annis, vt moris est, pro reparatione & manutentione Domus Andegauensis soluere teneantur: Et derogat quibusvis Litteris Apostolicis in contrarium facientibus, & nominatim concessis Decano & Capitulo Ecclesiæ Andegauensis, per quas erat statutum, quòd nullæ aliæ indulgentiæ præter concessas Confraternitati sub inuocatione Sancti Renati in eadem Ecclesia institutæ, & aliis Christi Fidelibus eandem Ecclesiam visitantibus, absque speciali licentia Decani & Capituli prædictorum, & expressâ earundem Litterarum & indulgentiarum mentione, publicarentur, aut earum prætextu aliquid postularetur, in dicta Ciuitate seu Diœcesi Andegauensi, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, reseruatæ Romano Pontifici nisi in mortis articulo, &c. Denique has indulgentias concessit,

Confraternitatis B. M. de Recuperantiæ institutio.

[Quòd

[Quòd omnes & singuli vtriusque sexus Confratres de dicta Confraternitate Sanctæ Mariæ de Recuperantia pro tempore existentes, verè pœnitentes & confessi, vel de proximo confitendi propositum habentes, celebrationi maioris, vel alterius minoris Missæ, eorum & cuiuslibet ipsorum Ecclesiæ Parochialis, singulis diebus Dominicis interessendo, & ibidem quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam, pro Christi Fidelium animarum salute deuotè recitando, omnes & singulas indulgentias & peccatorum remissiones, per Sixtum, Innocentium, & Iulium prædecessores præfatos, & eorum singulos, Ecclesias Domorum dicti Ordinis, in singulis Beatæ Mariæ Virginis, & aliis Festiuitatibus & diebus prædictis visitantibus concessas, quoties id fecerint, consequantur in omnibus & per omnia, perinde ac si dictæ Domus Andegauensis, vel alias eiusdem Ordinis Ecclesias, in eisdem Festiuitatibus & diebus personaliter visitarent, & de bonis suis pro illarum manutentione & reparatione elargirentur. Quódque omnes Confratres prædicti, similiter verè pœnitentes & confessi, seu etiam confitendi propositum, vt præfertur, habentes, vnam, vel duas Ecclesias, aut duo vel tria Altaria, in partibus vbi singulos Confratres huiusmodi pro tempore residere contigerit, quas, vel quæ quilibet ipsorum duxerit eligendas, vel eligenda, in Resurrectionis, & Consecrationis Corporis Domini nostri, & Assumptionis eiusdem

Confratrum indulgentiæ.

Lucrantur concessas omnes visitantibus nostras Ecclesias, ideò plenariam & ampliùs.

Item indulgentiæ stationum Romæ.

Beatæ Virginis Mariæ Festiuitatibus cuiuslibet anni deuotè visitando, & quinquies Orationem Dominicam & toties Salutationem huiusmodi, ante quodlibet dictorum trium Altarium deuotè recitando, omnes & singulas indulgentias & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, si singulis Festiuitatibus eisdem, singulas almæ Vrbis & extra eam existentes Ecclesias, quæ à Christi Fidelibus propter Stationes visitari solent, personaliter visitarent. Ipsique Confratres in eisdem Resurrectionis, & Consecrationis Corporis Domini Nostri, ac Annuntiationis & Assumptionis Beatæ Mariæ Festiuitatibus cuiuslibet anni, Confessores idoneos seculares, vel quorumvis Ordinum Regulares, quorumcunque locorum eorum idiomatis, qui eosdem Confratres, in ipsis quatuor Festiuitatibus, ab omnibus & singulis eorum excessibus & delictis, etiam in quibusvis casibus, Apostolicæ Sedi non reseruatis, absoluere possint, eligere valeant. Quódque omnes Confratres prædicti præmissa adimplentes, ac ipsorum parentes & consanguinei, necnon, per modum suffragij, animæ eorundem parentum & consanguineorum, quæ per charitatem ab hac luce Christo vnitæ decesserunt, omnium & singulorum Missarum & diuinorum Officiorum, ac suffragiorum, & aliorum bonorum spiritualium totius Ecclesiæ militantis, quæ tam in prædicta Andegauensi, quam omnibus aliis dicti Ordinis Domibus

per

Absolui possunt à reseruatis Episcopo.

Participant bonis operibus, &c. & eorum parentes & consanguinei, etiam defuncti.

per totam Prouinciam prædictam consistentibus fiunt, & pro tempore fient, participes efficiantur.] Ibidem Pontifex pro omnibus, etiam non Confratribus, addit: [Vt qui Ecclesiam Domus Andegauensis huiusmodi, in quatuor Festiuitatibus proximè expressis visitauerint, & similiter dictam Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam ante tria Altaria eiusdem Ecclesiæ Domus Andegauensis huiusmodi, per illius Priorem vel Vicarium pro tempore existentem deputandâ, deuotè recitauerint, & ibidem aliquam portiunculam de bonis suis, pro manutentione & reparatione Domus Andegauensis & illius prædictæ Ecclesiæ, secundùm eorum deuotionem largiti fuerint, easdem indulgentias Stationum prædictarum consequantur, & consequi possint.] Insuper pro singulis Ecclesiis totius Prouinciæ vel Ordinis adiicit Pontifex: [Omnibus & singulis Confratribus præfatis, & aliis Christi Fidelibus vtriusque sexus verè pœnitentibus & confessis, seu propositum confitendi, vt præfertur, habentibus, qui in singulis proximè dictis eiusdem Beatæ Mariæ Festiuitatibus, à primis Vesperis vsque ad secundas Vesperas dierum Festiuitatum huiusmodi, dictam Andegauensem, & alias dicti Ordinis, necnon per septem dies Festiuitates huiusmodi immediatè sequentes, ac etiam in diebus dedicationum Ecclesiarum earumdem, deuotè visitauerint annuatim, & ad præmissa vel eorum aliqua,

Quibuslibet visitantibus Ecclesiam Andegau. & porrigentibus, Stationum Romæ Indulgentia.

Visitantibus alias Ecclesias nostras, & porrigentibus, 40. an. & 40. quadrag.

manus adiutrices porrexerint, quadraginta annos & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentiis pro qualibet vice quâ id fecerint, misericorditer in Domino relaxamus. Ac huiusmodi indulgentias sub quibusvis reuocationibus, suspensionibus, &c. quæ à Sede Apostolica, etiam ratione fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe, seu etiam Cruciatæ, aut aliàs ex quacunque vrgenti & necessaria causa quomodolibet hactenus emanarunt & in posterum forsan emanabunt, minimè comprehensas esse, nec comprehendi debere, sed semper ab illis exceptas existere & censeri, &c. nec illarum publicationem impediri posse decernimus.] B. Cùm ad vberes, quæ extat authentica in archiuio Conuentus Rhedonensis, capsulâ OO. PP. & originaliter sub plumbo in Conuentu Andegauensi. Eadem die executionem & conseruationem dictarum Litterarum commisit Archiepiscopo Turonensi, Episcopo Nannetensi, & Abbati S. Albini Andegauensis, B. Hodie quasdam, ibidem.

Clausula præseruatiua.

8 *Confratribus S. Scapularis absolutio à reseruatis, & indulgentia plenaria semel in vita & in articulo mortis.*

[Clemens VII. anno 1530. [Omnibus & singulis vtriusque sexus Confratribus (Scapularis) & cuilibet eorum, vt aliquem Presbyterum idoneum secularem, vel cuiusvis Ordinis, etiam Mendicantium & de Obseruantia, Regularem, in suum possint eligere Confessorem, qui vita eis comite, eos & eorum quemlibet à quibusvis etiam maioris excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cẽsuris, & pœnis,

à iu

à iure, vel ab homine, quavis occasione vel causa pro tempore latis, & quibuslvis etiam pro tempore irretiti fuerint, etiamsi illorum absolutio Sedi Apostolicæ specialiter vel generaliter (præterquàm per Litteras in Cœna Domini legi solitas) reseruata foret, ac quorumcunque votorum & iuramentorum, necnon Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, periuriorum, simoniæ, & homicidij mentalis, vel casualis reatibus, manuum violentarum in quaslvis personas Ecclesiasticas, non tamen Episcopos vel eorum Superiores, de præterito iniectionibus, ieiuniorum, Horarum canonicarum, diuinorum officiorum, ac pœnitentiarum iniunctarum, in toto vel in parte omissionibus, omnibúsque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus & enormibus, etiam talibus propter quæ Sedes prædicta meritò consulenda foret, in casibus dictæ Sedi qualitercunque reseruatis (exceptis contentis in dictis Litteris Cœnæ Domini) semel in vita & in mortis articulo; de aliis verò dictæ Sedi non reseruatis casibus, toties quoties opportunum fuerit, eorum confessionibus diligenter auditis, absoluere, illísque pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere: Vota verò quælibet (vltramarin. visitation. liminum Beatorum Petri & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, necnon Religionis, & Castitatis, votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare; & iuramenta quæcunque sine tertij præiudicio

relaxare; ac omnium eorum peccatorum, semel in vita, & in mortis articulo, vt præfertur, etiamsi tunc non subsequatur, plenariam remissionem & absolutionem authoritate Apostolicâ impendere possit. Quódque singulis quadragesimalibus, & aliis cuiuslibet anni temporibus, & diebus Stationum Basilicarum, & Ecclesiarum almæ Vrbis Romæ, & extra illius muros, vnam, vel duas Ecclesias, aut vnum, duo, vel plura Altaria, in partibus illis, vbi eos seu eorum aliquem residere, seu quò declinare contigerit, quas, vel quæ, ipsi, vel quilibet eorum duxerint eligendas, vel eligenda, deuotè visitando, tot, & singulas, ac similes indulgentias & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si singulis diebus eadem singulas dictæ Vrbis & extra eam Ecclesias pro Stationibus huiusmodi deputatas personaliter visitarent. Insuper etiam omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, qui pro Monasteriorum & Domorum reparatione, ac Fratrum huiusmodi sustentatione manus porrexerint adiutrices, supradictas indulgentias consequi possint, & consequantur. Omnibus verò & singulis aliis Christi Fidelibus vtriusque sexus, qui dictum Ordinem, illiúsque Domos & Monasteria, Fratres, Sorores, Moniales huiusmodi suis eleemosynis & subsidiis pro tempore iuuerint & manutenuerint, vt ipsi & quilibet eorum, omnium precum, suffragiorum, eleemosynarum, ieiuniorum, orationum, Missarum, Horarum

Indulgentia Stationum.

Aliis porrigentibus eadem indulgentia & participatio spiritualium bonorum vniuersalis Ecclesiæ.

cano

canonicarum, disciplinarum, peregrinationum, & cæterorum spiritualium bonorum, quæ pro tempore in vniuersali Sacrosancta Ecclesia militante fiunt, in perpetuum participes fiant, & omnibus eius meritis gaudeant. Ac omnibus aliis, qui gratiis eorumdem Confratrum gaudere voluerint, aliquam eleemosynam siue charitatem, prout eis ac præsidentibus Confraternitatum huiusmodi visum fuerit, dando & largiendo, gratiarum huiusmodi participes fiant, indulgemus.] B. Ex clementi, 31. apud Cherubinum, 5. apud Confectium, 11. apud Rodericum. Habetur authenticè in Carmelitarum Conuentus Rhedonensis archiuio, capsulâ OO.PP. Vbi etiam extat authenticè alia Bulla Pauli III. quæ incipit, *Prouisionis nostræ*. Datum Romæ 1534. 3. Nonas Nouembris, Pontificatus 1. per quam Paulus III. authenticat prædictam Clementis VII.

Gregorius XIII. anno 1477. Carmelitis. 9

Restitutio indulgentiarum reuocatarũ per Pium V. & aliarum confirmatio.

[Indulgentias verò per infrascriptos Romanos Pontifices cum dicta clausula (porrigendi eleemosynas, aut manus adiutrices) concessas & per fœlicis recordationis Pium Papam V. etiam prædecessorem nostrum reuocatas, demptâ eâ clausulâ (ita tamen quòd hi Christi Fideles, qui illas consequi voluerint, Ecclesias visitando sint contriti & confessi, ac loco eleemosynæ prædictæ iuxta prædecessorum prædictorum voluntatem erogandæ, septies Orationem Dominicam, itidémque Salutationem Angelicam recitent; vel habitum

habitum dicti Ordinis, sicut in Litteris Apostolicis piæ memoriæ Ioannis Papæ XXII. ac Alexandri V. necnon Pij V. prædecessorum nostrorum continetur, gestent; vel Vesperas pro defunctis recitent; aut ante sanctissimum Domini Nostri Iesu Christi corpus terram exosculentur, ac pro hæresum extirpatione, Sanctæque Matris Ecclesiæ tranquillitate, Christianorumque Principum pace & vnione, pias ad Deum preces effundant: & aliàs iuxta dictorum prædecessorum nostrorum Litterarum seriem orent, aliáque peragant) in pristinum, & eum, in quo ante reuocationem huiusmodi erant, statum restituimus, ac renalidamus.] Postmodùm recenset Summus Pontifex illas indulgentias quæ suprà, numero 2. de priuilegio sabbathino, & numero 3.4.6. quas etiam ait Pium V. approbasse. B. Vt laudes, 5. in appendice Roderici, & habetur sub plumbo in Conuentu Andegauensi Carmelitarum.

Pro Confratribus S. Scapularis intereſſentibus proceſſionibus aut Capellam viſitantibus, &c.

10 Clemens VIII. anno 1565. [Omnibus & singulis Confratribus Confraternitatum huiusmodi (Sancti Scapularis Carmelitarum) in quacunque Ecclesia vbivis Christiani orbis partium existente, dicti Ordinis Fratrum Carmelitarum instituta rum, & in posterum instituendarum, qui processionibus per dictas Confraternitates faciendis die secundo Pentecostes, & die 16. mensis Iulij, vel quia aliquibus in locis processio huiusmodi Dominico die post dictum diem 16. Iulij fieri solet, dicto die Dominico, singulis annis deuotè interfuerint,

rint, vel Capellam seu Altare cuiuscunque ex dictis Confraternitatibus, iisdem diebus à primis Vesperis vsque ad occasum Solis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint: quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, misericorditer in Domino concedimus. Iis verò qui in singulis Dominicis cuiuslibet mensis processionibus prædictis interfuerint, vel Capellas aut Altaria prædicta visitauerint, & ibi orauerint, vt præfertur, septem annos & totidem quadragenas, de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus perpetuò valituris.] B. De salute, quæ habetur originaliter in Ordinis archiuio Romæ; authenticè verò in archiuiis aliorum Conuentuum, veluti Rhedonensis.

11 *Plenaria in ingressu Confrater.*

Idem anno 1597. [Omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, qui Confraternitatem huiusmodi (Sancti Scapularis Carmelitarum) in quacunque dicti Ordinis vel alia Ecclesia de cætero ingredientur, die primo eorum ingressus, si verè pœnitentes & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Plenariam: & tam ipsis pro tempore describendis, quàm iam descriptis in ipsa Confraternitate Confratribus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si pariter verè pœnitentes & confessi, sacráque Communione refecti, vel quatenus id facere

& in articulo mortis.

cere nequiuerint, saltem vere contriti nomen IESV ore vel corde deuotè inuocauerint, etiam Plenariam : ac tam ipsis nunc & pro tempore Confratribus, quàm aliis vtriusque sexus Christi Fidelibus, etiam verè pœnitentibus & confessis ac sanctissima Communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis Ecclesiam vel Capellam in Festo Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis à primis Vesperis vsque ad occasum Solis eiusdem Festi singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem nunc & pro tempore existentibus Confratribus vtriusque sexus, qui dictam Ecclesiam vel Capellam in Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Visitationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Festiuitatibus, à primis Vesperis vsque ad occasum Solis Festiuitatum huiusmodi piè visitauerint, & ibi, vt præfertur, orauerint, septem annos & totidem quadragenas : quoties verò Missis & aliis diuinis officiis in dicta Confraternitate pro tempore celebrandis & recitandis, seu Congregationibus publicis vel priuatis eiusdem Confraternitatis vbivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio receperint, vel pacem cum inimicis propriis vel alterius composuerint, seu componi fecerint, vel procurauerint, necnon

& visitantibus Ecclesiam, &c.

7. anni & 7 quadrag. visitantib. Ecclesiam, &c.

60. dies pro &c.

non etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum, quàm aliorum, ad sepulturam associauerint, vel quascunque per ipsam Confraternitatem Processiones de licentia Ordinarij faciendas, dictúmque Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, tam in Processionibus, quàm ad infirmos, aut aliter vbicunque & quomodocunque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut campanæ ad id signo dato semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam pro animabus defunctorum Confratrum dictæ Confraternitatis recitauerint, aut deuium aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes præcepta, ea quæ ad saluationem sunt docuerint, aut quodcunque aliud pietatis vel charitatis opus exercuerint; toties pro quolibet prædictorum operum, sexaginta dies de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus pro Confratribus perpetuò, pro non Confratribus verò vsque ad annum Iubilæi exclusiuè duntaxat, valituris.] B. Pastoris æterni. Habetur authenticè in arch. Carm. Conuentus S. Pauli Leonensis.

Paulus V. anno 1606. [Cum certas vnicui- 12
que Confraternitati indulgentias & gratias spirituales, quibus de cætero fruantur, duxerimus præscribendas: idcircò. Nos omnes & singulas indulgentias & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes,

Confra

Reuocantur antiqua.

Confraternitati B. Mariæ de Monte Carmeli in quibuscunque Ciuitatibus & locis canonicè institutæ, & illius Confratribus & Consororibus hactenus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros reuocantes, ac nullius roboris & momenti esse declarantes: de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, omnibus vtriusque sexus Christi Fidelibus, qui dictam Confraternitatem vbivis locorum tam hactenus canonicè, vt præfertur, institutam, quàm deinceps, vt infrà, instituendam de cætero ingredientur, & habitum receperint, die primo eorum ingressus, si verè pœnitentes & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam; ac tam ipsis pro tempore describendis, quàm iam descriptis in dicta Confraternitate Cófratribus & Consororibus, etiam verè pœnitentibus & confessis ac sacra Communione refectis, qui in Festo principali Commemorationis eiusdem B. Mariæ die 16. mensis Iulij, aut iuxta ritum nonnullorum locorum die Dominica immediatè sequenti celebrari solito Ss. Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S.M.E. exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, etiam Plenariam: in mortis quoque articulo eisdem vtriusque sexus Confratribus, qui pœnitentes & confessi ac Ss. Communione refecti, nomen IESV ore, si potuerint, sin autem, corde deuotè inuocauerint, Plenariam similiter omnium

Plenaria in ingressu.

& in Festo Commemorat.

& in artic. mort.

omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, Necnon ipſis Confratribus & Conſororibus, qui ſimiliter pœnitentes & confeſſi ac ſacra Communione refecti, Proceſſioni in vna Dominica cuiuſlibet menſis, per dictam Confraternitatem de Ordinarij loci licentia faciendæ, deuotè interfuerint, & ibi, vt præfertur, orauerint, ſeptem annos & totidem quadragenas. Ipſis verò qui ab eſu carnium, iis diebus quibus Confratres dictæ Confraternitatis ex illius inſtituto veſci non ſolent, abſtinebunt, trecentum dies. Qui autem qualibet die ſepties Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ad honorem ſeptem gaudiorum eiuſdem B.M.V. recitauerint, 40. dies. Necnon etiam qui cum habitu eiuſdem Confraternitatis pœnitentes & confeſſi ſemel in menſe Ss. Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & vt præfertur orauerint, quinque annos & totidem quadragenas. Iis verò Confratribus & Conſororibus, qui pœnitentes & confeſſi, in qualibet ex Feſtiuitatibus eiuſdem B. M. V. dictum Ss. Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia, vel Capella dictæ Confraternitatis deuotè ſumpſerint, & vt ſuprà dictum eſt, orauerint, tres annos & totidem quadragenas. Qui verò corpora defunctorum, tam Confratrum, quàm Conſororum, quàm aliorum ad ſepulturam aſſociauerint, & pro eorum animabus Deum orauerint, centum dies. Quoties verò prædicti Confratres & Cõſorores officium eiuſdem

Alia Minores.

B.M.V. deuotè recitauerint, centum dies. Qui verò Missis & aliis diuinis officiis in Ecclesia vel Capella aut Oratorio dictæ Confraternitatis pro tempore celebrandis vel recitandis, seu Congregationibus publicis vel priuatis eiusdem Confraternitatis vbivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint; aut eis in eorum necessitatibus, vel periculo peccandi existentibus auxiliati fuerint; aut eleemosynas temporales, vel spirituales, eis dederint: vel pacem cum inimicis propriis, vel alienis, composuerint, vel componi fecerint, vel procurauerint: aut deuium aliquem ad viam salutis reduxerint; & ignorantes Dei præcepta, & ea quæ ad salutem sunt, docuerint: aut quodcunque pietatis vel charitatis opus exercuerint: toties pro quolibet prædictorum piorum operum, centum dies de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Ac dilecto Filio nunc & pro tempore existenti Priori Generali dicti Ordinis Carmelitarũ, vel illo absente, eius Vicario Generali, vt huiusmodi Confraternitatem B. M. de Monte Carmeli, vbivis locorum extra Vrbem erigere & instituere, illisque omnes supradictas indulgentias & gratias spirituales (seruatâ tamen formâ præscriptâ in Constitutione fœl. rec. Clemẽtis prædecessoris super dictarum Confraternitatum aggregationibus & institutionibus editâ) communicare similiter liberè & licitè possit & valeat, authoritate Apostolicâ, tenore præsentiũ, facultatẽ

Facultas erigendi Confraternitatem.

conce

concedimus & impartimur. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Octobris 1606. Pontificatus noſtri an. 2.] Eſt Bulla 4 in Priu. Car. Diſcal. Et habetur authenticè in Conuentibus Carm. Rhedon. S. Pauli Leonenſis, & aliis. Refertur & à Patre Irenæo à S. Iacobo, in ſuo Tract. Theologico de Scapulari.

Idem anno 1609. Confratribus iiſdem Sancti Scapularis, pœnitentibus & confeſſis, ac ſacrâ Communione refectis, qui Proceſſioni in vna ex Dominicis cuiuſlibet menſis, in qualibet ex Confraternitatis eiuſdem Eccleſiis, Capellis, vel Oratoriis, peragendæ interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. M. E. exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, qualibet vice id peregerint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam concedit in perpetuum. B. Piorum; quæ refertur ex integro à Patre Irenæo, loco citato; & habetur authenticè in arch. Conuent. Carm. S. Pauli Leonenſis, &c. 13 *Plenaria in vna Dominica cuiuſlibet menſis*

Idem an. 1613. die 11. Febr. decretum emiſit, quo Fratribus Ordinis Carmelitarum permittatur prædicare, &c. quod populus Chriſtianus poſſit piè credere de adiutorio animarum Fratrum & Confratrum ſodalitatis B. M. V. de Monte Carmelo, videlicet: 14 *Indulgētia ſabbathina*

Beatissimã Virginem animas Fratrum & Confratrum in charitate decedentium, quæ in vita habitum gestauerint;& castitatem pro suo statu coluerint:officiúmque paruum recitauerint: vel si recitare nesciant,Ecclesiæ ieiunia obseruauerint,& feriâ quartâ,& sabbatho à carnibus abstinuerint, nisi vbi in istis diebus Natiuitas Domini inciderit: suis intercessionibus continuis, piisque suffragiis, ac meritis, ac speciali protectione post earum transitum, præcipuè in die sabbathi, qui dies ab Ecclesia eidem B. V.M.dedicatus est,adiuturam. Itaque imagines quæ à deuotis de hac re solent fieri,vel depingi,cum descensione B.V. ad animas in Purgatorio liberandas, minimè fiant, sed per intercessionem eiusdem Virginis à tanto periculo per manus Angelorum in cælo collocari.] Habetur in Appendice Roderici post Bullam 27. vbi & dicitur extare originaliter in Conuentu Transpontinæ Romæ.

15 *Idem quod n.13.*

Idem ann.1614.Extendit ad Confraternitates easdem in posterum perpetuò erigendas, quod suprà, n.13. B.Aliàs volentes;quæ habetur authentica in arch. Conuent. Carm. Rhedon. & refertur ex integro à P. Irenæo, loc. citat.

16 *Concordia inter Generalem Carmelitarum & Discalceatorum.*

Idem ann. 1617. approbauit & confirmauit infra scriptam concordiam initam inter Generalem Ordinis Carmelitarum,& Generalem Carmelitarum Discalceatorum.[Vt vbi Patres Carmelitani erectam iam habent Confraternitatem, possint Discalceati S. Scapulare petentibus concedere, Sodalésque ita admittere,

vt

vt eo ipso Confraternitati Patrum Carmelitarum ascripti censeantur, & sint, & easdem indulgentias, priuilegia, facultates, aliásque spirituales gratias & indulta consequantur. Et eodem modo si alicubi Patres Discalceati Confraternitatem priùs erexerint, possint PP. Carmelitani S. Scapulare ita petentes induere, vt in Discalceatorum Confraternitatem eo ipso ascripti censeantur & sint, & easdem indulgentias, priuilegia, facultates, aliásque spirituales gratias & indulta consequantur, modo quo suprà. Item quoad Processiones, tam præcipuam mensis Iulij ad Ss. Virginis commemorationem solemnem fieri solitam, quàm alias quæ in aliqua Dominica singulorum mensium fiunt, &c. Vt vbi Confraternitates in Domibus PP. Discalceatorum fuerint erectæ, nolintque ipsi dictam Processionem seu Processiones facere, possint PP. Carmelitani eam vel eas celebrare, illíque vel illis assistentes Confratres lucrentur indulgentiam, ac si in eorum Domo esset Confraternitas; & è conuerso si in Domibus PP. Carmelitarum fuerit erecta Confraternitas, nolintque ipsi Processionem celebrare, possint PP. Discalceati eam facere, Confratréſque assistentes consequantur indulgentiam prædictam,] B. Ad ea per quæ: & habetur authenticè in arch. Conuent. Rhedon. Carmelitarum, capsulâ OO. PP.

17 *Licet eleemosynas recipere à Confratribus.*

Vrbanus VIII. ann. 1639. 28. Ianuar. [Cùm sicut dilecti Filij Prior & Fratres Domus Regularis Ordinis B.M. de Monte Carmeli Nannetensis Nobis nuper exponi fecerunt, in eorũ

Ecclesia vna pia & deuota vtriusque sexus Christi Fidelium Confraternitas sub inuocatione B. M. V. Montis Carmeli canonicè erecta existat, dictæque Confraternitatis Confratres pro seruitio quo in dicta Confraternitate quotidie tam pro viuis quàm pro defunctis Confratribus peragitur semper confouendo, pecuniarum aliquid eleemosynæ ergo, sponte & liberè annuatim dare soleant, &c. Nos de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R.E. Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum consilio, ac audito dicti Ordinis Procuratore Generali, præfatis exponentibus licere, absque aliquo conscientiæ scrupulo eleemosynas sibi à Confratribus dictæ Confraternitatis in die eorum in dicta Confraternitate ingressus, vel alias, vt præfertur, collatas recipere, & in dictæ Domus Regularis vsus & vtilitatem conuertere, Apostolicâ authoritate tenore præsentium decernimus & declaramus, concedimúsque & indulgemus. Nonobstantibus, &c.] B. Cùm sicut, habetur originaliter in Conuentu Nannetensi, & authenticè in Conuentu Rhedonensi, & S. Pauli Leonensis.

18 *Idem.* Idem 19. Septembris 1643. pro tota Prouincia Turoniæ Carmelitarum. [Cùm sicut dilecti Filij Prior Prouincialis & Definitores Reformatæ Prouinciæ Turoniæ, Ordinis Fratrum B. M. de Monte Carmelo Regni Franciæ, Nobis nuper exponi fecerunt, nonnulli locorum Ordinarij, contra consuetudinem immemorabilem prohibeant, seu prohibere intendant, ne Fratres dictæ Prouinciæ

Ordinis

Ordinis huiusmodi recipiant eleemosynas, quas quilibet ex Confratribus Confraternitatum B.M.V. de Monte Carmelo, in Ecclesiis Domorum Regularium Ordinis & Prouinciæ huiusmodi erectarum, pro suo libito & deuotione dare solet in die ingressus in ipsas Confraternitates, & annuatim, pro confouendo cultu diuino, & obeundis suffragiis, quæ in dies per ipsos Fratres, tam pro viuis, quàm pro defunctis Confratribus huiusmodi fiunt, &c. Nos de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Episcoporum & Regularium Præpositorum consilio: attento quòd Confraternitates prædictæ non habent redditus communes, nec Officiales seculares, sed vnusquisque Confratrum largitur eleemosynas prædictis Fratribus immediatè & de proprio: licere eisdem Fratribus, absque vllo conscientiæ scrupulo, supradictas eleemosynas colligere & recipere à dictis Confratribus, tam in dictis Confraternitatibus, iam descriptis, quàm in posterũ describendis, in die ingressus, & annuatim, provt facere cõsueuerũt, ita tamen quod de receptis & expensis rationem reddere teneantur Superioribus suis Regularibus; Apostolicâ authoritate tenore præsentium declaramus & indulgemus. Sícque & non aliter per quoscunque Iudices, &c. Non obstantibus, &c.] B. Cùm sicut, habetur originaliter in Conuentibus Rhedonensi, Andegauensi, S. Pauli Leonensis, &c. Porrò Decretum sacræ Congregationis Regularium, super quo emanauit supra scriptum Breue,

datum fuit die 28. Augusti 1643. sed est registratum in libro illius anni 1643. sub die 2. Octobris, folio 500. Et hoc monet R.P. Iustinus ab Epiphania, qui illud obtinuit.

Notatu digna mihi visa fuit indulgentia quædam recens concessa, vt etiam limites excurrerem hoc in titulo propositos. Nempe.

Alexander VII. die 25. Ianuarij 1656. Pontificatus sui anno 1. Clericis Regularibus Congregationis Ministrantium infirmis. [Vt quotiescunque aliquis ex Clericis præfatis particulare Iesu Christi D.N. crucifixi imaginem, quam semel electam, nisi in euentu amissionis, mutare non possit, ad quemcunque Christi Fidelem in articulo mortis constitutum deferet. Si hic verè pœnitens & confessus, ac sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiuerit, saltem contritus nomen IESV ore, si potuerit, sin minus, corde deuotè inuocauerit, imaginémque huiusmodi à præfato Clerico Regulari porrectam osculatus fuerit, seu tetigerit, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequatur, concedimus, & indulgemus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.] B. Vt saluti, in eorum Bullario apud Nouitiatum Romæ.

20 *Facultas communicandi indulgentias Fratrum.*

Subiicio & quod testatur author Compendij Fulienſium, verbo *Communicatio gratiarum*, §. 14. [Potest Superior Generalis 7e. viros eligere, qui vnà cum vxoribus suis vti & gaudere possint in quolibet Monasterio Congregationis, omnibus & singulis indulgentiis & remissionibus

sionibus plenariis, quibus nostri vtuntur & gaudent, ac in posterum forsan vti & gaudere poterunt, sine aliqua differentia, ac si nostræ Congregationis professi essent; & altero eorum defuncto, alium sui loco ad similes indulgentias & remissiones plenarias, in futuro tempore gaudendas & fruendas eligere potest. Concessum est Fratribus Mendicantibus Ordinis S. Hieron. aliàs de Fesulis nuncupatis, à Sixt. IV. an. Dom. 1472. die 23. Maij, Pont. sui ann. 1. & refertur eorum Compendio fol. 51.] Hæc ille.

INDVLGENTIÆ CONCESSÆ Visitantib. Ecclesias Mendic.

Vide verbo *Generalis*, n. 2. 3. *Indulgentiæ concessa intuitu Carmelitarum*, n. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Missa*, num. 28.

LONGIOR essem in recensendo singulas in specie. Vnam refero, cæteras virtute complectens, vel saltem excedens. 1 *Plenariæ quotidie.*

In libro Priuilegiorum Fulienſium impresso Parisiis, sumptibus Monasterij S. Bernardi eiusd. Congregationis, anno 1628. habentur in pag. 97. Litteræ Monitoriales datæ an. 1624. Pontificatus Vrbani VIII. anno 2. 25. die Octobris: in quibus Ioannes Dominicus Spinola

Protonotarius Apostolicus, vtriusque signaturæ S. D. N. Papæ Referendarius, ac Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, sententiarum quoque ac censurarum, tam in eadem Romana Curia, & extra eam latarum; ac Litterarum Apostolicarum quarumcunque vniuersalis & merus executor, ab eodem sanctissimo specialiter deputatus; ex authenticis instrumentis per Procuratorem Generalem Fulienſium sibi exhibitis, hoc modo ratiocinatur.

Omnia priuilegia & indulta Ordini Cisterc. aut quibusvis eiusdem Congregationibus concessa vel concedenda, communicantur Fulienſibus à S xto V. (id. Nouembr. 1587. B. Super specula, 70. apud C het.) & Clemente VIII. (4. Sept. 1592. B. Pastoralis, 12. apud Cher.) & Paulo V. (5. Id. Iulij 1606. B. Diuinâ disponente, 23. apud Cher.) qui & insuper adiicit priuilegia & indulta concessa & concedenda quorumlibet Ordinum & Cõgregationum, vtriusque sexus Professoribus, Monasteriis, Ecclesiis, tam in Vrbe, quàm etiam in quibuscunque mundi partibus existentibus. Item Greg. XIV. B. Romanus Pontifex, (an. 1591. 28. Iunij 3. apud Roderic.) Congregationi Regulari S. Bernardi Regnorum Hispaniæ, & illius vtriusque sexus Monasteriis, Ecclesiis, piis locis, &c. communicauit omnia priuilegia, indulgentias, etiam plenarias, &c. concessa, tam eidem Ordini Cistercienſi, quàm aliis Ordinibus, & eorum Congregationibus,

Mona

Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Confraternitatibus, piis ac charitatiuis locis, eorúmque in quibusvis Festiuitatum ac aliis diebus Ecclesias visitantibus, tam in Vrbe, quàm in quibuscunque mundi partibus consistentibus.

Atqui.

Sixtus V. anno 1587. idibus Iulij, (B. Sacrosanctæ, 60. apud Cher.) Confraternitatis, & Monasterij Monialium sub regula S. Benedicti Coongregationis S. Bernardi Cistercienſis Ordinis, Ecclesiis in Vrbe tunc existentibus, & pro tempore construendis, vniuersisque vtriusque sexus Christi Fidelibus eadem Ecclesias deuotè visitantibus, necnon Missas in eis, vel earum aliquibus celebrantibus, seu celebrari facientibus, quovis modo & quocunque totius anni die in perpetuum, concessit omnia & singula priuilegia, indulgentias, etiam plenarias, & peccatorum remissiones, &c. quæ concessa fuerunt Confraternitatis Cathecumenorum de Vrbe Ecclesiis, Capellis, & eas visitantibus. Confraternitatis verò istius Monasterio, Ecclesiæ, & illa visitantibus. Paul. III. 11. Cal. Martij, an. 1543. (B. Illius qui, 37. apud Cher.) cõcessit omnia priuilegia, indulgentias, etiam plenarias, &c. concessa & concedenda imagini S. Saluatoris ad Sancta Sanctorum, & Charitatis, ac Archihospitali, S. Iacobi in Augusta, & S. Spiritus Hospitalibus, ac Corporis Christi & Sacramenti, ac Campi Sancti, & aliis Confratribus Confraternitatũ de vrbe, necnon eisdem imagini & Hospitali S. Spiritus, ac Campo Sancto, necnon fabricæ

Basilicæ

Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, illiúsque deputatis, eorúmque, necnon B. Mariæ de Populo, & Consolationis, ac S. Ioannis Baptistæ Florentinorum, aliísque eiusdem Vrbis Ecclesiis, ac illa, & illas visitantibus. Necnon Presbyteris, qui in Monasterio, seu Hospitali, aut Ecclesia prædictis quocunque anni tempore celebrauerint, & pro quibus iidem Presbyteri inibi celebrauerint, & orauerint, easdem indulgentias & peccatorum remissiones, quæ celebrantibus in Scala Cæli nuncupata, Monasterio trium fontium extra muros Vrbis Cistercienſis Ordinis, cum Capella in præsepe Domini, sitâ in Ecclesia B. Mariæ Maioris de Vrbe, ac animabus pro quibus inibi iidem Presbyteri celebrauerint & orauerint.

Ergo

Fulienſium Ecclesiæ, Monasteria, & illas aut illa visitantes, gaudent æquè principaliter omnibus priuilegiis, indulgentiis, etiam plenariis, &c. concessis & concedendis, quibuscunque Ecclesiis in Vrbe existentibus, & illas visitantibus.

Subsumptum

Atqui cunctis Fidelibus notum satis est, non solùm frequentes, verùm etiam quotidianas in Vrbe indulgentias etiam plenarias in pluribus Ecclesiis, atque Altaria priuilegiata esse.

Ergo

[Nulli dubium esse debet, quin Fulienſes habeant in omnibus & quibuscunque Ecclesiis,

siis, vel Capellis, in quocunque totius anni die Plenariam indulgentiam atque omnium peccatorum remissionem; ita quòd omnes Christi Fideles vtriusque sexus, qui eorum Ecclesias confessi, vel contriti deuotè visitauerint, ibíque pro Principibus Christianis, & S.M.E. pias preces effuderint, indulgentiam plenariam, atque omnium peccatorum remissionem lucrabuntur quocunque tempore anni.]

Consequenter Auditor præfatus inhibet & mandat districtè, sub pœnis, quoad Episcopos suspensionis à diuinis, interdicti Ecclesiastici, & ingressus Ecclesiæ: quoad alios verò excommunicationis, &c. ne quis audeat vel præsumat dictos Fulienses contra formam dictarum Litterarum Apostolicarum molestare, &c.

Iam verò pater eundem discursum præfatum formari posse pro singulorum Mendicantium Ecclesiis & eas visitantibus, propter amplissimam illis factam communicationem priuilegiorum, indulgentiarum, &c. quarumliber aliarum Congregationum; vt videre est verbo, *Communicatio priuilegiorum Mendicantium simul & non Mendicantium.*

In prefato libro Priuilegiorum Fulienfium, pag. 90. habetur etiam consultatio quædam, data Romæ 8. Maij 1605. in qua, ex præfata duplici Bulla Sixti V. idem quòd Auditor præfatus concludunt sub suis signis Franciscus Suarez, Martinus Fornarius, Benedictus Iustinian. qui tres sunt Societatis Iesv.

Aliud

2 *Idem.* Aliud argumentum quo idem concluditur manifeſtè, ducitur ex noſtris Priuilegiis. Etenim verbo præced. n. 4. Honorius III. & Nicolaus IV. omnibus verè pœnitentibus & manus adiutrices noſtris Dominibus porrigentibus, & illarum Fratribus, omnium peccatorum ſuorum veniam polliciti fuerunt. Atqui ibid. n. 9. Greg. XIII. eas omnes indulgentias confirmauit, ſic vt clauſulam illam de porrigendo manus adiutrices commutet in viſitationem noſtrarum Eccleſiarum, cum certis aliis conditionibus ibidem expreſſis ſub diſiunctione & ad libitum eligẽdis. Ergo quicũque & quotieſcunque ſic noſtras Eccleſias viſitauerint, indulgentiam plenariam conſequuntur. Quibus iiſdem noſtris monumentis ad eandem indulgentiam ſtatuendam vtitur Compendium Priuilegiorum Fulienſium, verbo, *Indulgentiæ quoad ſeculares*, §. 2.

Non ſunt reuocatæ. Porrò Paulus V. an. 1606. declarauit [Per Breue Sanctitatis ſuæ, datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 23. Maij 1606. ſuper reuocatione ſeu annulatione indulgentiarum omnibus Ordinibus & Congregationibus Regulatibus conceſſarum, non fuiſſe mentis & intentionis ſuæ indulgentias tam plenarias & perpetuas, quàm quaſcunque alias per ſe & Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos ac Sedem Apoſtolicam, quibuſcunque Chriſti Fidelibus Eccleſias Congregationis B. M. Fulienſis viſitantibus hactenus conceſſas, reuocare & annullare: ſed illas in ſuo robore permanſiſſe.] Viuæ vocis oraculum

lum, sub attestatione Cardinalis Bandini, authenticata per Cardinalem Pamphilium Papæ Vicarium Generalem. 8. in priuilegiis eorundem impressis Antuerpiæ 1630.

INDVLGENTIÆ PRO Defunctis.

Vide verbo *Missa*, n. 19. 20. 26. 29. 30. 31.

1 *Concessæ pro viuis possūt applicari defunctis.*

LEo X. anno 4. sui Pontificatus, die 3. Februarij, (id est, anno 1517.) ad instantiam nonnullorum Fratrum Minorum concessit, vt indulgentias à Sanctitate sua suisque Prædecessoribus, concessas pro viuis, possent ad animas defunctorum extendere, quantùm sua Sanctitas potest per modum suffragij. Est viuæ vocis oraculum vltimum apud Rodericum.

Hinc Doctores communiter concludunt, nonobstante indulgentiarum reuocatione facta à Paulo V. an. 1606. vt dictum est verb. *Indulgentiæ concessæ Carmelitis*, &c. n. 4. posse tamen adhuc Regulares lucrari omnes indulgentias illis concessas ante annum 1517. eas, verbi gratia, quæ referuntur verb. *Excommunicatio*, post n. 77. quatenus vi concessionis præfatæ Leonis X. possūt applicari defuncti: quia Paulus V. non est credendus per suā illā

Constitu

constitutionem reuocasse indulgentias pro defunctis concessas; & hoc etiam ipse dicitur declarasse. Peytinis in Bullam 8. Pauli V. §. 19. Lezana tom. 1. Quæst. Regul. c. 3. n. 19. & to. 2. verb. *Indulgentia quoad Regulares*, num. 11. & in Mare magnum Seruitarum, num. 180. Pelizzarius tract. 8. c. 5. sect. 5. n. 181.

2 *Liberatio animæ à purgatorio, ter in anno.*

Idem eodem anno die 21. Iulij, instante ac testante Gabriele Merino Archiepiscopo Barrensi & Episcopo Legionensi, approbauit & pro potiori cautela de nouo concessit, [Quòd in sabbatho in Ramis Palmarum, quicunque Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ dicens Psalmos pœnitentiales, vel quinquies Pater noster, cum totidem Aue Maria, ante Sacramentum Altaris, possit liberare vnam animam à Purgatorij pœnis. Voluit tamen quòd fratres prædicti in perpetuum die qua prædicta gratia vtantur, dicant pro Sanctitate sua vnam Coronam Beatæ Virginis Mariæ. Et quòd in die Sancti Ioannis ante portam Latinam, & in die eiusdem Sancti, videlicet tertia die post Natiuitatem Domini, idem possint prædicti Fratres, etiam dignatus est concedere.] Viuæ vocis oraculum, 28. apud Roderic.

INDVL

INGRESSVS MONASTERIORVM.

GREGORIVS IX. ann. 1237. Pro Monialibus S. Claræ. [Quod à Nobis olim in minori officio constitutis circa ingressum eiusdem Ordinis, videlicet qui, quomodo, & quando ingredi valeãt, in regula dictarum Monialium institutum esse dignoscitur: ab vniuersis & singulis inuiolabiliter obseruetur. Qui autem contraire præsumpserint: eos excommnuicationis sententiæ decernimus subiacere. B. Etsi omnium, in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 53. 1 *Pro Monialibus, prohibitio.*

Idem an. 1241. iisdem. [Fratribus Minoribus, qui Monasteriorum vestrorum obsequiis deputantur, vt pro exercendo Monasteriorum ipsorum opere, vel illis cõseruandis ab incendio, seu latronibus defendẽdis, aut Frater Presbyter cum Fratrum ipsorũ Clerico maturo moribus & ætate, pro audiendis confessionibus vestris, & Extrema-Vnctione, & aliis Sacramentis Ecclesiasticis exhibendis vobis infirmitate cogente, ac sepeliendis corporibus decedentium Sororum, Monasteria ipsa secundùm formam quæ in Regula vestra noscitur contineri, ingredi valeant, liberam concedimus authoritate præsentium facultatem. [B. Vestris piis, 5. apud Confettium, 13. apud Roder. & in Spec. Min. tractat. 2. fol. 52. & 94. apud Vvad. 2 *Pro ijsdem licentia.*

tom. 1. ex Reg. Vat. epist. 68.

3 *Licentia pro iisdem.*

Bonifacius VIII. an. 1295. Minoritis. [Quòd Fratres à Prælatis Ecclesiarum inuitati, Possint vnà cum ipsis Monasteria & loca Monialium, cuiuscunque sint Ordinis, liberè ingredi, & in eis moram contrahere, Prælatis ibidem præsentibus antedictis, vobis & Ordini vestro authoritate præsentium indulgemus.] B. Habet vestræ, in Spec. Min. tract. 1. fol. 17. & est 6. apud Roder. 5. apud Wad. in reg. tom. 2 ex Reg. Vat. ep. 636. & arch. Aracælitano n. 17. & 108

4 *Prohibitio pro iisdem.*

Bonif. IX. an. 1403. Predicatorib. [Ordinamus, quòd nullus secularis vel regularis aliquod Monasterium Sororum sub cura dicti Ordinis degentium (nisi inquantum earum Constitutiones & Statuta id patiantur) vel de Sedis, aut Magistri prædicti licentiâ speciali intrare, aut aliquæ Sororũ huiusmodi inde exire quoquomodo præsumant: contrario verò facientes, simul excõmunicationis sententiæ, à qua præterquàm per Sedem Apostolicam vel Magistrũ memoratum, aut aliquem ex dictis Fratribus, cui Magister prædictus id commiserit, absolui non possint, volumus subiacere: & quòd si quis intra clausuram alicuius Monasterij huiusmodi repertus fuerit, per Superiores, seu Priores dicti Ordinis, seu de ipsorũ mandato, capi, & incarcerari, & secundùm eorum arbitrium, ac delicti quantitatem puniri possit.] B. Sacræ Religionis, 1. apud Confettium.

5 *Pro Monasteriis virorum prohibitio.*

Eugenius IV. an. 1436. Pro Congreg. Benedictinorum S. Iustinæ, nunc Cassinen. [Statuimus, quòd nulli hominum liceat quascunque mulieres

mulieres laïcas, seu religiosas, cuiuscũque ætatis, status, gradus, authoritatis vel conditionis existant, quauis occasione ducere, siue ipsis mulieribus ingredi, seu cõmorari intra septa Monasteriorum præfatæ Congregationis. Quod si aliter scienter attentatum fuerit, tam ipsæ mulieres, quàm earum ductores, sed & ipsi receptatores, si voluntariè hoc fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant; à qua dictæ Cõgregationis personæ absolui possint per Præsidentem, & Visitatores Cõgregationis huiusmodi.] B. Regularẽ, 9. apud Cher. & Rodericum, §. 8. Et B. Etsi quaslibet, 3. apud Confettium, & 11. apud Roder. §. 13.

Idem an. 1437. pro Monialib. S. Claræ.] Præcipientes omnibus & singulis, tam Clericis, quã Religiosis, & Regularibus personis cuiuscunque conditionis, gradus præeminentiæ, vel dignitatis existãt, sub pœna excommunicationis quã transgredientes ipso facto incurrant, & à qua, nisi à Rom. Pontifice, non possint absolui, præterquàm in mortis articulo constituti, quatenus neque prædicta Monasteria, nec aliquod ipsorum ingredi præsumãt, præter formã Regulæ, & prouisionũ Apostolicarũ super hoc specialiter editarum.] B. Ad ea quæ fœliciẽ, 117. apud VVad. in reg. to. 5. ex Reg. Vat. li. 1. de Regularib. &c. an. 7. Et in Spec. Min. tra. 1. fol. 22. Attamen quantùm ad absolutionem ab excõmunicatione, in oraculo 6. Sixti IV. apud Roder. sic habetur. [Declarauit an. 1482. quòd mulieres ingredientes Monasteria S. Claræ & S. Dominici, non teneantur ire ad curiã pro absolutione

6 *Prohibitio pro Monasteriis S. Claræ.*

Absolutio ab excom.

solutione ab excõmunicatione, sed eas possint absoluere nostri Confessores, etiamsi tales mulieres ingrediantur mala intentione.]

7 *Facultas pro Generali, Prouincialibus Vicariis & Confessoribus.*

Alexander VI. an. 1493. Generali ac Prouincialibus Vicariis Minorum. [Confessores per vos Monialibus S. Claræ deputati, ex eo quòd dictæ Moniales in infirmatorio detentæ, in extrema necessitate aut mortis articulo cõstitutæ non sint, absque conscientiæ scrupulo pro earũ visitatione & administratione Sacramentorum, clausuras interiores eorundẽ Monasteriorum ingredi non audẽt, &c. Vobis & Fratribus seu Confessoribus per vos pro tempore deputatis, vt Monasteaiorum Monialium earundẽ quæ vestro regimini & administrationi immediatè subiiciuntur, pro eisdẽ causis, & aliis rationabilibus interdum occurrentibus pro tẽpore (provt vobis secundùm Deum expedire videbitur) clausuras interiores ingredi possitis, & Moniales prædictæ portam maiorem aperire licitè valeant, indulgemus. Nonobstantibus, &c.] B. Exponi Nobis, 10. apud Roderic. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 73. & apud Wad. in ann. tom. 7. an. 1493. num. 14. fol. 306.

8 *Non tenẽtur ingressum præbere quibus permittit Papa.*

Leo X. an. 1516. Monialibus S. Claræ & Sororib. tertiæ Regulæ S. Francisci. [Declaramus vigore facultatũ huiusmodi dictis personis per Sedem Apostolicam in confessionalibus vel aliàs de ingrediendo Monasteria Monialium concessarũ, vos propterea non teneri, nec obligatas esse contra voluntatẽ vestram ingressum eis in dicta Monasteria præbere, &c.] B. Exponi, 18. apud Roder.

Clemens

Clemes VII. an. 1529. pro Camaldulensibus. [Ne mulieres ad eorum Eremitoria, præsentia & futura, intra videlicet per eos præfixos vel præfigēdos terminos, præter illos tantùm dies quos ipsi statuerint, dummodò non vltrà tres dies in quolbet anno, accedere quomodolibet sub excōmunicationis pœna audeant vel præsumant, Cellularū tamen ipsorū ingressu semper prohibito remanēte. [Et in nonobstantiis derogatur Mendicantium & non Mendicantiū statutis & consuetudinibus, etiam illis in quibus cauetur vt mulieres ad dictū Eremitoriū S. Hieronymi de Pascelupo sub excōmun. latæ sententiæ pœna nunquam accedant. B. Inter multiplices curas, apud Bouerium, in regesto tomi 1. Annalium, pag. 970. Et authenticatur à Paulo III. an 1534. B. Rationi congruit, 1. apud Cher. & apud Bouerium cit. pag. 977.

9 *Prohibitio pro Camaldulensibus, cum facultate tamen ad tres dies in anno.*

Idem anno 1532. Monialibus S. Franciſci de Paula. [Vt modernum & pro tempore existentem dicti Ordinis Fratrū Minimorum Generalē, vel ad eo Visitatorem deputandum causâ visitationis semel tantùm quolibet triennio: ac tempore maximæ infirmitatis Confessorē pro Eucharistiæ & Extremæ-Vnctionis Sacramētis vobis administrandis cum vestimentis Sacerdotalibus: Necnon Physicum, aut Medicum pro flebotomia, apostemate, peste, incisurâ, aut aliâ vrgētissimâ causâ; & artifices pro Domus vel Monasterij constructione & necessariâ reparatione ingredi permittere possitis; ipsique ingredi absque alicuius Ecclesiasticæ censuræ incursu, possint, indulgemus.] Viuæ vocis ora-

10 *Facultas ingrediendi.*

culum factum Cardinali Antonio, illud referenti. Et habatur inter Bullas Clemẽtis VII. sub n. 8. apud Peyrin. & 9. apud Roderic. Porrò ad id quod hìc dicitur de Medico, libet adiicere quòd habet oraculum 26. Sixti IV. apud Roder. [Cõcessit quòd Sorores S. Claræ intromittere non teneantur, quando Medicus intrat clausuram, aliquem de Seruitoribus suis: sed sufficiat quòd à tribus vel quatuor Monialibus de antiquioribus associetur.]

11 *Ingredi ad sepeliendum moniales.*

Paulus III. anno 1536. Monialibus S Claræ [Cùm consuetudo in aliquibus locis Hispaniæ admiserit, quò cùm aliquas Moniales ab humanis dicere contigerit, sex Fratres ingredi, & intrare solent Monasterium, ad eas speliẽdum, vt de cætero, ab aliquo scrupulo conscientiæ, claustrum dicti Monasterij intrare, huiusmodíque munere fungi possint & valeant; per summum viuæ vocis oraculum Nobis desuper factum authoritate Apostolicâ dispensauit, &c.] Sic loquitur Franciscus Cardinalis, apud Rodericum, inter Bullas Pauli III. n. 2.

12 *Non tenentur ingressũ dare habentibus licentiam, nisi, &c.*

Pius IV. an. 1560. iisdem quod suprà, n. 8. declarat; nisi habeãtur Literæ Papæ in forma Breuis; vel permissioni ex Bulla Cruciatæ vel confessionali, accesserit licentia sui Generalis vel Prouincialis; quã nec isti dare tenentur Bullâ, Exponi Nobis, 1. apud Roder.

13 *Prohibitio pro Monasteriis virorum.*

Pius V. an. 1566. [Omnes licentias ingrediẽdi Monasteria ac Domos Carthusiensium, & aliorum quorumcũque Regularium Ordinum, etiam Mẽdicantium, mulieribus cuiuscumque status, etiam Ducissis, &c. ab Apostolica Sede concessas,

concessas, reuocamus. Districtè prohibentes, mulieribus quidem prædictas facultates prætendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua non possint nisi à Rom. Pont. absolui, præterquàm in mortis articulo, ne dictas Domos & Monasteria ingredi audeant. Ipsis verò Monasteriorum & Conuentuum Abbatibus, Præpositis, &c. & eorum Monachis, &c. sub priuationis officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa & alia omnia. & suspensionis à diuinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrendis pœnis, ne eas introducere, adducereve præsumāt.] 13. Regularium, 20. apud Cher. 4. apud Confett. 18. apud Roder. 5. apud Peyrinis.

14 *Circa Monasteria Monialium exemptarū, nihil potest Episcopus.*

Idem an. 1567. [Cùm inhonestum sit, quemlibet in alienam messem falcem iniicere, cúmque Monialium Monasteria nonnisi de Episcopi vel Superioris licentia & in casibus necessariis, aliquis ingredi præsumat, in sess. 25. cap. 5. (Conc. Trid.) prohibetur; hoc tantùm in illis Monasteriis locū habere volumus, quæ Ordinariis ipsis pleno iure subsunt, in quibus in casibus necessariis ipsi dare licentiam possint, & non in aliis Monasteriis. Ita vt in præfatis Monasteriis, quæ Ordinariis ipsis pleno iure non subsunt, ipsi Ordinarij ilia ingrei non possint, provt in regulis earum, seu de iure statuitur: & eis aliquos processus aduersùs Moniales ipsas, seu Fratres huiusmodi propterea, seu aliàs ipsorum Ordinum Superioribus irrequisitis, quoquomodo formare aut facere posse omninò prohibemus, ita vt aliquam iurisdictionem, seu

aliquod quodcunq; dominium in Moniales & Fratres huiusmodi respectiuè habere, exercere, aut exequi nullatenus possint aut debeant, imò illas & illos omnes ad eorũ superioritate, dominio, & iurisdictione, & potestate, eximimus & liberamus, provt eis cõcessum est per sua priuilegia à Sede præfata obtẽta. Et ita præfatæ Moniales, ac Fratres, sint exclusi à superioritate & iurisdictione Ordinariorum respectiuè huiusmodi, vt etiam in illarum vel illorum Syndicis, aut Procuratoribus deputandis, vel in disponendis illorũ facultatibus, vel ad alia sibi non competentia facienda, vllatenus non se intromittant. Nec etiã Ordinarij ipsos Regulares præfatos citare, & iurisdictioni suæ subiicere, ac eorum Conuentus occupare, ipsos ad eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionem aliquam & potestatem exercere, vt præmittitur, aut ipsos carceribus mancipare, & contra eos aliud facere possint, vt suæ ditioni subiiciãtur.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud Roder. & Peyrinis. Quam & P. Iustinus in suo Bullario MS. ait esse authenticam in archiuio Conuentus Carm. Rhedon.

15 *Explanatio numeri 13.*

Idem an. 1570. explicans quod supra, n. 13. [In fauorem Congregationis Montis Virginis declaramus fuisse & esse mentẽ nostram, quod dictæ Litteræ non solùm; comprehenderent & comprehendant mulieres habentes & prætendentes facultatem & indulta ingrediendi Monasteria; sed etiam omnes & quascunque mulieres alias, tã in genere, quàm in specie. Significantes nihilominùs, provt significamus, quòd

propter

propter hoc,& prædictas nostras Litteras,non intelleximus,nec intelligimus,quòd mulieribus præcluderetur, nec præcludatur aditus ad Monasteria & loca regularia dictæ Congregationis,ac eorum clausura,quando in eis Missæ,& alia diuina officia celebrantur, ac dum Processiones fiunt,& quando Christi Fidelium cadauera ibi sepeliuntur,ac etiam pro eis suffragia fiunt,&c.Et similiter quòd quando diuinum verbum in clausuris Monasteriorum & regularium locorum Cógregationis huiusmodi proponitur, vel per aliam quamcunque causã tantus concursus populi fuerit , quòd cõmodè ingredi non possint,& egredi per portam Ecclesiæ, perpetuò concedimus,vt dictæ mulieres, vnà cum aliis secularibus personis, possint ingredi & egredi per portam clausuri Monasteriorũ & locorum Regularium Congregationis huiusmodi , dũmodò recto tramite accedãt ad portam qua exitur è Monasterio; sicque volumus,pariter & indulgemus.Nonobstantibus, &c.] B. Decet Romanum,6.apud Confertium, & post 20.apud Cher.Et idem iam an.1567.instante & referente Cardinali Moneliano,& an. 1568.instante & referente Cardinali Cribello concesserat viuæ vocis oraculo,2.apud Roder.

Idem Minoritis. [Quando Moniales sunt in extremis,receptis etiam omnibus Sacramentis, earum Confessor , si sit sexagenarius,possit intrare cum socio,qui etiã sit sexagenarius, clausuram,vt vsque ad spiritus emissionem possint in Domino consolari. Quòd si Confessor non fuerit ita senex,& in Monasterio propinquiori 16 *Ad consolandas Moniales decedentes.*

inueniatur, talis de licentia Guardiani possit illud facere, dum tamen sit Religiosus & exemplaris.] vinæ vocis orac. 3. apud Roder.

27 *Reuocatio licentiarum ingrediendi pro Conuentibus vtriusque sexus.*

Gregorius XIII. an. 1575. [Reuocamus & abolemus omnes & quascunque licentias ac facultates ingrediendi Monasteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumvis Ordinum, quibusvis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cuiuscunque status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes & quascunque licentias ingrediendi Monasteria, Domos & loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscunque viris, etiam eiusdem status & dignitatis, &c. sub quibuscũque tenoribus, &c. etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorúmve Principum contemplationem concessas, &c. Inhibentes eisdem qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua à nemine nisi à Rom. Pont. (præterquàm in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri, ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria huiusmodi quovis modo ingredi audeãt. Abbatissis verò necnon Abbatibus, Conuentibus & aliis Monasteriorum vtriusque sexus Superioribus & personis quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatũ, beneficiorum & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinẽda, ne in Monasteria, Domos, & loca sua, quemquã prætextu huiusmodi licentiarum & facultatum ingredi faciunt vel permittant.

permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrēdis prohibemus atque interdicimus omnibus & quibuscunque personis Ecclesiasticis & secularibus, ac etiam Ordinum quorumcunque etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus quibus illas concedendi in casibus necessariis tantùm ex decreto Conc. Trid. tribuitur, ne Monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, néve Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant.] B. Vbi gratiæ, 2. apud Confectium, 28. apud Cher. 41. apud Roder.

Ne quidem & licentia Episcopi sine argenti necessitate.

Idem an. 1581. [Declaramus Prælatos omnes tam seculares quàm Regulares, quibus cura & regimen Monasteriorum Monialium quovis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributâ ingrediendi Monasteria prædicta ita demùm vti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis iisque senioribus ac Religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos & singulos Episcopali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus, dignitate præditos, necnon quorūvis Ordinum Abbates, Priores, Ministros, & alios quoscunque Superiores Regulares serió monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquā in casibus, vt præfertur, necessariis nentiquam vtantur. Quod si cōtrafecerint, eadē authoritate Apostolicâ statuimus atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secunda

INTERDICTVM.

Vide verbo *Absolutio Fratrum*, n. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 25. 39. 40. 42. 48. *Altare*, n. 5. 9. 10. 12 13. 14. 15. 16. *Confessio*, n. 19. 20. 29. 37. 50. 51. 52. 53. 54. 59. 63. 65. 75. *Excommunicatio*, ferè per totum. *Exemptio*, n. 5. 11. 18. 22. 26. 30. 31. 44. 48. 67. *Indulgentia pro extraneis*, numer. 8. *Reuocatio priuilegiorum*, nuaero 2. *Tertiarij*, numero 3. 9.

EVGENIVS III. an. 1152. Cistercienſibus. [Sancientes etiam vt propter communia interdicta Terrarum, nulla Eccleſiarum veſtrarum à diuinis compellatur officiis abſtinere. Sed liceat omnibus de Ordine veſtro, excommunicatis & interdictis eiectis, clauſis ianuis, ſummiſsâ voce Fratribus ſuis diuina celebrare ſolemnia.] B. Sacroſancta, 2. apud Cher. §. 9. 1 *Celebratio in Eccleſia propria, ſuâmiſſa voce.*

Anaſtaſius IV. an. 1154. Fratribus Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani. [Prætereà ſi qui Fratrum veſtrorum qui ad recipiendum eaſdem fraternitates, & collectas, à vobis miſſi fuerint, ad aliquam Ciuitatem, Caſtellum, vel vicum aduenerint; ſi fortè locus ille à diuinis officiis ſit interdictus, pro omnipotentis Dei reuerentia, in eorum iucundo aduentu, ſemel in anno aperiantur Eccleſiæ, & excluſis excommunicatis, diuina ibi officia celebrentur.] B. Chriſtianæ, 2, apud Cherub. §. 6 2 *Extra Domum propriam, ſolemniter celebrare.*

Idem

3 *In Ecclesiis propriis celebrare voce submissâ.*

Idem ibidem §.8. [Veruntamen si generale interdictum fuerit in locis illis prolatum, exclusis excommunicatis, & nominatim interdictis, clausis ianuis, absque campanarum pulsatione, planè diuina officia celebrentur.] Idem concessit Canonicis Saluat. Later. Alexander. III. an. 1168. B. Quanto, in eorũ Priuilegiis, pag. 85. Et alij Pontifices passim in eodem libro.

4 *Idem.*

Alexander III. an. 1175. Militibus S. Iacobi de Spatha. [Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis expulsis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressâ voce diuina officia celebrare.] B. Benedictus Deus, 1. apud Roderic. & 5. apud Cherub. §. 18.

5 *Exemptio.*

Idem eod. an. pro Monachis S. Basilij. [Prohibemus etiam, vt nullus ipsum Monasterium interdicere audeat, vel Monasteria, aut obedientias eius, seu homines eorum.] B. Apostolicæ Sedis, 6. apud Cher. §. 11.

6 *In locis alienis.*

Sub eod. an. 1180. Concil. Later. c. 9. [Quòd si Templarij vel Hospitalarij ad Ecclesiam venerint interdictum, nonnisi semel in anno ad Ecclesiasticum officium admittantur.] *c. Cùm & plantare, de Priuilegiis.* Vide fusiùs, *c. Vt priuilegia, eod.* ex eodem Concilio.

7 *Celebrare in Ecclesiis propris, clausis ianuis, &c.*

Cælestinus III. an. 1197. Benedictinis Cõgregationis Montis Virginis, idem & iisdẽ verbis concessit, quod n. 4. B. Religiosam virã. 3. apud Cher. §. 8. Et Innocẽtius III. an. 1204. Fratribus S. Spiritus in Saxia, B. Inter opera pietatis, 7. apud Cher. §. 15. Et an. 1209. Fratrib. Ss. Trinitatis, B. Operãte, 9. apud Cherub. §. 7. Honorius

III.

III.an.1216.Dominicanis,B.Religiosam vitam, 2.apud Cher.§.8. Greg.IX. an.1229. Carmelitis.B.Religionis vestræ,in Spec.Carm.fol.63. Idē an.1230. Minoritis, B.Is,qui Ecclesiā;apud VVad.tom.1.Annal.pag.413.ex Reg.Vat.n.22. Et an.1233.B.Deuotionis,in Spec.Min.tract.2. fol.114,Innocentius IV.an.1243.iisdem, B.Deuotionis,ibid. fol.116. in cuius etiam Summatio dicitur haberi authentica in Conuentu Rothomagēsi. Et an.1245.Carmelitis,B.Religionis,in Mari magno Carm.n.3.Et an.1247.Sylueſtrinis,B.Religiosam,5.apud Cherub. Et an. 1254. Augustinianis, B.Religiosam , in eorum Mari magno,n.20.Alexander IV.an.1255. iisdem,B.Religiosam,3.in eorum Bullar.ex orig. in Ord.arch.Romæ,n.3.Et an.1256. Carmelit. B.Religionis, in eorum Mari magno,n.3. apud Lezanam.Et an.1258.Camaldulēsibus, B.Officij nostri,11.apud Cherub.§.8.Et Minoritis,B. Virtute 98.apud VVad.in reg.to.2.Vrbanus IV. Eremitis S.Aug.B.Religiosam,9.in eorum Bullar.ex authentico in Ord.arch.Rom.n.9. Clemens IV.an.1265.Minoribus,B.Virtute,4.apud Cher.quæ & includitur in eorum Mari magno, & ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV.an.1439.B.Licet debitum ; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an.1474. Idem an.1268. Eremitis S.Aug. B.Religiosam;quam Martinus V. ann.1425. innouauit, B. Sinceræ, 3. in eorum Bullar. ex orig. in Ord. arch. Romæ,n.3. Item Greg.X.an.1274. Cælestinis, B. Regulatem, in Antiquitatibus Conuentus eorum Parisiensis , lib.2. cap. 2. Idipsum Nico-

laus IV. an. 1288. Clarissis, B. Olim dilectus 16. apud VVad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. ep. 128. Bonifacius VIII. an. 1290. iisdē, B. Religiosam, 11. ibid. ex Reg. Vat. ep. 82. Ioannes XXII. an. 1327. iisdem, B. Nuper, 188. apud VVad. in reg. to. 3. ex Reg. Vat. to. 3. ep. 3046. Benedictus XII. iisdem, an. 1335. B. Deuotionis, 10. ibid. ex Reg. Vat. lib. 1. an. 1. epist. 602. Clemens VI. an. 1343. & 1348. iisdē, BB. Religiosā, 40. & 158. ibid. ex Reg. Vat. tom. 6. epist. 1767. & lib. 2. epist. 901. Pius IV. (post Leonē X. & Paulum III.) an. 1560. Militibus S. Ioānis Ieroſol. nunc Melitensibus, B. Circunspecta, 9 apud Cher. §. 30. Et an. 1565. Militibus S. Lazari Ieroſol. B. Inter assiduas, 95. apud Cher. §. 123. Pius V. an. 1567. iisdē, B. Sicuti bonus, 28. apud Cherub. §. 57. Ac tandem alij aliis frequenter.

8 *Solemnis exhortatio in aliena Ecclesia.*

Innocētius III. an. 1204. Fratribus S. Spiritu in Saxia. [Si qui verò Fratrum vestrorum, qui destinati fuerint ad eleemosynas colligendas, in quālibet Ciuitatem, Castellum, vel Vicum aduenerint, si fortè locus ille à diuinis fuerit officiis interdictus, pro omnipotentis Dei reuerentia, in eorum aduentu iucundo, semel in anno pulsatis Campanis aperiantur Ecclesiæ, vt super elemosinis acquirendis verbū exhortationis ad populū in Ecclesia proponatur.] B. Inter opera pietatis, 7. apud Cher. §. 9.

9 *Celebratio extra Domum propriam sine solemnitate*

Innocentius IV. an. 1246. Minoribus. [Vobis præsentiū authoritate concedimus, vt cum ad loca interdicto suppoſita vos venire cōtigerit possitis in eis, excommunicatis & interdictis exclusis, ianuis clausis, suppressâ voce, & non pulsatis

pulsatis campanis, diuina officia celebrare, nisi id vobis fuerit specialiter interdictum.] B. Eis qui sanandis, 31. apud Wad. in reg. to. 1. ex Reg. Vat. ep. 621. Et in Spec. Min. tract. 2. fol. 28.

10 *Pro Conuersis Fratribus.*

Idem an. 1254. Monialibus S. Claræ. [Indulgemus vt Conuersi & Familiares vestri Monasterij, qui sub habitu Religionis vobis necessaria vitæ procurant, diuina in Monasterio ipso tempore interdicti generalis possint audire, ac ibidem Ecclesiastica recipere Sacramenta, dummodò clausis ianuis, non pulsatis campanis, interdictis & excommunicatis exclusis, diuina eadem celebrentur, & iidem Conuersi, & alij causam non dederint interdicto, nec id eis contingat specialiter interdici.] B. Deuotionis, 30. apud Wad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. ep. 697.

11 *Pro Procuratoribus, famulis, & operariis.*

Alexander IV. an. 1255. Minoritis. [Quòd si quando in personas, vel terras in quibus residetis, excommunicationis, vel interdicti sententiã contigerit promulgari: pueri vestris seruitiis deputati, negotiorum quorumcunque vestrorum Procuratores, & Operarij, qui in vestris locis, eorum operibus personaliter constituti institerint: huiusmodi sententiis obnoxij nullatenus habeantur, ibique possint audire diuina iuxta formam quæ in locis ipsis, in eo casu à Sede Apost. est concessa, nisi eisdem causam dederint, vel excommunicari specialiter, seu interdici contingat eosdem; authoritate vobis præsentium indulgemus.] B. Vt in vestris, 8. apud Roderic. 18. apud Wad. in reg. tom. 2. & in Spec. Min. tr. 2. fol. 37. Idem iisdem an. 1258. concessit, B. Virtute, 98, apud VV ad. in reg. tom. 2.

12 *Celebratio extra Domum propriam.*

Idem eod. an. 1255. iisdem concessit quod suprà, n. 9. B. Eis qui sanādis, 24. apud VVading. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. ep. 119. Et in Spec. Min. tr. 2. fol. 119. & 22. apud Roder. vbi dicitur esse originaliter in Conuentu Salmant. Quod & an. seq. Eremitis S. Aug. concessit pro Ecclesiis in quibus diuina ex indulto Sedis Ap. celebrantur. B. Vobis assiduè, 16. in eorum Bullar. ex orig. in Ord. arch. Romæ, n. 6.

13 *Celebrare publicè.*

Idem an. 1257. Monialib. S. Claræ. [Concedimus, vt tempore generalis interdicti liceat vobis & FF. Minorib. qui in Festiuitatib. B. V. M. S. Claræ, S. Seraphiæ, & S. Catherinę, & Dedicationis ipsius Altaris S. Catharinæ vestri Monasterij ibidem conuenerint pro diuinis officiis celebrandis in eisdem Festiuitatib. & per 8. dies Festiuitates ipsas sequentes, pulsatis campanis, populum, excommunicatis & nominatim interdictis exclusis, ad audiendum diuina officia in ipso Monasterio conuocate.] B. Exigentib. 83. apud VVad. in reg. to. 2. ex Reg. Vat. ep. 604.

14 *Celebrare solemniter in remotis Monasteriis.*

Vrbanus IV. an. 1262. Cistercien sibus. [Cùm igitur sicut ex tenore vestræ petitionis accepimus, vobis, & Ordini vestro, à sui prima fundatione à Sede Apostol. sit concessum, vt tempore generalis interdicti possitis, excommunicatis & interdictis exclusis, diuina officia in vestris Monasteriis celebrare, vósque authoritate concessionis huiusmodi diuina eadem alta voce, apertis ianuis, pulsatis campanis, excommunicatis tamen & interdictis exclusis, duxeritis hactenus solemniter celebranda. Nos vestris supplicationibus inclinati, vt in Monasteriis vestris, quæ à

secularium habitationibus remota sunt, diuina prædicta celebrare, quemadmodū hactenus rationabiliter feciſſe noſcimini, tempore ipſius interdicti liberè valeatis, vobis authoritate præſentiū liberè indulgemus.] B. Deuotionis, 3. apud Roder. cui priuilegio cùm Bonif. VIII. & Clem. V. derogaſſent; Ioann. XXII. an. 1326. illud ipſis renouauit, & reuocauit Conſtitutiones Bonif. & Clem. B. Inter cæteros, 56. in eorū Priu. Idipſum eod. an. conceſſit Præmonſtratenſib. B. Prouiſionis, 102. in eorum Priu. & iam ante cōceſſerat Innoc. III. anno 1200. B. Etſi nemo, 31. ibidem.

15 *Celebrare & recipere Sacramenta, in locis propriis & alienis.*

Clem. IV. an. 1265. Minorib. [Cùm generale interdictum terræ fuerit, in Eccleſiis & Oratoriis veſtris, ac aliis quibuſcunque quum ad loca peruenerit Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, clauſis ianuis, interdictis & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſsâ voce, liceat vobis celebrare diuina officia, & Eccleſiaſtica recipere Sacramēta, dūmodò cauſam nō dederitis interdicto, nec contingat id vobis ſpecialiter interdici, neque Eccleſiæ & Oratoria eadem fuerint ſpecialiter interdicta.] B. Virtute conſpicuos, 4. apud Cher. quæ & includitur in Mari magno Minorum. Ibidem concedit quod ſuprà, n. 11. Quæ Bulla ibidem ex certa ſcientia confirmatur ab Eugenio IV. an. 1439. B. Licet debitum. Et ab ipſo Maris magni authore Sixto IV. an. 1474. Quæ etiā extat confirmata per Io. XXIII. an. 1410. B. Sacra veſtra, 5. apud Wad. in reg. to. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol. 176.

Pro Procuratorib. &c.

16 *Celebrare ſolemniter.*

Honorius IV. an. 1286. Eremitis S. Aug. [Indulgemus, vt cùm generale terræ fuerit interdi-

ctum, in vigilia & Festo S. Aug. Confessoris, vos vnà cum aliis Religiosis & Clericis secularibus, qui tunc in Ecclesiis & Oratoriis vestris conuenerint, apertis ianuis, excommunicatis duntaxat exclusis, diuina officia ibi solemniter celebrare possitis, dummodò vos & iidem Religiosi & Clerici causam non dederitis interdicto, nec id vobis & eis contingat specialiter interdici.] B. Pro reuerentia, 4. in eorum Bullar. ex orig. in Ord. arch. Romæ, n. 4.

17 *Celebrare ad profanis locis, non obstante, &c.*

Nicolaus IV. an. 1288. Minoritis. [Contingit interdum Ciuitates & alia loca, in quibus habitatis, supponi Ecclesiastico interdicto, & nonobstantibus aliquibus priuilegiis seu indulgentiis quibuscunque Religiosis ab Apost. Sede concessis, prohiberi, &c. Nos itaque vt tempore talis interdicti, vestra confiteri peccata, & ab ipsis absolui, ac simul legere diuinum officiũ, Missas celebrare ianuis clausis, non pulsatis campanis, voce submissâ, excommunicatis & interdictis ac omnibus personis quæ non sunt de Ordine vestro exclusis, necnon temporibus consuetis iuxta morem vestri Ordinis sacræ Communionis & Extremæ-Vnctionis Sacramenta recipere, prohibitione huiusmodi seu aliquibus Litteris super hoc à Sede prædicta impetrandis, quæ de Ordine prædicto & hac indulgẽtia specialem non fecerint mentionem, nequaquam obstãtibus, aleatis, authoritate præsentium vobis indulgemus.] B. Meritis vestræ, 15. apud VV ad. in reg. tom. 2. ex arch. Aracæ lit. sub plumbo n. 21. & 5. apud Roder. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 28.

Cælestinus

Cælestinus V. an. 1294. Congregationi Cælestinorum, concessit eadem quæ suprà n. 15. B. Etsi cunctos Ordines, 1 apud Cherub. §. 21. Quam Eugenius IV. an. 1434. ex certa scientia confirmauit, nonobstãte non vsu, præscriptione, &c. B. Ad decorem, 18. apud Roder. 18 *Celebrare, &c. in locis propriis & alienis.*

Ibidem concedit quod suprà, n. 11.

Ioannes XXII. anno 1323. Monachis Sancti Basilij concessionem Alexandri III. præmissam n. 5. confirmauit. B. Prouisionis, apud Bzouium, in Annal. an. 1323. 19 *Pro Procuratoribus, &c.* 20 *Exemptio.*

Innocentius VI. an. 1353. Eremitis S. Aug. concedit pro familiaribus deputatis & immorantibus eorum obsequiis, (post Clem. VI. inquit) quod suprà, n. 11. & 19. B. Religionis fauor, apud Roderic. Et 1. in eorum Bullar. ex orig. in Ord. arch. Romæ, num. 1. 21 *Pro Familiaribus, & Exemptio.*

Idem an. 1360. Carmelitis. [Indulgemus, vt in locis generaliter interdicto suppositis, cùm ad ea declinaueritis, ad diuina officia celebrandum & audiendum, & recipiendum Ecclesiastica Sacramenta, ibidem recipi & admitti ianuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & voce submissâ pulsatis & valeatis.] B. Sacræ vestræ Religionis, in Mari magno Carm. n. 4. Quam confirmauit Greg XI. an. 1372. B. Prouisionis nostræ, ibid. 22 *Celebrare, & recipere Sacramenta in locis interdictis.*

Vrbanus V. an. 1371. Cassinensibus. [Cùm contingat interdum Regnum Siciliæ, infrà quod dictum Monasterium (Cassinése) ac castra, terræ, & loca temporaliter ipsi subiecta consistunt, supponi Ecclesiastico interdicto: Nos, &c. indulgemus quod ipsum Monasterium, ac terræ, 23 *Exemptio.*

castra, & loca, sub interdicto huiusmodi minimè includantur; nisi de ipsis vestris Monasterio, terris, castris, & locis, in Litteris Apostolicis fieret mentio specialis.] B. Vestræ deuotionis, 43. in Bullar. Cassinensi.

24 *Celebrare & recipere Sacram. in locis propriis & alienis. Item pro Procurat. &c.*

Greg. XI. an. 1374. Prædicatorib. eadem concedit, quæ Clem. IV. suprà, n. 15. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cher. §. 10. quæ & includitur in Mari magn. Prædicat. Vbi & ex certa scientia innouatur à Martino V. an. 1427. B. Ex Apost. Sedis. Et ab Eugen. IV. an. 1443. B. Roman. Pont. Et ab ipso Maris magni authore Sixt. IV. an. 1474.

25 *Ecclesiasticos admittere, &c.*

Martinus V. an. 1424. Hieronymitis Hispanis concessit, quòd tempore interdicti possint ianuis clausis, &c. Familiares, & Oblatos, ac personas quascunque Ecclesiasticas tantùm, ad diuina secum admitteret. Viuæ vocis oraculum sub attestatione Cardinalis S. Eustachij, in Monasterio S. Alexij Romæ.

26 *Pro Monachis & Familiaribus.*

Eugenius IV. an. 1436. Benedictinis Congr. S. Iustinæ, aliàs dictæ Vnitatis, nunc verò Cassinensis, eadē cōcessit quæ suprà, n. 4. & 21. B. Regularem, 9. apud Cher. & Roder. §. 4. Et B. Etsi quaslibet, 3. apud Confett. 11. apud Roder. §. 7.

27 *Celebrare vbicunque manserint.*

Idem an. 1442. B. Ex Apostolicæ, 17. apud Roder. authenticat, & innouat Bullam, *Cùm aliqua Tibi*, Honorij III. datam an. 1218. pro Benedictinis Monasterij S. Pauli extra muros vrbis, in qua sic habetur: [Cùm autem generale fuerit interdictum, licitum sit eisdem vbicunque manentibus, exclusis excommunicatis & interdictis, suprcisâ voce non pulsatis campanis, diuina officia celebrare.]

Pius

Pius II.an.1462.Benedictinis Congreg.Montis Olineti. [Interdicti quoque tempore, dummodò ipsi causam illi non dederint, submissâ voce,ianuis clausis, & interdictis, seu excommunicatis exclusis, eorum tamen Capellanis & habitantibus intra septa Monasteriorum intromissis celebrare possint.] B. Licet ex debito,9. apud Cher.§.10. 28 *Celebrare Familiaribus admissis.*

Sixtus IV.an.1476. Carmelitis idem, & iisdem verbis,concessit quod suprà,n.11. In Mari magno Carm.§.52. 29 *Pro Procuratoribus, &c.*

Innocentius VIII.an.1487.Seruitis concessit, cùm generale interdictum terræ fuerit,celebrare,seu celebrari facere in propriis locis,submissâ voce,&c.Tertiariis,Oblatis, & Monasteriorum Fratrum ac Monialium Procuratorib. & negotia gerentibus.vtriusque sexus admissis. In eorum Mari magno,§.55. 30 *Celebrare admissis, &c.*

Alexander VI.an.1493.Prædicatoribus,idem quod n.11. & iisdem prorsus verbis concessit. B.Vt in vestris,4.apud Peyrinis. 31 *Idem.*

Idem Minoritis concessum iam ante priuilegium, quòd tempore interdicti possint Fratres Minores celebrare solemniter diuina officia in suis Ecclesiis & Monasteriis in solemnitatibus Ss.Francisci, Antonij, & B. Claræ, etiam per suas Octauas; extendit ad alios Sanctos prædicti Ordinis,videlicet Ludouicum,Bernardinum & Bonauenturã,necnon ac quinque Martyrum de Marrochio,per diem. Viuæ vocis oraculum, 1.apud Roder.Et in Spec Min.Tract.1. fol.43. 32 *Celebrare solemniter.*

Iulius II.an.1504. Minoritis. [Si contingat aliquam Ciuitatem, seu oppidum cum duobus 33 *Exemptio.*

vel tribus milliaribus circumuicinis, intra quæ milliaria Domus Fratrum Minorum dicti Ordinis & obseruantiæ existunt, Ecclesiastico esse interdicto subiectam seu suppositam, Fratres Ordinis huiusmodi (nisi causam interdicto dederint, vel eis specialiter ex causa legitima interdictum fuerit) huiusmodi interdictum seruare non teneantur, si aliàs Domus ipsorum Fratrum de iure interdicto talis oppidi non comprehendantur, sed possint in eorum Ecclesiis & Domibus Missas & alia diuina officia aliàs iuxta priuilegia eis concessa celebrare.] B. In militantis, 9. apud Roder. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 46.

34. *Celebrare solemniter.*

Idem eod. an. iiidem. [Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, in die S. Bonauenturæ, si eadem die interdictum, etiam Apostolicâ authoritate appositum fuerit: omnes & singuli FF. dicti Ordinis, in eorum Domibus, à primis Vesperis vsque ad secundas Vesperas eiusdem diei inclusiuè (quemadmodum in die S. Frãciſci FF. ipsi facere possunt) Missas & alia diuina officia in dictis eorum Domibus, excommunicatis & interdictis exclusis, celebrare, seu celebrari facere, liberè & licitè possint, authoritate Apostolic. tenore præsentium statuimus, & ordinamus. B. Exponi, in Spec. Min tract. 2. fol. 49.

35. *Idem.*

Idem ann. 1506. Minoritis confirmauit & de nouo concessit gratias hîc inferiùs appositas & illis iam ante concessas; videlicet à fœl. rec. Alexãdro IV. quòd dicti FF. in suis Ecclesiis & Monasteriis possint tẽpore interdicti, in Festiuitatibus Ss. Franciſci, Antonij, & Claræ, ac per eorũ Octauas diuina solemniter celebrare officia; ab

Alex.

Alex.VI.vt etiam in Festiuitatibus Ss.Ludouici & Bernardini,& Bonauenturæ,ac Ss.5. Martyrum eiusdē Ordinis illo tantùm die,simili modo possint celebrare ; & à præfato Sanctissimo Dom.N.Iulio,vt in die S.Bonauenturæ,tempore interdicti,&c.vt in n.præced. Qui & hîc adiecit,vt eandem licentiam vt suprà habeant etiã in die quâ B.Franciscus sacratissima recepit stigmata, & tempore cessationis à Diuinis. Non obstantibus Constitutionibus, &c. Illâ præsertim quę incipit, *Alma mater, de sent.excom.in 6.* Est Viuæ vocis oraculum, quod obtinuit & authenticauit Dominicus Cardinalis Protector Minorũ,apud Roder.inter Bullas Iulij II.n.15.

Idem Iulius II.eod.an.1506. Minimis eadem omnia concessit quæ suprà,n.15.In eorum Mari magno,§.21. 36 *Vt n.11. & 15.*

Idem an.1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti,concedit idem quod suprà,n.28.B. Etsi ad vniuersos,112. apud Cher.§.29. 37 *Vt n.28.*

Idem an.1509.Minorib. [Vobis quòd etiam tempore interdicti ordinariâ authoritate appositi , corpora dictorum FF. decedentium , cum cæremoniis prædictis,& pulsatis campanis , ac Missæ , & aliorum diuinorum officiorum in similibus celebrari solitorum celebratione,in Ecclesiis vestris liberè & licitè , absque alicuius censuræ incursu,sepelire possitis,in omnibus & per omnia,perinde ac si interdictum huiusmodi appositum non esset,authoritate Apostolicâ tenore præsentium concedimus.] B.Exponi Nobis,7.apud Roder. vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmant. 38 *Sepelire Fratres solemniter.*

39 *De speciali interdicto.*

Idem eod.an.Eremitis S.Aug.[Statuimus, vt quæ Ordini vestro tempore generalis interdicti concessa sunt, ea omnia in speciali interdicto concessa esse,in quo licere vobis volumus eadē omnia, quæ in generali licere actum est.] B. Religionē vestrā,5.in eorum Bullario, ex orig. in Ord.arch.Romæ,n.5.Et refertur idē nomine viuæ vocis oraculi apud Rod.post.Bullam 22.

40 *Pro Procuratorib.&c.*

Idem an.1512.Canonicis Reg.S.Aug.Congr. S.Saluat.concedit quod suprà,n.11.& 28.B. Inter cæteros, 30. apud Cher.§.27.

41 *Admissis Capellanis. &c.*

Leo X.an.1513.[Camaldulensibus concedit quod n.28.B.Etsi à summo,2.apud Cher.§.36. Itē §.51. idem statuit de familiaribus, pro tempore interdicti Ordinariâ authoritate appositi.

42 *Quibusdam diebus celebrare vel clam vel coram, & recipere Sacramenta, &c.*

Idem an.1515.Benedictinis Congr. Vallisoleti pro tēpore existentibus. [Vt in B.V. M. & S.Ioannis Bap.Natiuitatum,& trāsitus & translationis Ss.Martini & Benedicti,eorúmq; Octauis,& S.Scholasticæ eiusd.S.Benedicti Sororis,& B.Mauri & Placidi Discipulorum eius, & S.Gregorij Papæ,& Ildephonsi Archiepiscopi, Antonij & Bernardi Abbatum,ac tempore quo aliquem ex huiusmodi Monasteriorum & Prioratuum Monachis in eisdem Monasteriis & Prioratibus professionem emittere;aut primam Missam celebrare,seu Abbates,Priores,& Monachos prædictos in vestris Ecclesiis aut illorū cœmeteriis humana cadauera Ecclesiasticæ tradere sepulturæ contigerit, necnon in quorūvis aliorum Ss.sub quorum inuocationibus Monasteriorum & Prioratuum huiusmodi Ecclesiæ sunt erectæ vel constructæ, & quorum corpora

in

in ipsis Ecclesiis recondita respectiuè existunt, Festiuitatibus, tempore interdicti & cessationis à diuinis Apostolicâ authoritate appositi, ianuis clausis; alia verò quacunque authoritate, dummodò huiusmodi interdicto causam non dederitis, nec id in vos specialiter contigerit emanare, apertis ianuis, pulsatis campanis, nominatim interdictis & excõmunicatis exclusis, Missas & alia diuina officia à primis ipsarum Festiuitatum Vesperis, vsque ad occasum Solis sequentis, & vltimi Octauarum huiusmodi respectiuè, diei, solemniter & in cantu celebrare: Quódque Monachi non Presbyteri, Commissi, Oblati, Donati, & Seruitores singulorum Monasteriorum & Prioratuum prædictorum, tempore interdicti & cessationis à diuinis, quacunque, præterquàm Apostolicâ authoritate præfatâ appositi, Eucharistiæ & alia Ecclesiastica Sacramenta, absque alicuius censuræ, seu pœnæ incursu, recipere liberè & licitè valeatis, concedimus.] B. Religionis, 38. apud Rodericum.

43 *Celebrare ianuis apertis.*

Idem an. 1516. Minimis. [Motu proprio, & ex nostra certa scientia, vobis, vt in quibusvis Ecclesiis Dominorum vestrarum, nunc & pro tempore in quibusvis locis consistentibus, tempore interdicti Ordinariâ authoritate appositi, etiam ianuis apertis diuina officia celebrare liberè & licitè possitis & valeatis, cõcedimus, &c.] Deinde prohibet sub pœna excommunicationis latæ sententiæ sum. Pontifici reseruatæ, omnibus Archiepiscopis, &c. Parlamentis Regiis, &c. ne præfatos impediant quominus celebrent vt dictum est, B. Quãuis in priuilegiis, 11. apud Peyr.

Idem

44 *Celebrare solemniter.* Idem an. 1518. Minorit. quod suprà, n. 32. 34. & 35. extendit ad Festum S. Elizabeth, & eius Octauam. B. Cùm aliàs, 28. apud Rodericum.

45 *Idem.* Idem eod. an. Prædicatorib. idipsum concessit, pro Festiuitatibus Ss. Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Vincentij, & Catharinæ Senensis, ac earum Octauis, etiam per translationem celebrandis. B. Expositum, 34. apud Rodericum.

46 *Exemptio.* Idem an. 1519. Minoritis. [Vobis, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus Ecclesiæ Domorum vestri Ordinis ad cuiuscunque personæ, etiam Cardinalatus honore vel aliâ fulgentis dignitate, instantiam, per Auditores causarum sacri Palatij, seu eorum loca tenentes, aut quoscunque alios Iudices, seu ordinariâ, ac etiam nisi tota Ciuitas vel Oppidum, vbi Domus huiusmodi consistit, Apostolicâ authoritate, aut speciali commissione manu propriâ Pontificis signatâ & in publica signatura proposita, Ecclesiastico supponatur interdicto, interdici non possint, ac quòd in eis degentes FF. ad ipsius interdicti obseruationem minimè teneantur, nec propterea irregularitatis maculam aut aliquas sententias, ceusuras, & pœnas incurrere debeant, quódque vobis (dummodò causam non dederitis interdicto huiusmodi) vt ianuis apertis, & campanis pulsatis, Missas, & alia diuina officia celebrare valeatis, nisi persona, ad cuius instantiam interdictum fuerit appositum, in eisdem Domibus degentibus Fratribus de alimentis & aliis victui necessariis rebus competenter prouideri fecerit, indulgemus.] B. Cùm

sancta

ſancta Regula, 29. apud Roder. 16. apud Confettium.

Idem an. 1521. Monachis & Monialibus Ordinis & Congregationis S. Benedicti Valliſoleti. [Vt in Conceptionis, & Viſitationis B.V.M. & eiuſdem Virginis & S. Ioannis Bap. Natiuitatum, necnon Ss. Benedicti & Martini trāſlituum & tranſlationum, ac Ss. Gregor. Papæ, Ildefonſi Archiepiſcopi Toletani, Antonij & Bernardi Abbatum, ac BB. Mauri & Placidi Diſcipulorū, & S. Scholaſticæ ſororis eiuſdem S. Benedicti, ac Adelelmi Confeſſoris, necnon in quorum cunq; aliorum Sanctorum & Sanctarum, ſub quorum inuocationibus Monaſteriorum, Prioratuum, & locorum vtriuſque ſexus dicti Ordinis & Congregationis Eccleſiæ dedicatæ & conſtructæ ſunt, ſeu quorum corpora in ipſis Eccleſiis recondita reſpectiuè exiſtunt, necnon hebdomadarum Sanctæ & Reſurrectionis Dominicæ Feſtiuitatib. & per Octauas earumdem omnium ſupradictarum Feſtiuitatum, necnon quoties Monachi, & aliæ vtriuſque ſexus Religioſæ perſonæ dicti Ordinis & Congregationis profeſſionem emiſerint, aut primam Miſſam celebrauerint, ſeu eos in Eccleſiis vel Cœmeteriis Monaſteriorum, Prioratuum & aliorum locorum dicti Ordinis & Congregationis humana cadauera Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ contigerit, tempore interdicti, & ceſſationis à Diuinis, quacunque authoritate etiam Apoſtolicâ appoſitorum, dummodò huiuſmodi interdicto cauſam non dederint, nec id eis ſpecialiter contigerit interdici, apertis ianuis, pulſatis campanis, nominatim

47 *In quocunque interdicto ſolemniter celebrare & recipere & dare Sacramenta.*

nominatim interdictis & excommunicatis exclusis, Missas, Processiones, & alia diuina officia solemniter & in cantu celebrare, &c. Eucharistiam & alia Ecclesiastica Sacramenta absque alicuius censuræ seu pœnæ incursu recipere, & quibusvis personis cum prædicta solemnitate dare licitè & liberè possint, dummodò ipsi interdicti causam non dederint, nec eis specialiter contigerit interdici, concedimus.] B. Sanè Religionis, 39. apud Rodericum.

48 *Vbique sine solemnitate celebrare.*

Idem eod. an. Minimis concedit quod suprà, n. 9. fine illa clausula, *Nisi id vobis fuerit specialiter interdictum*, imò prohibet sub grauissimis pœnis, quibuslibet Prælatis, Parlamentis, aut aliis, ne talem celebrationem impedire præsumant. B. Etsi in priuilegiis, 12. apud Peyr.

49 *Professio solemnis.*

Idem instante ac testante Francisco Cardinali Surrentino, an. 1517. Minorit. concessit. [Quòd tempore interdicti ordinariâ authoritate appositi possint dare publicè professionem Fratribus suis, & in illa cantare, *Veni creator*, & alias cæremonias facere, prout in consuetudine habent. Ac etiã benedicere mensam, & post prandium vel cœnã Deo agere gratias, sicut si nullum esset interdictum. Et facere Processiones per claustra sua, dicẽdo Litanias, vel Hymnos, aut alia deuota carmina, dum tamen aliquod officium diuinum non dicant.] Viuæ vocis oraculum, 39. apud Roder. Et orac. 8. ibid. testante Laurentio Card. concessit, [Quòd in forma obseruationis nulla sit differentia inter cessationẽm à diuinis, & interdictum quodcunque.]

Benedicere mensam & agere gratias.

Processionis per claustra.

50 Clem. VII. an. 1524. Fratrib. Ordinis Ss. Trin.

[Volumus

[Volumus insuper ac præcipimus, quòd cùm dicti FF. Procuratores, vel eorum Nuntij, ad aliquas Ecclesias aduenerint interdictas, in eorum iucundo aduentu Ecclesiæ aperiantur, ac campanæ pulsentur, ac quòd ibidem, campanis pulsatis, & ianuis apertis, diuina officia celebrẽtur, ac corpora mortuorum, ibidem Ecclesiasticæ tradantur sepulturæ: nisi excommunicati nominatim fuerint, aut publici vsurarij.] B. Gratum Deo, 7. apud Cherub. 6. apud Roder.

Celebrare solemniter in alienis locis.

Paulus III. an. 1549. Societati IESV concessit quod suprà, num. 11. B. Licet debitum, 48. apud Cherub. 8. apud Roder.

51 *Pro Procuratorib. &c.*

Pius IV. an. 1565. per Clem. IV. idem quod suprà, n. 2. saluâ tamen in omnibus declaratione Concilij Generalis, (videlicet Later. de quo suprà, n. 6.) FF. Militib. S. Lazari Hierosol. concessum confirmauit. B. Inter assiduas, 95. apud Cherubinum, §. 24.

52 *Extra Domum propriam celebrare solemniter.*

Bulla verò Clementis IV. in qua id illis concesserat an. 1265. incipit cùm dilectis, & est 2. apud Cherub.

Pius V. an. 1567. pro omnibus Mendicantib. [Licet in sess. 25. cap. 12. (Conc. Trid.) caueatur, quòd censuræ & interdicta Ecclesiastica, etiam à locorũ Ordinariis promulgata, mandãte Episcopo, à Regularibus in eorum Ecclesiis publicari debeant, tamen si tẽpore celebrationis alicuius ex Festis Sanctorum Ordinum eorundẽ, ac aliis Festiuitatibus iuxta eorumdem Ordinũ priuilegia Apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis Festiuitatibus & earum Octauis suspendimus.] B. Etsi Mendicantium,

53 *Interdicti suspensio.*

tium,41.apud Cher.7. apud Roder.& Peyr. Et habetur authentica in arch. Conuentus Carmel. Rhedonenſ. vt teſtatur P. Iuſtin. in ſuo Bullario manuſcripto.

54 *Celebrare ſolemniter.*

Clem.VIII.an.1595.Minoritis.[Cùm itaque ſicut accepimus, diuerſorũ Romanorum Pont. conceſſionibus Religioni præfatæ indultum ſit, vt temporibus interdicti,quacunque, etiã Apoſtolica,authoritate appoſiti, Feſta Ss. eiuſd. Ordinis,Franciſci nimirum, Bonauen. Ant.de Padua,Ludouici,Bernardini,Claræ,Elizabeth, ac Martyrum, ſolemni ritu celebrare, perinde ac ſi interdictum huiuſmodi minimè appoſitum eſſet,liberè poſſint: Feſta verò S.Didac.& Portiunculæ in prædicto indulto minimè comprehendantur. Nos Religionem prædictam amplioribus fauorib. & gratiis proſequi volentes, ac indultorum huiuſmodi ac Litterarum Apoſt.deſuper expeditarum tenores præſentib. pro expreſſis habentes,&c.Religioni prædictæ vniuerſæ, ac cuicunque ipſius Ordinis Familiæ & Conuentui, vt in eorum Eccleſiis Feſta etiã prædicti S.Didaci, & Portiunculæ temporibus interdicti ſolemniter,provt alia Feſta prædicta, ac iuxta indultorum illi conceſſorum, ſeriem & tenorem celebrare liberè & licitè poſſint, authoritate Apoſtol.tenore præſentium concedimus & indulgemus, ac indulta prædicta ad prædictas S. Didaci & Portiunculæ Feſtiuitates extendimus,& ampliamus. Nonobſtantib. &c. Conciliis Generalibus,&c.] Bullâ, Sacræ Seraphici,4.apud Rodericum,vbi dicitur eſſe originaliter in Conuentu Salmanticenſi.

INTER

INTERPRETATIO

Priuilegiorum & Constitutionum.

CLEMENS IV. an. 1268. Prædicatoribus & Minoritis. [Ne Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati alij, indulgentias seu priuilegia vobis ab Apostolica Sede concessa, siue clara quæ interpretatione non indigent, siue dubia contineant, de cætero interpretari præsumant, authoritate præsentium districtiùs inhibemus, volentes, vt cùm eius sit interpretari, cuius est condere, interpretatio super huiusmodi dubiis & obscuris, dictæ Sedis iudicio requiratur.] B. Ordinis vestri, 12. apud Cher. 1. apud Confert. 13. apud Roder. 28. apud Wad. in reg. tom. 2. Et in Spec. Min. tra. 1. fol. 12. Vrbanus VI. an. 1378. Fratribus Ordinis B.M. de Mercede hoc idem concessit. B. Glorioſa, in Appendice Bullarij Romani impressi Lugduni. 1 *Reseruatur Papæ.*

Sixtus IV. an. 1476. Canonicis Reg. S. Aug. Congr. Lat. [Vt autem mentes dictorum Canonicorum à dubiis quæ super præsentibus aut aliis gratiis huiusmodi, per Nos & prædecessores nostros, Imperatores, Reges, Principes, & alios prædictos concessis, & in posterum concedendis, apud præfatos Canonicos quomodolibet oriri possent, releuentur: Volumus vt vbi in aliquo redderentur ancipites seu dubij, se- 2 *Debet esse largissima.*

cundùm bonam æquitatem, in fauorem salutis animarum [illegible] largissimè intelligantur & interpretentur [illegible] autem secundùm iuris rigorem, vel Doctorum opiniones & subtilitates.] B. Cum ad vniuersos, 10. apud Cherubinum, §. 34.

3 *Priuilegia interpretandi facultas.*

Innoc. VIII. an. 1489. concessit facultatem Vicario Generali Prædicatorum Reformatorum Congreg. Hispaniæ, pro tempore existenti, cum aliqua persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & duobus aliis Iurisconsultis, interpretandi dubia quæ occurrunt Fratribus & occurrere possunt super gratiis & priuilegiis, tam Ordini, quàm Congregationi prædictis concessis: & quòd FF. dictæ Congregationis securè possint stare declarationibus per eosdem faciendis. Viuæ vocis oraculum, cui attestatur Petrus Cardinalis de Fox, apud Rod. & in Spec. Min. in Summario Pontificali, vbi dicitur haberi in Conuentu Salmant. FF. Prædicatorum.

4 *Debet fieri in fauorem Regularium*

Iulius II. an. 1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti. [Volumus quidquid dubij in dictis priuilegiis, seu aliquo eorum pro parte emerserit, id, datâ verborum ambiguitate, & varia peritorum interpretatione, in fauorem dictæ Congreg. & locorum particularium eiusdem, interpretari debere.] Etsi ad vniuersos, 12. apud Cher. §. 2. Idem Congreg. S. Iustinæ concessit Alexander VI. an. 1501. B. Inter cæteros, 110. in Bullario Cassinensi.

5 *Facultas interpretandi constitu-*

Idem an. 1509 Generali Prædicatorum. [Tibi concedimus, quòd si in Constitutionibus Ordinis Prædicatorum, aut circa priuilegia, &c. illi concessa

conceſſa & concedenda,&c. aliqua ambiguitas emerſerit,tu illam (quoad ſerenitatem illarum conſcientiarum quæ tibi ſubditæ ſunt duntaxat) poſſis authoritate Apoſt. declarare.] B. Conſiderantes,1.apud Confet.13.apud Peyrin. 16.apud Rodericum. *tiones & priuilegia.*

Idem an.1512.Canonicis Regul.S.Aug. Congreg.S.Salu.concedit idem quod ſuprà, n.2. & 4. iiſdem verb. B. Inter cæteros, 30.apud Cherub.§.2. 6 *Largiſſima & fauorabilis eſſe debet.*

Leo X.an.1513. Camaldulenſib. idem quod num. 4. B. Etſi à ſummo, 2. apud Cherubin. §. 4. 7 *Fiat fauorabilis.*

Idem inſtante & teſtante Cardinali Laurentio an 1516. Generali, Prouincialibus Vicariis, & Cuſtodibus Minorum conceſſit quod ſuprà, num.5. Viuæ vocis oraculum, 14. apud Rodericum. 8 *Facultas pro Conſtit. & priuil.*

Ibid.n.71.eodem teſtante,an.1517.Quia ſunt nonnulla viuæ vocis oracula Ordini Minorum conceſſa, quorum aliqua aliquibus temporibus fuerunt vtilia, ſed fortè præſentibus non ſunt, neque futuris erunt, & præterea aliqua ſunt in aliquibus locis neceſſaria.& aliqua non;placuit ſuæ Sanctitati, vt non ſolùm Vicarius Generalis in ſuo Generali Capitulo,ſed etiam quilibet Vicarius Prouincialis in ſuo Prouinciali Capitulo de conſenſu eiuſdem Capituli,vel maioris partis,declarare poſſit & valeat, vtrùm ab vſu alicuius conceſſionis viuæ vocis oraculo factæ abſtineri debeat.Poſt quam quidem declarationem,tam FF.quàm Moniales ſui Vicariatus, ac ſi conceſſio huiuſmodi per Sanctitatem ſuam 9 *Facultas declarandi, &c.*

suspensa vel reuocata fuisset, concessione eadem in posterum non vtantur.

10 *Sit fauorabilis.* Clem. VII. an. 1529. Camaldulensibus idem quod n. 4. B Inter multiplices curas, apud Bouerium, in reg. tomi 1. Annal. pag. 970. & authenticatur à Paulo III. an. 1534. B. Rationi congruit, 1. apud Cherubin. & apud Bouerium citatum, pag. 977.

11 *Idem.* Paulus III. an. 1537. Congreg. Cassinensi confirmat in specie, quod eis concessit Alexander VI. suprà, num. 4. B. Benignitas, 156. in Bullario Cassinensi.

12 *Reseruatur Papæ.* Idem anno 1549. pro Societate IESV statuit idem quod suprà, num. 1. B. Licet debitum, 48. apud Cherub. 8. apud Roder. §. 17.

13 *Sit fauorabilis.* Greg. XIV. an. 1591. inter cætera quæ confirmat Camaldulensib. recensetur quod n. 7. & 10. suprà. B. Ex iniuncto, 18. apud Cherubinum.

IRREGVLARITAS.

Vide verbo *Absolutio Fratrum*, n. 11. 16. 19. 25. 39. 40. 42. 44. 48. 50. 54. *Confessio secularium*, n. 17. 19. 20. 29. 37. 50. 51. 52. 53. 54. 59. 63. 65. *Dispensatio*, n. 1. 2. 3. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. 19. 22. 27. *Excommunicatio*, n. 6. 14. 15. 17. 18. 22. 25. 26. 27. 29. 32. 33. 36. 37. 41. 44. 46. 49. 50. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 61. 62. 68. 73. 76. 77. *Missionarij*, n. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *Mutatio Ordinis*, n. 14. *Ordinatio Clericorum*, n. 14. *Sacra*, n. 1.

1 *Absoluere & dispensare in omnibus.*

CASARVBIO in Compendio Minorum, verb. *Dispensatio*, §. 24. hæc testatur. [Martinus V. concessit Priori S. Benedicti Vallis Oleti, & virtute extensionis postea factæ, omnibus Prioribus Congreg. Hispaniæ, vt in foro conscientiæ Monachos ab omni possint excommunicationis sententia absoluere, etiamsi talis sit, quam ipse sibi Summus Pontifex reseruare consueuit. Et cum eis super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruat, in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeat dispensare, dum tamen aliquid horum trium notorium non sit. Oraculum viuæ vocis authenticum. Testimonium verò authenticum huius concessionis inquisiui, & inueni, ac vidi in Monasterio S.

Benedicti Vallis Oleri, & inde fideliter extraxi.] Hæc ille: & post eum author Compendij Fulienſium, verb. *Diſpenſatio*, § 6. qui & ipſe ait haberi tranſumptum authenticum illius conceſſionis in ſuis manuſcriptis, pag. 180.

2 *Diſpenſare in occultis cum Fratribus. Exceptis, &c.*

Gregorius XIII. an. 1574. Ciſtercienſib. Regularis Obſeruantiæ in Regnis Hiſpaniarum. [Patri Abbati Ciſtercij (ſi ibi præſens fuerit) alioquin Generali Reformatori, ac Abbatibus ſingulorum Monaſteriorum Ordinis & Congregationis huiuſmodi nunc & pro tempore exiſtentibus, vt cum quibuſcunque Ordinis & Congregationis huiuſmodi Monachis, Fratribus, Conuerſis, & Donatis, ſuper irregularitate per eos ex delicto occulto contracta diſpenſare, ac in occultis & Sedi Apoſt. reſeruatis, & aliis à Conc. Trid. permiſſis Epiſcopis (hæreſis duntaxat & homicidij voluntarij exceptis caſibus) delinquentes quoſcunque Ordinis & Congregationis, ſi id humiliter petierint, à quibuſvis ſuſpenſionibus & reatibus, iniuncta eis pœnitentia ſalutari, abſoluere liberè & licitè valeant, facultatem concedimus. Nonobſtantib. &c.] B. Conſueuit, 38. in eorum Priuilegiis.

LEGERE

LEGERE.

CLEMENS IV. anno 1265. 1
Minoribus. [Fratres autem de *Licentia.*
Ordine vestro, quos secundùm Institutiones ipsius Ordinis, Conuentibus vestris deputandos duxeritis in Lectores, sine cuiusquam alterius licentia liberè in Domibus prædicti Ordinis legere ac docere valeant in Theologica Facultate illis locis exceptis, in quibus viget studium generale, ac etiam quibus in Facultate ipsa docturus solemnitet incipere consueuit.] B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherub. & includitur in Mari magno Minorum. Quod ibidem confirmatur ab Eugenio IV. ex certa scientia, anno 1439. B. Licet debitum; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an. 1474. Et eadem Bulla extat confirmata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra vestra, 5. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol. 176. Idem Prædicatorib. concessit Gregorius XI. an. 1374. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherub. §. 4. quæ & includitur in Mari magno Prædicator. Quod & ibidem ex certa scientia innouatur & confirmatur à Martino V. an. 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. an. 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474.

2 *In Facultate Parisiensi, sine mora, &c.*

Eugenius IV. anno 1442. Pro Fratribus Minoribus, Prædicatoribus, Eremitis S. Augustini, & Carmelitis. [Ordinamus quòd qui pro continuatione & consummatione studij Theologiæ huiusmodi, per aliqua ex generalibus dictorum Ordinum capitula, vel eorum aliquod aut per suos Generales, vel eorum Vicarios, seu quoscunque alios sufficientem ad id potestatem habentes, ad dictam vniuersitatem (Parisiensem) missi, & ad legendum in ibi Bibliam publicè deputati & assignati fuerint, ac per dictos deputatos Facultatis Theologiæ ad hoc sufficientes & idonei reperti fuerint, solutis iuribus eiusdem Facultatis indilatè & absque alicuius præcedentis temporis mora ad legendum Bibliam publicè huiusmodi; nec non illi qui simili modo ad legendum sententias deputati fuerint, nullâ cuiusvis temporis expectatâ morâ, sine lectura Bibliæ, sine cursibus, & absque vlla ipsorum cursuum persolutione ad legendum sententias, siue librum sententiarum, à dicta Facultate, omnibus contradictione & difficultate penitùs cessantibus, liberè admittantur, & admitti debeant: ac postquàm dicti Fratres formati in eadem Theologia Baccalaurei fuerint, quilibet ex eisdem Ordinibus Regens, vnum ex dictis Baccalaureis, pro obtinenda sententia in dicta Theologia, prædicto Cancellario præsentet, & præsentare debeat, ipséque Baccalaureus sic præsentatus, ad immediatam tunc sequentem sententiam, licet statuti temporis, videlicet quinque annorum, spatium non compleuerit, dum tamen bis de ordinario

reſponderit, ſine aliqua contradictione protinùs liberè admittatur. Mandantes Cancellario dictæ Eccleſiæ, pro tempore exiſtenti, necnon vniuerſis Doctoribus &c. dictæ Facultatis, in virtute ſanctæ Obedientiæ &c. quatenus prædicta obſeruent, & ab omnibus faciant obſeruari: ac decernentes irritum & inane, ſi ſecùs &c. Nonobſtantibus &c.] B. Ad vrgendam, apud Wad.tom.5.Annalium,anno 1442.p.423. ex Reg.Vat.lib.1.de Regularibus,fol.287.

Sixtus IV.anno.1476.Carmelitis idem concedit quod ſuprà, num.1. In Mari magno Carmelitarum,§.85. 3 *Licentia.*

Iulius II. ann.1506. Minimis idipſum conceſſit. In Mari magno Minimorum,§.4. 4 *Idem.*

LIBRI.

1 *Prohibitio furto extrahendi è Bibliothecis.*

PIVS V. anno 1568. [Cùm nonnulli libros ex Bibliothecis nonnullorum Monasteriorum Ordinis S. Francisci furto extrahere,& penes se pro eorum vsu retinere non vereantur, &c. Nos vniuersis & singulis personis Ecclesiasticis secularibus & Regularibus vniuscuiusque status,gradus,Ordinis,vel conditionis existant, etiamsi Pontificali dignitate præfulgeant,mandamus,ne ex Bibliothecis prædictis, aut earum aliqua librum aliquem,aut quaternum furto subtrahere quoquomodò præsumant. Nos enim quoscunque subtrahentes excommunicationis sententiæ subiacere volumus & decernimus ipso facto, à qua nullus ab alio quàm à Romano Pontifice possit, nisi duntaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere.] B.Cùm sicut accepimus, 17.apud Rodericum.

2 *Lectio & vsus prohibitorum.*

Gregorius XIII.anno 1575. Societatis IESV confirmat & de nouo in quantum opus foret concedit (supplendo defectus, si qui interueuenerint, &c. facultates iam ante factas: quòd Præpositus Generalis posset impertiri facultatem legendi libros hæreticos, & alios prohibitos ad oppugnandum, dum tamen id considerate fieret & cum delectu, re consultatâ cum suis Assistentibus : ac Religiosi dictæ Societatis possent vti libris non hæreticis,licet haberent annotationes, & scholia auctorum hæreticorum;

ticorum; vel authores ipsi mali essent, si libri non essent editi ad stabilienda dogmata hæretica, dummodò nomen authoris, si hæreticus esset, vel in Indice prohibitus, &, si quid inter legendum impium occurreret, deleretur: ipsique à Superiore deputati, ad emendandos libros eorum, qui ad ipsos Religiosos vel in scholis, vel extra illas recurrere solent, facultatem haberent, quando Authores boni essent, vt Augustinus, Hieronymus, & similes, sed haberent praua scholia, vel malas annotationes; aut cùm author & impressor impij essent, sed non libri; aut cùm Ethnici existerent Authores, sicut Cicero, & alij similes, sed haberent scholia, annotationes, vel quid eiusmodi, propter quod prohibiti essent donec purgarentur, deletis tamen erroribus, & nomine authoris, vel impressoris mali: necnon quòd ipsi Religiosi non solùm libros suos, quos in suis Collegiis vel Domibus haberent, sed etiam Scholasticorum, qui ad eiusdem Societatis scholas confluerent, quorum Authores Ethnici, quamuis alioqui boni essent, sed propter scholia, vel annotationes, aut commentaria, vel impressorem in Indice prohiberentur, emendare possent, si ad id à Præposito Generali per seipsum, vel per alios deputati forent, & suis Scholasticis vtendo relinquere possent, deletis tamen erroribus & nominibus Auctorum prohibitorum: quódque ipsi Religiosi ea in suis libris executioni demandarent, quæ in catalogo, & decreto Sanctæ Romanæ & vniuersalis Inquisitionis præcipiuntur,

piuntur,ad effectum vt illi retineri possent.] B. Exponi Nobis,in Litteris Apostolicis Societatis,pag.138.

3 *De Breuiarij & Missalis impressione prohibitio.*

Idem anno 1584. Generali Carmelitarum. [Omnibus & singulis librorum Impressoribus; Bibliopolis, vbilibet existentibus sub excommunicationis latæ sententiæ; ac quoad subiectos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,etiam 500. ducatorum auri de Camera, pro vna videlicet Cameræ Apost. & altera medietatibus dicto Ordini applicandis; & per contrauenientes, absque aliqua declaratione incurrendis & exigendis pœnis, interdicimus & inhibemus, ne posthac in perpetuum, Breuiarium, & Missale prædictum, absque expressa & in scriptis habita licentia dicti Ioannis Baptistæ moderni, & pro tempore existentis Prioris Generalis dicti Ordinis,imprimere,aut impressa vendere, seu venalia tenere,vel proponere, aut aliàs habere, audeant vel præsumant. Mandantes vniuersis Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, &c.Nonobstantibus,&c.] B.Exponi,in Breuiario Carmelitarum.

4 *Prohibitio extrahendi etiam ad tempus.*

Sixtus V.anno 1587. pro Ordine Minorum; [In virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipso facto sine alia declaratione per contrauenientem in singulis casibus infra scriptis incurrenda; à qua nisi à Romano Pontifice,præterquàm in mortis articulo possit absolui, & nisi in primis satisfacto omni damno dictarum Bibliothecarum, mandamus omnibus Ministro ac Commissario Generalibus, Ministris Prouincialibus, Commissariis;

missariis, Guardianis, cæterisque Fratribus quocunque nomine nuncupatis dicti Ordinis aliisque omnibus & singulis personis Ecclesiasticis, secularibus & Regularibus, cuiusvis status, Ordinis, conditionis, etiamsi Pontificali dignitate præfulgeant, vel aliàs hîc specificè nominandi fuissent, præsentibus & futuris, ne sub quovis prætextu, & causa, & ratione, etiam quibus dici posset, vel de his cogitauissemus, non sic ordinauissemus, audeant seu præsumant, neque aliquis eorum audeat seu præsumat, per se vel alium seu alios, nec pro minimo quidem temporis spatio dictos libros, quinterna, folia, nec res aliquas in dictis Bibliothecis nunc & quandocunque existentes, de dictis Bibliothecis amouere, asportare, tollere, seu amoueri, asportari, aut tolli facere, vel consulere, neque verbo, vel facto, in aliquo ex prædictis alicui auxilium aut opem præstare, &c.] B. Cùm sicut, 67. apud Cherubinum.

5 *Moderatio prohibitionis præmissa.*

Clemens VIII. prædictam Sixti V. Constitutionem bis modificauit. Primò, pœnam excommunicationis latæ sententiæ appositam Fratribus contrauenientibus, in totum sustulit. Deinde remouit ab ea omnes pœnas ibidem expressas: quas ligare & comprehendere sua vult Sanctitas, illas solùm personas, quæ prædictas Bibliothecas defraudere contigerit. Viuæ vocis oraculum, apud Rodericum, ante Constitutiones Clemen. VIII.

6 *Prohibitio amouendi à Bibliothecis.*

Idem anno 1593. Pro Carmelitis. [Vniuersis & singulis personis Ecclesiasticis secularibus & Regularibus, ac etiam laïcis cuiuscunque status,

ſtatus gradus Ordinis, vel conditionis exiſtentibus, authoritate Apoſtolica per præſentes interdicimus, ac diſtrictè prohibemus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus ex Bibliothecis prædictis, aut earum aliqua, libros, & monumenta, ſiue impreſſa, ſiue manuſcripta, ibi exiſtentia amouere, vel ſubtrahere quoquomodò præſumant. Nos enim quoſcunque amouentes, & ſubtrahentes, excommunicationis ſententiæ ipſo facto incurrendæ, à qua ab alio quàm à Romano Pontifice, niſi duntaxat in mortis articulo, abſolui non poſſint, ſubiacere volumus atque decernimus, &c.] B. Quæ ad tuenda, 24. apud Cherubinum.

7 *De impreſſione Breuiarij probibitio.*

Idem anno 1602. pro Carmelitis. [Si qui Typographi Breuiarium ad vſum Carmelitarum, abſque Prioris Generalis pro tempore exiſtentis licentia, & in antiqua, vel alia præterquàm ad præſcriptum noui Breuiarij Romani emendatâ formâ imprimere; aut quicunque Bibliopolæ vendere præſumpſerint; Typographi & Bibliopolæ huiuſmodi extra ſtatum Eccleſiaſticum exiſtentes, excommunicationis latæ ſententiæ, à qua, niſi à Romano Pontifice (præterquàm in mortis articulo conſtituti) abſolui nequeant: in alma verò Vrbe Noſtra, ac reliquo ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentes, quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum & typorum omnium, Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnas, abſque alia declatione irremiſſibiliter incurrant eo ipſo. Et nihilominus eorundem Breuiariorum, per eos de cætero abſque huiuſmodi licentia, & in alia quàm ſupradictâ

supradictâ formâ imprimendorũ aut vẽdendorum, vsum vbique locorum & gentium sub eisdem pœnis interdicimus & prohibemus.] B. Exponi Nobis, habetur originaliter in Ordinis archiuio Romæ, vt refert Pater Iustinus in Bullario suo manuscripto.

8 *Licentia libros extrahendi à Bibliothecis.*

Paulus V. anno 1616. [Cùm dilecti Filij Priores & Fratres Domorum Andegauensis & Rhedonensis Ordinis Carmelitarum, Strictam Obseruantiam Regulæ mitigatæ dicti Ordinis, iuxta piæ memoriæ Eugenij IV. Pij II. & Sixti etiam IV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, nonnullis abhinc annis profiteri incœperint, & iuxta earumdem Constitutionum præscriptum, alios libros, quàm qui in communibus Bibliothecis asseruantur, habere non possint: in communes verò Bibliothecas huiusmodi, omnes studendi gratiâ conuenire, absque magno incommodo, & ita vt vnus alteri impedimento non sit, nequaquam valeant, &c. Eisdem Prioribus & Fratribus, vt è dicti Bibliothecis libros & alia prædicta pro vsu eorum particulari, & prout eorum studia exegerint, extrahere liberè & licitè valeãt; ita tamẽ vt quoties Superioribus videbitur, & placuerit, libros & alia prædicta ad dictas Bibliothecas referre teneãtur; Apostol. authoritate tenore præsẽtiũ cõcedimus & indulgemus. Non obstãtibus prædictâ Clemẽtis prædecessoris (ea est de qua n. 4. suprà) ac quibusvis aliis Cõstitutionibus, &c.] B. Exponi Nobis, quę habetur originaliter in archiuio Prouinciæ Turoniæ Carmelitarũ, quod extat in Conuentu Rhedonensi.

Vrban-

9 *Prohibitio extrahendi.*

Vrbanus VIII. anno 1626. Pro Ordine Prædicatorum. [Ne de cætero quisquam quavis authoritate fungens libros, quinterna, folia, siue impressa, siue manuscripta, Bibliothecis Domorum Regularium dicti Ordinis hactenus donata, seu assignata, & in posterum donanda seu assignanda, ex eisdem Bibliothecis extrahere, seu vt extrahantur permittere, aut consentire sub quovis quæsito colere, prætextu, vel ingenio audeat seu præsumat, sub excommunicationis, necnon privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis prohibemus.] B. Cùm sicut, 55. apud Cherub.

10 *Licentia extrahendi.*

Idem anno 1639. Minoritis Discalceatis Provinciæ Sancti Ioannis Baptistæ in Hispania. [Quódque possint iidem Fratres Discalceati intra septa Domus Regularis suæ libros à Bibliothecis de licentia Prælati abstractos habere, & illis vti, dummodò postquàm illis vsi fuerint, eisdem Bibliothecis illos restituere procúrent.] B. Cùm ea, 26. inter Constitutiones nouissimas quas Vigus adiecit operibus Peyrinis.

LOCA

LOCA FRATRVM.

Vide verbo *Immunitas locorum.*

ALexander IV. ann. 1255. Minoritis [Vt liceat eisdē Fratribus, cùm de prioribus locis ad alia loca se trāsferūt, tāædificia, seu omnē ædificiorum materiam, locorū quæ dimittunt; exceptis dumtaxat Ecclesiis, quàm libros, calices, & paramenta, ad alia loca transferre: ac ædificia ipsa cum solo & aliis ad eadem loca pertinentibus præter Ecclesiam, per procuratores à vobis filiis Ministris ad hoc deputatos vendere, ipsorumq; pretium in aliorum locorum ad quæ dicti Fratres se transferunt ædificationem, seu aliàs in eorum vtilitatem conuertere: cùm ipsa priora loca, & alia loca Fratrum ad Nos & Apostolicā Sedē specialiter pertinere noscatur, præsentium authoritate indulgemus. Districtiùs inhibentes ne aliquis Prælatorum, seu quæuis alia persona Ecclesiastica, vel secularis, prædicta bona, seu loca accipere, vel vsurpare, aut quocunq; alio modo sibi vendicare præsumāt, absq; licentiâ Sedis Apostolicæ spaciali &c.] B. Ex parte vestrâ, 7. apud Roder. & â7. apud Wading. in reg. tom. 2. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 28. Idem anno 1258. iisdem idipsum concessit, B. Virtute conspicuos, 98. apud Wading. cit. Idipsum quoque Clemens IV.

1 *Pro mutatione locorū*

anno 1265. iisdem concessit, excipiendo Ecclesias tantùm dedicatas; & limitando quòd ea bona vendi debeant per personas ad hoc à Sede Apostolicâ deputatas. B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherub. quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certâ scientiâ confirmatur ab Eugenio 4. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. quæ & extat confirmata per Ioann. XXIII. an. 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol. 176. Idipsum etiam Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus concessit, B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherub. §. 29. Quæ & includitur in Mari magno Prædicat. Et ibidem ex certâ scientiâ innouatur & confirmatur à Martino V. anno 1427. B. Ex A postolicæ Sedis. Et ab Eugenio 4. anno 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474.

2 *Facultas vniendi, & transferendi monasteria.*

Pius II. anno 1463. Benedictinis Congreg. Vallisoletanæ. [Vobis, duo vel tria monasteria, siue domos dicti Ordinis, in quibus propter exiguitatem fructuum, reddituum & prouentuum tres vel quatuor monachi sustentari nequeunt, Abbatum & Conuentuum dictorum Monasteriorum expresso ad id interueniente consensu, vniendi, annectendi, & incorporandi, ac in aliquo ipsorum Monasteriorum, siue Domorum Monachos, vsque ad numerum duodecim constituendi & deputandi: ac alia Monasteria in

locis

locis temporalium Dominorum, qui bona monasteriorum occupant & sibi apropriant, vel sterilibus & inaquosis existentia, si secundùm Deum hoc expedire videritis, de dictis oppidis siue locis ad alia loca vel oppida transferendi: nec non fructus, redditus, & prouentus prædictorum omnium Monasteriorum, vt præmittitur, vniendorum, quos pro expressis haberi volumus, pro sustentatione Monachorum in magis accommodis Domibus & Monasteriis commorantium deputandi, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Nonobstantibus, &c.] B. Ex iniuncto, 7. apud Roderic.

3 *Pro mutatione locorum.*

Sixtus IV. anno 1476. Carmelitis idem quod suprà n. 1. eodem tenore quo Clemens IV. ibi relatus concessit. In mari magno Carmel. §. 100.

4 *Incommoda & onera facta deseri possunt.*

Idem anno 1482. Vicario Generali Minorum de Obseruantiâ Vltramontano. [Tibi facultatem omnimodam damus, ea loca quæ Fratribus tuæ curæ commissis minùs commoda esse cognouerit, vel aliàs onerosa, in omnibus Prouinciis Vicariatus tui, in manibus Ordinariorum locorum liberè dimittendi, & illa licitè deserendi, provt tibi visum fuerit expedire; super quibus tuam conscientiam oneramus. Constitutione fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, prohibente locâ semel recepta non deseri, cæterisque contrariis nonobstantibus quibuscunque.] B. Feciſti nobis, 12. apud Con-

fettium, 27. apud Roder. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 52.

5 *Pro mutatione locorum.*

Iulius II. an. 1506. Minimis idem & eodem tenore quo Clemens IV. supra num. 1. concessit. In eorum Mari magno, §. 25.

MARE MAGNVM.

Quilibet Mendicantium Ordo habet suum separatim *Mare Magnum*. Est autem *Mare Magnum*, Bulla continens quamplurima cuiuspiam Ordinis priuilegia per Sede Apostolicam concessa.

1 *Minorum.*

MARE Magnum Minorum fuit compilatum à Sixto IV. an. 1474. & incipit, Regimini. Estque Bulla 6. apud Cherub. 14. apud Rodericum, vbi dicitur haberi authenticum in Conuentu Salmanticensi. Item extat in Spec. Min. tract. 2. fol. 59. & apud VVad. tom. 6. annal. anno 1474. num. 17. pag. 803. & apud Lezana, tom. 5. quæst. regul. part. 1. cum Commentariis eiusdem authoris.

2 *Prædicatorum.*

Mare Magnum Prædicatorum fuit compilatum ab eodem Sixto IV. eodem an. 1474. & incipit, Regimini. Estque Bulla 7. apud Cherub. 1. apud Confettium, 33. apud Rodericum. Item extat apud Lezana, tom. 5. quæst. regul. part. 1. cum Commentariis ab eodem authore.

Mare

Mare Magnum Eremitarum S. Aug. fuit ab eodem Sixto IV. compilatum eodem anno 1474. & incipit, Dum fructus vberes. Estque Bulla 34. apud Rodericum; 5. in eorum Ballario, vbi desumptum dicitur ex transumpto authentico in archiuo S. Mariæ de Populo, & haberi in libro Compendij priuilegiorum Ordinis pag. 26. Extat etiam apud Lezana tom. 5, quæst. regul. part. 1. cum Commentariis eiusdem authoris. 3 *Erem. S. Aug.*

Mare Magnum Carmelitarum fuit compilatũ ab eodem Sixto IV. anno 1476. 4. Kal. Decembris, Pontif. anno 6. & incipit, *Dum attentâ meditatione.* Estque Bulla 37. apud Rodericum. Extat etiam in Spec. Minorum tract. 2. fol. 77. Et apud Lezana cum commentariis tom. 5. quæst. regul. part. 2. Qui ait ipsum extare Romæ authenticatum in archiuio conuentus S. Mariæ Transpontinæ, & in archiuio Conuentus S. Chrysogoni de Vrbe: ipsum quoque à Clemente VIII. sub anno 1595. authenticatum & ex Registro Sixti IV. extractũ extare in libro Priuilegiorum Carmelitarum Discalceatorum Hispaniæ. Vidi & authenticum in Cermelitarum conuentu Rhedonensi. Quod præcisè est de textu Sixti IV. extat etiam in Spec. Carmel. fol. 84. Sed aliorum Pontificum Bullæ non inseruntur, quamuis hinc inde in eodem libro dispergãtur. Verùm obserua quòd in speculo Minorum, & apud Rodericum, qui exinde ipsum viderut sumpsisse, aliqui continentur errores. Nam post Bullam Ni- 4 *Carmelit.*

colai IV. §. 1. omittitur Bulla Bonifacij VIII. quam retuli verb. *Confirmationes in formâ simplici*, num. 4. Item Bulla quæ §. 2. tribuitur Bonifacio VIII. est Clementis IV. Item post Bullam Innocentij I V. §. 3. omittitur Bulla Alexandri IV. quam retuli verb. *Interdictum*, num. 7. Item post Bullam Ioannis XXII. §. 24. omittitur alia Bulla eiusdem Ioannis XXII. quam retuli verb. *Ordinatio Clericorum*, num. 7.

5 *Seruitarum.* Mare Magnum Seruitarum fuit compilatum ab Innocentio VIII. ann. 1487. & incipit, Apostolicæ Sedis. Extat in eorum Annalibus, centuria 3. libro 4. cap. 6. & apud Lezana tom. 5. qq. regul. part. 2. cum commentariis ab eodem authore: qui & ipsum extare asserit in libro vocato Mare Magnum Fratrum Seruorum B. M. V. cum authenticatione Auditoris Cameræ & Generalis Ordinis, sub anno 1569.

6 *Minimorum.* Mare Magnum Minimorum fuit cum pilatum à Iulio II. ann. 1506. & incipit, *Virtute conspicuos*. Estque apud Cherub. annexum Bullæ 10. Est Bulla 26. apud Rodericum, & 2. apud Peyrinis, cum commentariis ab eodem authore. Edidit in idem commentarios Lezana, tom. 5. qq. reg. part. 2. qui & ipsum ait extare inter priuilegia Ordinis Minimorum à Gaspare Passarello Generali Correctore Collecta, fol. 34.

MEDICI

MEDICINA.

GREGORIVS XIII. ann. 1576. Societati IESV. [Omnibus & singulis præfatæ Societatis IESV Religiosis, Medicinæ peritis, nunc vel in futurum pro tompore existentibus, vt de suorum Superiorum licentiâ, quibuscumque personis infirmis, siue illæ eiusdem Societatis Religiosi, siue extranei & seculares fuerint, absque aliquo conscientiæ scrupulo, aut aliquarum censurarum & sententiarum Ecclesiasticarum, vel aliarum pœnarum incursu, citra tamen aduſtionem & inciſionem per seipsos faciendam, mederi liberè & licitè valeant, Apostolicâ authoritate tenore præsentium, quando tamen medici seculares commodè haberi non possunt, indulgemus, &c. Nonobstantibus, &c.] B. Vnigenti, 19. apud Rodericum.

1 *Facultas exercendi erga quoscunque.*

MENDICANTES.

Dominicani, Franciscani, Eremita S. Aug. Carmelita, Seruita, in iuribus & priuilegiis veniunt nomine Mendicantium.

PIVS V. anno 1567. [Omnes & singulos quatuor Mendicantium Ordinum, videlicet, S. Dominici, & S. Francisci, ac Eremitarum S. Augustini, nec non Carmelitarum, & quos etiam recenseri volumus Seruorum B. Mariæ nominibus, comprehensos Fratres, eorúmque Domus, Monasteria, & loca, etiamsi in cõmuni propria bona, tam mobilia quam immobilia & stabilia, ac alia quæcumque possederint, Mendicantium vocabulo, & omnibus & singulis Médicantium priuilegiis eis quomodolibet concessis, vti posse & debere, nec super præmissis vllo vnquam tempore molestari posse, authoritate Apostolicâ per præsẽtes statuimus, & declaramus: ac tam Concilij Tridentini, quàm omnia & singula alia decreta, statutá, ordinationes, priuilegia, & iura de Mendicantibus loquentia, ad omnes & singulos Ordines præfatos, eorumque Domos & loca, etiam propria bona, in communi tamen retinentes, extendimus & ampliamus, illáque de illis loqui, etiam authoritate præfatâ per easdem præsentes declaramus.] B. Romanus Pontifex, 44. apud Cherub. 19. apud Roder. 4. apud Peyrinis, & habetur apud Confectium post bullas Clementis VIII.

Idem

Idem eodem anno, pro Minimis idipſum. B. Apoſtolicæ, 49. apud Cherub. 1. apud Confett. 20. apud Roder. 3. apud Peyrinis. 1 *Item Minimi.*

Idem eodem anno, pro Fratribus S. Hieronymi Ieſuatis, idipſum. B. Romanus, 50. apud Cherub. 21. apud Roder. 3 *Item Ieſuati S. Hieronymi.*

Idem anno 1571. pro Societate IESV, idipſum. B. Dum indefeſſæ, 5. apud Roder. 131. apud Cherubinum. 4 *Item Societas IESV.*

Clemens VIII. anno 1594. affirmat Ordinem Carmelitarum Diſcalceatorum eſſe vnum è quatuor Mendicantium. B. Cum dudum, 14. in Appendice Roderici. 5 *Item Carmelitæ Diſcalceati.*

Idem anno 1603. idipſum ex profeſſo definit. B. Romanum, 17. in Appendice Roderici, & 101. apud Cherubinum. 6 *Idem.*

Paulus V. anno 1605. ex certâ ſcientiâ Conſtitutionem Clementis VIII. de quâ num. præced. confirmat & extendit ad quaſcunque Chriſtiani orbis partes. B. Ex iniuncto, 22. in Appendice Roderici. 7 *Idem.*

Idem anno 1609. Mendicantium Ordinum numero aſcripſit Fratres Reformatos Diſcalceatos Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, vt n. 1. ſuprà, B. Eccleſiæ, 60. apud Cherub. 8 *Diſcalceati SS. Trinitatis.*

Idem anno 1610. refert & confirmat quod ſupra n. 5. & 6. B. Decet, 6. in Priuilegiis Carmelitarum Diſcalceatorum. 9 *Carmelitæ Diſcalceati.*

MISSA.

Vide verb. *Altare*, per totum. *Confessio*, num. 73. 75. *Excommunicatio* post n. 77. *Exemptio*, num 2. 6. 10. 27. *Interdictum*, ferè per totum. *Missionarij*. num. 15. *Officium diuinum*, num. 10. 15. 15. *Sacra*, num. 1.

1 *Reuocat Litteras Innocentij IV. pro auditione Missæ apud Regulares, &c.*

ALEXANDER IV. anno. 1254. Pro Religiosis vniuersis. [Quædam ab Apostolicâ Sede tempore fel. rec. Innocentij Papæ IV. prædecessoris nostri Litteræ processerunt, in quibus ipse vniuersis Religiosis cuiuscunque professionis vel Ordinis districtè in virtute obedientiæ iniungebat, vt parochianos alienos diebus Dominicis & Festiuis non reciperent de cætero in suis Ecclesiis seu Oratoriis temerè ad diuina, nec ipsos vllatenus ad pœnitentiam admitterent sine suorũ licentiâ Sacerdotum, nec eis in suis prædicarent Ecclesiis ante Missarum solemnia, pro quibus audiendis primâ diei parte iidem Parochiani consueuerunt & debent in suis Ecclesiis conuenire; nec sermones etiam solemnes facerent illâ horâ sed nec ad prædicandum solemniter ad Parochias alienas accederent, nisi essent abeorum Sacerdotibus inuitati, vel saltem nisi se ad id humiliter peterent & obtinerent admitti; nec eâ die quâ Diœcesanus Episcopus, vel alius

alius loco eius prædicaret solemniter, maximè in Ecclesiâ Cathedrali, aliquis ipsorum in eadem Ciuitate vel loco præsumeret prædicare: si verò in casu licito Parochianum alterius eos in suis Ecclesiis recipere ad sepulturam contingeret, omnium, quæ obtentu consequerentur huiusmodi sepulturæ, portionem canonicam etiam nō requisiti infra octo dies à tempore receptionis eorum, Episcopo vel Sacerdoti, de cuius parochiâ mortuus esse assumptus, exhibere curarent, &c. Præfatas Litteras, & si quæ aliæ super prædictis, vel eorum aliquo contra præfatos Religiosos vel aliquos ex ipsis generaliter, vel specialiter præter formam communem, & solitam processere, ac mandata seu præcepta facta in eis vel earum authoritate, duximus penitus reuocanda, &c. [B. Nec insolitum est, 2. apud Rodericum, & 1. apud Wadingum in reg. tom. 1. Et in Spec. Min. tract. 2. fol. 25. vbi dicitur haberi sub authentico in conuentu Rothomag. Idem ann. 1255. præfatam Constitutionem zelo maximo mandauit ad omnibus recipi & executioni manari. B. Quædam ab Apostolicâ Sede, 3. apud Rodericum; & apud Wadingum tom. 2. annalium ad annum 1255. num. 13. pag. 111. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 26.

Clemens VIII. ann. 1592. die 12. Decembris, simile quid præstitit contra Archiepiscopum Cameracensem, Episcopum Atrebatensem, & alios, scribens Episcopo Tricariensi, Nuntio Apostolico in Germania inferiore 2 *Missam audire Dominicis, &c.*

inferiore. [Tum Parochis, tum aliis prædictis silentium imponentes: præsenti nostro Decreto sancmus licere secularibus Christi fidelibus vniuersis, liberè Missas diebus Dominicis & aliis Festis audire in Ecclesiis tam Fratrum Prædicatorum, quàm aliorum Mendicantium, nec non etiam Collegij Societatis IESV, iuxta illorum priuilegia & antiquas consuetudines, dummodò id in contemptum Parochialium Ecclesiarum non faciãt. Et tam dictis Fratribus Ordinis Prædicatorum & Presbyteris Societatis IESV, quàm aliis priuilegiatis quibus id à Sede Apostolica indultum est, idoneis tamen & ab Ordinario approbatis, peccata sua, etiam quadragesimali, & Paschali, & quouis alio tempore confiteri licitè possint: dummodò tamen iidem Christi fideles Sacramentum Eucharistiæ, die Festo Paschalis Resurrectionis, in propria Parochia ab eorum Parocho sumat. Proinde tibi per præsentes committimus & mandamus; vt præsens nostrum Decretum prædictis Archiepiscopo Cameracensi, & Episcopo Atrebatensi notum facias. His denique authoritate nostra Apostolica mandes, vt illud in prædicto oppido Duacensi, & vbicunque opus fuerit, publicare & obseruare faciant, &c.] B. Significatum. Reperitur tum in prædictis partibus, tum in Gallia passim.

Confiteri in Paschate &c.

Martinus V. anno 1424. Fratribus Ord. S. Hieronymi Hispan. concessit, [Vt possint dici Missæ quotidie in suo Monasterio saltem

Vna hora ante aurorum.

2

tem per vnam horam ante albam seu auroram.] Viuæ vocis oraculum, sub attestatione Cardinalis S. Eustachij, in eorum Bullario, apud S. Alexium Romæ.

Eugenius IV. ann. 1436. Benedictinis Congr. S. Iustinæ, seu Cassinensis. [Quòd huiusmodi Congregationis Sacerdotes initinere constituti, aut aliàs ad hoc causâ subsistẽte, ante diem, & vsque ad nonam inclusiuè celebrare valeant, tenore præsentium duximus concedendum.]B. Et si quaslibet, 3. apud Confettium, 11. apud Roder. quam & citat Cherubinus in rubricâ Bullæ 9. Idipsum Sixtus IV. anno 1476. Canonicis Reg. S. August. Congreg. Later. concessit. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 14. 3 *Ante diem & vsque ad nonam.*

Idem Minoritis concessit, quòd possint celebrare Missam vsque ad nonam, sine scrupulo conscientiæ. Viuæ vocis oraculum, 25. apud Rodericum. 4 *Vsque ad nonam.*

Sixtus IV. iisdem concessit quòd possint celebrare, causa necessitatis, ante & post horã statutam ab Ecclesiâ. Viuæ vocis oraculum 14. apud Roder. Et in Spec. Min. fol. 41. 5 *Ante & post horam statutam ab Ecclesiâ*

Innocentius VIII. anno 1486. Eremitis S. Augustini. [Vobis, & pro tempore existentibus vestrarum Congregationum Fratribus, vt expleto Matutinali officio, etiam ante lucis auroram, Missam celebrare possitis, concedimus.]B. Vacantibus, 2. apud Confettium; & 3. in eorum Bullario, ex Transumpto Auditoris Cameræ, Romæ asseruato sub Eugenio IV. 6 *Expleto matutinali officio.*

num. 3.

num.3. Cui & attestatur Rodericus in fine viuæ vocis oraculorum Innocentij VIII. Item Alexander VI. anno 1499. Benedictinis Vallis Oleti. [Perpetuis futuris temporibus immediatè post duas horas post mediam noctem, tam Abbatem dicti Monasterij pro tempore existentem, per seipsum, quàm Monachos eiusdem Monasterij pro tempore existentes ac quoscunque alios Presbyteros idoneos, seculares, vel Regulares, etiam vndecumque ad dictum Monasteriũ veniẽtes, quotiescunque eis & eorum cuilibet videbitur, in Ecclesia dicti Monasterij Missas celebrare posse, statuimus. Nonobstantibus, &c.] B. Sanè merita, n. 13. apud Roder.

2 Horis post mediam noctem etiam seculares.

Alexander VI. minoritis concessit Fratres posse celebrare in cameris secularium, vel plateis, dato quòd non videãtur loca honesta, quia in cameris dormiunt coniugati, in plateis fiunt multa prophana. Viuæ vocis oraculum 3. apud Roder.

7 *In cameris secularium.*

Iulius II. anno 1506. Carmelitis Regni Siciliæ. [Cum, sicut exponi nobis nuper fecistis, vos adeò pauperes sitis, vt nisi pro Missis celebrandis eleemosynas reciperetis, provt hactenus recepistis, creditis quod Prouinciam Siciliæ & loca vestra deserere cogeremini cùm multi fideles ob eorum paupertatem & deuotionem, tenues eleemosynas in dies singulos, vobis pro Missis celebrandis tribuant, pro quibus omnibus in particulari celebrare minimè potestis, &c. Volumus & Apostolicâ authoritate decernimus, ac vobis concedimus

8 *Reductio Missarum.*

dimus, quòd in vestris Missis continuè commemorationem generalem pro benefactoribus viuis & defunctis, & in fine cuiuslibet anni, Anniuersarium pro eis faciendo, tantùm eisdem fidelibus prosit, ac si pro omnibus & singulis particulariter celebrassetis: quódque conscientia vestra nullatenus propterea sit onerata. B. Exposcit, apud P. Iustinum in suo Bullario manuscripto, ex quodam libro item manuscripto, in quo conscriptæ sunt multæ Bullæ, quíque est præ manibus Reuerendissimi Patris Generalis. Bullam quoque haberi Romæ in Archiuio Transpontinæ testatur P. Lezana in Annal. Carmel. anno 1506.

Idem anno 1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti, concedit quod suprà numero 3. B. Ersi ad vniuersos, 12. apud Cherubin. §. 39. 9 *Ante diem & vsque ad nonam.*

Idem eodem anno, Generali Minimorum. 10
[Si in visitatione tuâ, vel aliàs, in aliquibus Domibus & locis dicti Ordinis Minimorum, tam pro Ecclesiarum fabricis, quàm aliis fratrum necessitatibus, Missarum multitudinem copiosam inuenires, & cognosceres quòd illæ per Fratres Domorum & locorum huiusmodi, in Ecclesiis illorum, iuxta obligationem per eosdem Fratres factam, aut relinquentium ordinationem celebrari non possint, (prout in Parisiensibus & Ianuensibus Domibus per illarum Fratres esse cognouisti) vt cum Fratribus Domorum & locorum huiusmodi, nunc & pro tempore ibidem degentibus, & eorum quolibet dispensare possis, & quòd dispen- *Reductio Missarum*

satio

sario super his per te facienda, à Nobis facta censeatur; eisdemque Fratribus, vt nouem collectas per eos seu eorum quoslibet in vnaquaque Missâ recitare pro nouem Missis, ac septem collectas pro septem Missis, sicque de aliis descendendo, seu citra dictum numerum, cum omnium & singularum Domorum & locorum huiusmodi Fratrum ac etiam totius Ordinis Minimorũ huiusmodi suffragiorum orationum, Sacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum, disciplinarum, & aliorum quorumcunque bonorum generalitate, singulis eiusdem Ordinis benefactoribus & benefactricibus, qui Missas ipsas in Ecclesiis Domorum & locorum huiusmodi, recitandas dederint, adeò plenè & integrè valeant & sufficiant, ac si Missæ huiusmodi pro eis & eorum quolibet iuxta piam eorum deuotionem & intentionem particulariter recitarentur & particulariter recitatæ forent, licentiam concedimus.] B. Sacer. Ordo, 7. apud Confectium, 28. apud Roder. 5. apud Peytinis.

11 *Idem.* Idem ann. 1508. Carmelitis Prouinciæ Lombardiæ. [Exponi nobis fecistis, quòd cùm vos in vestris Ecclesiis habeatis Capellanias dotatas in quibus quotidie celebrare tenemini, & earum dotes adeò tenues sint, vt nulla earum pro sustentatione vitæ vnius Religiosi sufficiat, vosque adeò pauperes sitis vt nisi pro celebratione Missarum, pro vt hactenus fecistis, Eleemosynas recipiatis, Prouinciam istam Lombardiæ & loca vestra

deserere

deserere cogitamini, &c. Vobis vt in vestris Missis continuè commemorationem generalem pro benefactoribus viuis & defunctis; & in fine cuiuslibet anni Anniuersarium pro eis faciendo, tantum eisdem fidelibus prosit, quantum si pro omnibus & singulis particulariter celebrassetis, quódque propterea conscientia vestra nullatenus grauata existat, Apostolicâ authoritate, tenore præsentium, de speciali gratiâ indulgemus. Nonobstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac legatis per patronos eatumdem Capellaniarum factis, nec non vestri Ordinis iuramento &c.] B. Exponi nobis, apud P. Iustinumin suo Bullario MS. Ex copiâ manuscriptâ quæ extat in archiuio Ordinis Carmelitarum Romæ. Cui & attestatur P. Lezana in Annal. Carmel. an. 1508.

Idem ann. 1512. Canonicis Reg. S. Aug. Congr. S. Saluar. concedit quod suprà num. 3. &. 9. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 25. 12 *Ante diem & vsque ad nonam.*

Leo X. anno 1513. Minimis idem quod supra num. 10. concessit, perpetuis temporibus, pro stipendiis etiam in posterum recipiendis etiamsi Missæ specialiter de Requiem, vel de quibuscunque Sanctis recitandæ forent. B. Expoſcit, 8. apud Confectium, 5. apud Peyrinis. 13 *Reductio Missarum.*

Idem eodem anno, Camaldulensibus concedit quod num. 3. 9. & 12. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 49. 14 *Ante diem & vsque ad nonam.*

15 *Reductio Missarum.*

Idem ann. 1517. Minoritis. [Vobis & pro tempore existentibus Fratribus Ordinis & Obseruantiæ prædictorum quòd celebrando vnam Missam duntaxat (si Eleemosyna æquiualens vnius Iulij non elargitur) etiam si duas tres aut quatuor, vel plures Missas celebraturi occasione diuersarum vel plurium eleemosynarum huiusmodi essetis, & in dictâ celebranda Missâ, pro omnibus, qui pro dictis Missis in eleemosynam vsque ad summam huiusmodi contribuerint vel contribuent in futurum, commemorationem in genere faciendo, in hoc conscientiarum vestrarum puritati satisfactum sit, authoritate Apostolicâ decernimus, pariter & indulgemus.] B. Cum sicut accipimus, 7. apud Confet 20. apud Peyrinis.

16 *Impletio præcepti.*

Idem eodem anno, [Notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui (non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in Ecclesiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Dominicis & Festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missâ audiendâ, nec aliquam labem mortalis peccati, pœnár ve propterea incurrere. In contrarium facien ibus non obstantibus quibuscunque.] B. Inte leximus, 25. apud Cherub. 12. apud Confertum, 21. apud Peyrinis. Idem ann. 1518. idipsum renouat, B. Exponi nobis, 22. apud Rodericum.

17 *Reductio Missarum & aliorum officiorum.*

Idem ann. 1521. Carmelitis Prouinciæ Bœticæ, seu Andalusiæ in Hispaniâ. [Vobis & pro tempore existentibus Fratribus Monasterio

nasteriorum siue Domorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Bœticæ Prouinciæ huiusmodi, quòd si propter paupertatem vel paucitatem Fratrum vestrorum, Missas & diuina officia huiusmodi celebrare non poteritis iuxta facultatem & dispositionem Fratrum, loco Missarum & aliorum diuinorum officiorum, pro quibus legata huiusmodi seu aliam eleemosynam receperitis, vnam generalem Missam, & solemnem cum Anniuersario, & absolutione generali, quolibet mense celebrate, liberè & licitè possitis & valeatis &c. licentiam & facultatem elargimur.] B. Exponi Nobis, apud P. Iustinum, qui copiam ait se accepisse à R. P. M. Ioann. Bapt. de Lezana, cum attestatione R. P. M. Petri de Quesada prædictæ Prouinciæ, à quo eam ipse acceperat.

Idem Minoritis concessit, [posse celebrare illicò post matutinum, & post Meridiem. De æstate verò quando noctes sunt breuiores, & ante matutinum chori, & infrà, dummodò celebraturus illud per se aut cum Socio dixerit, provt consuetum est in Ordine cum Primâ.] Viuæ vocis oraculum 54. apud. Rodericum. 18 *Statim post matutinum vel etiam ante, & post meridiem.*

Capucinus in annot. ad Compendium Min. verb. Indulgentiæ quoad Fratres; & author Compendij Fulienſium, verb. Indulgentiæ Missæ pro defunctis, §. 2. id sumentes ex Compendio Canonic. S. Saluatoris in Lauro de Vrbe, fol. 30. & ex Compendio Fratrum S. Hieron. Hispan. fol. 56. referunt quòd Le- 19 *Indulgentiæ pro defunctis.*

X. concessit Sacerdotibus Congreg. S. Iustinæ, Ordinis S. Benedicti, vt dicendo tres Missas pro anima alicuius defuncti consanguinei intra 3. gradum, super vno altari per Priorem in propria Ecclesia assignato, liberent illius animam à pœnis purgatorij, ac si celebrassent super altare S. Gregorij aut S. Sebastiani Romæ.

Indulgentia pro defunctis.

20 Clemens VII. an. 1524. instante ac testante Laurentio Cardinali ac Maiori Pœnitentiario. [In perpetuum concessit Correctori Domus SS. Trinitatis de Vrbe. Ord. Minimorum S. Francisci de Paulà, ac aliis Fratribus domus SS. Trinitatis duntaxat; Generali verò, ac Zeloso, nec non Prouincialibus, & localibus Correctoribus, & aliis Superioribus Ordinis, etiam pro tempore existentibus, ac vni cuiuslibet ipsorum secundùm Religionis ingressum antiquiori Socio, vbicumque se transferre ex merito obedientiæ contigerit, vt singulis secundis & quartis feriis cuiuslibet hebdomadæ totius anni, Missas pro animabus defunctorum celebrare volentes, eadem indulgentias pro animabus defunctorum huiusmodi consequantur, ac si in Ecclesiis SS. Sebastiani, Laurentij, & Scalæ cæli, ac etiam Gregorij, & Potentianæ, extrà, & intrà muros almæ Vrbis celebrassent, ac pari modo Missæ huiusmodi animabus defunctorum, pro quibus eas celebrandas duxerint, suffragentur perinde ac si in præfatis, & aliis quibuscunque, etiam qualitercumque priuilegiatis Ecclesiis intrà & extrà

trà muros Vrbis celebrassent. Nonobstantibus quibuscunque.] Viuæ vocis oraculum, inter Bullas eiusdem num. 6. apud Confectium, 8. apud Rodericum, 10. apud Peytinis.

Paulus III. ann. 1549. Societati Iesu, [Christi fideles, cuiuscunque conditionis existant, qui verbi Dei concionibus, seu prædicationibus, Sociorum seu Fratrum Societatis huiusmodi, in Ecclesiis vbi ipsi concionabuntur interfuerint, diebus huiusmodi, Missas & alia diuina officia audire; & Ecclesiastica Sacramenta ibidem recipere liberè & licitè valeant, nec ad id ad proprias Parochiales Ecclesias accedere teneantur.] B. Licet debitum; 48. apud Cherub. 8 apud Roder. 21 *Exemptio ab officiis parochiæ.*

Pius V. ann. 1567 [Insuper sessione 22. (Conc. Trid) decretum per quod populum sæpè ad suas Ecclesias, saltem Dominicis & maioribus Festiuis diebus, conuenire debere monet insequendo, volumus quòd Fratribus Mendicantibus huiusmodi, non solùm prohiberi non possit, nè Missas, & alia diuina officia faciant in eorum Ecclesiis, verùm etiam in quibuscumque aliis vbi celebrari Missas solitum est, etiam ipsis non vocatis seu ad id requisitis, celebrare valeant: ac etiam quod conciones & lectiones Sacræ Scripturæ, & sermones pro mortuis, etiam in Ecclesiis facere; ac eleemosynas pro celebrandis huiusmodi Missis, & aliis diuinis Officiis peragendis, si eis illas donari, seu relinqui contingat, recipere; nec non Missas & diuina 22 *Celebrare in suis & alienis Ecclesiis.* *Stipendia recipere.*

Etiam ante Missam Parochialem.

Officia huiusmodi, etiam in diebus Dominicis vel Festiuis, etiam ante quam Rector Parochialis Ecclesiæ celebrauerit, celebrare, & facere; & quando eis videtur, etiam si tunc in Ecclesiâ Cathedrali prædicetur, prædicare: Ac etiam quicunque vtriusque sexus Christi fideles, totius anni tempore, illas & illa in Ecclesiis Fratrum huiusmodi audire possint; ipsíque Christi fideles vllatenus, desuper molestari, aut impediri per locorum Ordinarios, seu Rectores Parochialium Ecclesiarum, aut alios quoscunque vllo pacto, causâ, vel occasione non valeant seu debeant, sed præfati Christi fideles audiendo Missas & alia diuina Officia in Ecclesiâ Fratrum huiusmodi diebus Dominicis, aut Festiuis, præcepto Ecclesiæ de illis audiendis satisfeciſſe censeantur.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in Arch. Conuentus Carmel. Rhedonen. vt testatur P. Iustinus in suo Bullar, MS.

Impletio præcepti.

23 *Celebrare omnibus diebus, & simul cum Parochia.*

Ibidem. [Prohibemus insuper eisdem Ordinariis, ac aliis quibuscunque personis, ne impediant ipsos Fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis seu Festiuis, aut aliis totius anni temporibus, campanas pulsare, & etiam tempore quo ipsi celebrauerint, Missas celebrare.]

24 *Vna hora ante auroræ.*

Idem concessit Minoribus [Vt vnâ horâ ante auroram possint Missam celebrare ratione itineris aut alterius occupationis. [Viuæ vocis oraculum 18. apud Rodericum. Item

Transferre ad alios.

[concessit

[concessit quòd Missas & eleemosynas vni loco vel aliquibus Fratribus commentatas, liceat Prælatis, aliis Fratribus, etiam aliorum Ordinum, vel Presbyteris secularibus commendare, nisi oppositum expressè dixerint qui Missas commendauerunt, & pecunias dederunt.] Orac. 26. ibidem.

Gregorius XIII. anno 1578. Societati IESV: 25

[Presbyteris Societatis huiusmodi, vt Missas per horam ante auroram, & infra horam post meridiem, itineris vel alterius legitimi impedimenti causâ, de ipsius Euerardi & pro tempore existentis Præpositi Generalis vel cuiusuis alterius ad id ab eo deputati licentiâ celebrare valeant, authoritate Apostolicâ, tenore præsentium, de speciali gratiâ indulgemus.] B. Quanta, 22. apud Rodericum. *Vna hora ante auroram & post meridiem.*

Idem an. 1579. Minimis conuentus Lugdunensis in perpetuum concessit, vt Generalis vel Prouincialis posset semel tantùm vnum Altare (modò non sit Altare Maius) Ecclesiæ prædicti conuentus eligere, in quo quoties Missa de defunctis celebrabitur pro anima cuiuslibet fidelis qui ex hac vita in charitate migrauerit, anima ipsa indulgentiam plenariam consequatur. Estque Bulla sub plumbo. provt prædicti Patres attestantur in eiusdem copia idiomate Gallico exposita ad sacellum præfati Altaris. Multis aliis particularibus Monasteriis præsertim per Italiam, vidi concessum eiusmodi Altare priuilegiatum pro omni die & in perpetuum. Idem 26

Gregorius XIII. 1580. Congregationi Sancti Benedicti Hispaniarum, seu Vallisoleti. [Om- *Indulgentia pro defunctis*

nibus & singulis dictæ Congregationis Abbatibus, Abbatissis, Monachis, & Monialibus, Conuersis, seu Donatis, Nouitiis, ac iis qui in Monasteriis dictæ Congregationis deseruierint, nec non aliis quos Fratres & Sorores vocant qui admissi sunt, & in posterum admittentur, ad participationem orationum, ac suffragiorum, necnon reliquorum bonorum operum, quæ in ipsa Congregatione pro tempore ad diuini nominis gloriam fiunt, &c. Concedimus, vt quoties tres Missæ pro animalia alicuius ex prædictis, quæ Deo in charitate coniuncta, ab hac luce migrauerit, celebrabuntur, ipsa de thesauro Ecclesiæ indulgentiam consequatur, quatenus Domini nostri IESV Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, aliorúmque omnium Sanctorum meritis suffragantibus, à Purgatorij pœnis liberetur.] B. Quò fidelium, 43. apud Roder.

27 *Ante auroram & post mediam noctem.*

Idem anno 1582. Cassinensibus [Facultatem Missam celebrandi ante auroram, & post mediam noctem, si tamen in itinere fuerint constituti, concessit.] Viuæ vocis oracului factum Cardinali Farnesio Cassinensium Protectori, & ab ipso sub suo sigillo, suóque & sui Secretarij chirographo attestatum, quod tenet locum constitutionis 219. in Bullario Cassinensi.

28 *Indulgentia Assistentibus.*

Sixtus V. anno 1587. Carmelitis Discalceatis. [Fratribus Discalceatis & Christi fidelibus, qui in illorum Ecclesiis, & præfatis feriis quintis Missæ, centum, qui verò Prædicationi,

dicationi, aut Lectioni Verbi Dei interfuerint, alios centum; nec non qui ad orandum accesserint interim, quinquaginta dies: qui denique confessi eo die ibi communicauerint, tres annos & totidem quadragenas de eis iniunctis seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus.] B. Reddituri, 4. in Priuilegiis Carmel. Discal. 26. apud Roder.

29 *Indulgentia pro defunctis plenaria.*

Clemens VIII. anno 1596. Ordini Minorum. [Concedimus, vt decedente aliquo dicti Ordinis Religioso, vel alicuius Religiosi parentibus, vel altero ipsorum, aut personâ quam ipsi Religiosi Fratrem appellant, & in quolibet loco dictæ Prouinciæ ad eorum receptaculum, & subuentionem paratam habent; ab aliquo, seu aliquibus eius Conuentus, in quo Religiosi parentes, vel alter ipsorum decesserit vel persona præfata in Fratrem descripta fuerit, Missam defunctorum pro animâ ipsius defuncti, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit, celebrante, seu celebrantibus, anima ipsa de thesauro Ecclesiæ indulgentiam consequatur, ita vt, D. N. Iesv-Christi, ac B. V. M. & Sanctorum omnium meritis sibi suffragantibus, à purgatorij pœnis liberetur.] B. De omnium. 4. apud Peyrinis, 8. apud Rodericum.

29 *Indulgentia pro defunctis.*

Idem Papa anno 1597. Cælestinis Conuentus Parisienſis. [Concedimus, vt quandocunque Sacerdos aliquis dicti Ordinis ad Altare seu Sacellum Aurelianense, sepultura Regum insigne, situm in eadem Ecclesia Cæ-

lestinorum, Missam defunctorum pro animâ cuiuscunque fidelis in Purgatorio existentis celebrauerit, ipsa anima per huiusmodi celebrationem eâsdem indulgentias & peccatorum remissionem consequatur, ac si prædictus Sacerdos hac de causa Missam ad altare in Ecclesia S. Gregorij de Vrbe ad id deputatum celebraret. Nonobstantibus nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, &c.] B. Salvatoris, in Antiquitatibus Conuentus prædicti lib. 2. cap. 18.

31 *Altaria tria priuilegiata perpetua in qualibet Prouincia.*

Paulus V. anno 1608. [Cùm, sicut nomine Superiorum & Fratrum Ordinis Capucinorum vltra montes degentium, Nobis nuper expositum fuit, fœl. rec. Gregorius XIII. prædecessor noster, vt quotiescunque Sacerdos aliquis eiusdem Ordinis Missam defunctorum pro animâ cuiuscunque fidelis, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrasset, ad tria altaria trium Ecclesiarum cuiuscunque Prouinciæ dicti Ordinis per Superiores prædictos designanda celebraret, anima de thesauro Ecclesiæ per modum suffragij indulgentiam consequeretur, viuæ vocis oraculo concesserit & indulserit, & ab inde circà Prouinciæ ipsius Ordinis, benedicente Domino, adauctæ fuerint: Nos Superiorum & Fratrum prædictorum supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati, authoritate Nobis à Domino traditâ, & Omnipotentis Dei misericordiâ, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, concessionem & indultum huiusmodi, dummodò à dicto Gregorio prædecessore

decessore verè emanauerit, etiam ad alias Ecclesias Prouinciarum dicti Ordinis postmodùm erectarum, & futuris temporibus erigendarum, eisdem modo & formâ, quibus ab eodem Gregorio prædecessore concessa fuerunt, perpetuò extendimus, & ampliamus, in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscunque.] B. Omnium saluti, apud Bouerium, in Regesto tomi 2. annalium, pagina 977.

MISSIONARII.

Vide verb. *Altare*, num. 18.

GREGORIVS IX. an. 1233. Minoritis in terras infidelium proficiscentibus. [Concedimus, vt in terris illis vobis sit licitum cum excommunicatis communicare in his, quæ ad salutem pertinent animarum. Quibus & dummodò Latini sint, & Apostolicæ Sedi obediant, Fratres vestri Presbyteri valeant congruâ satisfactione præmissâ secundùm formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impertiri, eorúmque confessione auditâ pœnitentiam salutarem iniungere: & cum Ordinis vestri Fratribus super leui irregularitatis nota prouidè dispensare.] B. Cum messis, 6. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 3. & 16. apud Vvadingum, in regesto tom. 1. qui eam se ait depromsisse ex Arch. Aracælitano.

Absoluere & dispensare.

Idem

2 Idem eodem anno iisdem. [Concedimus
Predicare, baptizare, confirmare, absoluere. vt proponere verbum Dei, & illarum partium homines per ministerium exhortationis vestræ conuerti ad vnitatem fidei Christianæ cupientes recipere, ac baptizare possitis, & Ecclesiæ Sactosanctæ filiis aggregare: aggregatos insignere charactere Clericali: ac eos qui per apostasiam. schisma, vel hæresim à Christiani confessione nominis recedentes inter Sarracenos habitant, absoluere, ac reconciliare per gratiam pœnitentiæ salutaris, si ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ in humiliatis spiritu duxerint redeundum.] B. Pro zelo fidei, 7. apud Rodericum, & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 3. Et apud Vvadingum tom. 1. annal. pag. 477.

3 Idem eodem anno iisdem.] Indulgemus vt
Absoluere. cùm in Sarracenorum & Paganorum terrâ fueritis, liceat vobis Christianis ibidem morantibus, confessione peccatorum suorum auditâ, pœnitentiam salutarem iniungere, ac ipsis, si aliquibus excommunicationis sententiis sint astricti, iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium exhibere.] B. Animarum salutem. 15. apud Vvadingum in regesto tom. 1. qui ait eam esse in Arch. Aracælitano numero

Absoluere. 114.

Innocentius IV. anno 1244. iisdem idem quod num. 1. concessit. B. Animarum salutem, In Spec. Min. tract. 2. fol. 117. Est. 21. apud Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi Et refertur à Vvadingno in annal. tom. 1. pag. 638.

Idem

Idem anno 1253. Dominicanis in terras infidelium proficiscentibus. [Concedimus, vt in terris, quæ adhuc Sedis Apostolicæ magisterio non intendunt, proponere verbum Dei, & constitutis ibidem (nonobstante si aliquâ sint excommunicatione ligati) in verbis, officio, & cibo, ac in aliis secure communicare, & ipsos seu etiam alios conuerti ad vnitatem christianæ fidei cupientes, recipere, baptizare, & aggregare Ecclesiæ filiis valeatis: & Presbyteri ex vobis ipsos aggregatos possint insignere caractere clericali, & ipsos ad Acolitatus ordinem promouere: Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam Sedis Apostolicæ, qui sunt excommunicatione ligati, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ impartiri, & super eo dispensare cum ipsis, qui Sacros receperunt Ordines, & diuina celebrarunt Officia sic ligati. Hoc ipsum vobis sit licitum circa illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel superiores prætermissis inferioribus conferre seu recipere Ordines præsumpserunt (si tamen in hoc seruata talis forma extiterit, per quam Ordines recepissent) Vobis præterea dispensare liceat, vt illi ex nationibus vestræ prædicationi commissis, qui post susceptionem Sacrorum Ordinum, vel in gradibus, & casibus à diuinâ minimè lege prohibitis, matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem: & hi, qui ad Ecclesiæ Catholicæ redierint vnitatem, vt inter suos habitent, eisque communicent.

5 *Prædicare, communicare cum excõmunicatis, Baptizare, Tonsurare, Ordinare, absoluere, dispensare, fundare Ecclesias, eas reconciliare, instituere lectores, iudicare, censura ferire, celebrare, benedicere, indulgentias dare, commutare vota Sacramẽta recipere, altari portabili vti, &c.*

municent. Nec non quòd Clerici nationum ipsarum publicè ad obedientiam Sedis Apostolicæ redeuntes, gaudeant priuilegio Clericali. Sit etiam vobis licitum omnium fidelium in terris prædictis, confessiones audire, ac ipsis iniungere pœnitentias salutares, & excommunicatos à canone, vel alio modo, iuxta formam Ecclesiæ absoluere, dummodo iniuriam & damna passis satisfaciant competenter. Cum irregularibus autem partium earum, in casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare, ac etiam cum Clericis ipsarum partium patientibus defectum natalium (dummodò non sint de adulterio, vel incestu, aut de Regularibus procreati) sit vobis dispensandi facultas, quam circa illos similiter habeatis, qui ad vnitate Ecclesiæ Catholicæ seu religione, vel clericali ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, & dignè satisfacere de commissis, ita quòd ipsi Religiosi ad sua loca, saluâ disciplinâ ordinis, resumantur, & illos ex iam dictis, qui excommunicationis vinculo sunt astricti, iuxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum, absoluere valeatis, & cum irregularibus ex eisdem (sicut est expressum superiùs) dispensare. Adhæc sit vobs absoluendi facultas occisores Clericorum & Religiosarum personarum in prædictis partibus constitutos, fundandi de nouo ibidem Ecclesias; & reconciliandi ipsas quæ sunt casu aliquo profanatæ; ac de nouo fundatis Rectores idoneos prouidendi; & illis, qui de gentibus vel

Schisma

Schismaticis nouiter sunt conuersi, dandi licentiam, vt vxores suas, cum quibus in gradibus à lege diuinâ non prohibitis contraxerunt, valeant retinere. De causis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam vestram deferri contigeri, legitimè, cognoscendi; ac discordantes inter se ad inuicem, quòd ad pacem & concordiam redeant, necnon quòd inordinatè viuentes de suis excessibus sicut visum fuerit, satisfactionem exhibeant, compellendi per censuram Ecclesiasticam vobis libera sit facultas. Insuper in locis, in quibus vos hospitari contigerit, vel in locis partiũ earumdem, in quibus residentiam facietis, Missã & cætera diuina celebrare officia & in eisdem partibus cæmeteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota, facultatem & licentiam habeatis. Cæterùm vobis concedimus, quòd à Catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Ordines & alia Ecclesiastica sacramenta suscipere, & altaria portatilia more ipsorum, à iam præfatis Episcopis benedicta habere, & eis vti possitis, si contingat vos aliquo casũ nostra altariola non habere, ac vestes Sacerdotales altaris, pallas, corporalia, per eos qui ex vobis sunt Presbyteri (cum necesse vobis fuerit) benedicere, vbi Catholicorum Episcoporum copia non habetur, nec non alia facere, quæ ad augmentum Dominici nominis & ampliationem Catholicæ fidei, ac reprobationem & irritationem illorum, qui Sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco & tempore videbitis expedire. B. Cùm hora vndecima, vni-

ca apud Confettium, & 20. apud Rodericum. Eadem quoque Alexander IV. ann. 1258. iisdem iterum concessit, B. Cùm hora vndecima. apud Bzouium in Annal. an. 1258. num. 6. vbi & autographum dicitur esse in archiuo Conuentus Cracouiensis SS. Trinit. Deinde eodem ann. Minoribus, B. Cùm horâ vndecimâ, quæ habetur apud Vvad. tom. 2. annal. pag. 169. Eadem prorsus & isdem verbis concessit Dominicanis Nicolaus III. ann. 1278. B. Cùm hora vndecima, 2. apud Rodericum. Eadem omninò Clemens V. ann. 1306. Concessit Minoritis: & præterea [quòd Fratres Presbyteri possint Baptizatis, vbi Episcoporum Catholicorum copia non extiterit, Sacramentum Confirmationis conferre, ac nihilominus vti oleo & Chrismate antiquis, cùm in eisdem partibus nouum oleum sine magna difficultate haberi non possit. Non obstantibus, &c.] B. Cùm hora vndecima, apud Vvad. tom. 7. Annal. pag. 466. in Additionibus ad tomum 3.

Confirmare & vti oleo & Chrismate veteri.

6 *Eadem, & alia.*

Ioannes XXII. ann. 1321. Missionariis Ordinis Minorum eadem penitus concessit quæ suprà num. 5 Et addit sequentia. [Et vt fructum de vestris laboribus reportetis & sentiatis ex eis æternæ salutis votis commoda vberiùs prouentura, de omnipotentis Dei misericordiâ & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, vobis & cuilibet vestrum verè pœnitentibus, & confessis illam indulgentiam præsentium authoritate concedimus, quam proficiscentibus in

tertiæ

terræ Sanctæ subsidium Sedes Apostolica concedere consueuit. Ac nihilominus, vt Christi fideles quasi per præmia salubriter inuitemus ad merita, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesias & loca Fratrum dicti vestri Ordinis in partibus prædemissis constructa, & in posterum construenda, causa deuotionis seu Eleemosynæ fciendæ ipsis Fratribus singulis diebus visitauerint centum dies de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Vobis insuper Apostolicâ authoritate concedimus, vt in ciuitatibus, castris, vel villis, seu locis quibuscunque ad habitandum, Domos & loca quæcunque de nouo recipere, seu hactenus recepta mutare, aut ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis titulo in alios transferre, ptovt vtiliùs id fieri cognoueritis, de Nostrâ & dictæ Sedis speciali licentiâ valeatis, nonobstante prohibitione fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quâ cauetur ne aliquis vel aliqui de Prædicatoribus, & Minoribus ac Religiosis aliis Mendicantibus, quibuscunque super hoc priuilegiis muniti existant, prædicta præsumant, absque Sedis Apostolicæ licentiâ speciali plenam & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem. Quòd si secùs actum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autem & Apostolicâ authoritate decernimus vt illa, quæ de iure, vel de obseruatâ consuetudine ad Episcopalem dignitatem seu iurisdictionem duntaxat pertinent,

vobis, seu quibuscunque aliis Fratribus, vestri seu cuiuscunque alterius Ordinis ad terras non credentium transeuntibus, seu iam ibidem existentibus, authoritate Apostolicâ iã concessa, vel inposterùm concedenda, nisi in illis tantùm partibus, in quibus Catholici Episcopi non fuerint, nec vos nec alij alterius Ordinis Fratres exercere curetis, decernentes ex nunc irritum & inane, si secùs super his à quoquam scienter vel ignoranter fuerit attentatum.] B. Cùm hora vndecima, apud Vvad. in tom. 3 Annal. anno 1321. num. 27. ex Reg. Vat. epist. 24.

7 *Eadem quæ num. 5.* Vrbanus V. anno 1369. Missionariis Minoritis, eadem concessit quæ suprà, num. 5. B. Cùm hora vndecima, apud Vvad. in to. 4. Annal. ann. 1369. pag 121.

8 *Eadem quæ n. 6.* Martinus V. anno 1418. Missionariis Ordinis Minorum, præsentibus tunc & futuris, & in quibuslibet infidelium partibus, confirmauit totam Ioannis XXII. Bullam suprà n. 6. positam. B. Illius qui, 16. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 2. de diuersis formis, an. 1. fol. 264.

9 *Eadem.* Eugen. IV. an. 1433. Minoritis Missionariis cõfirmat prædictas Ioann. XXII. Vrb. V. Vrb. VI. & Martini V. cõcessiones. Et ita extendit, vt iis omnibus vti possint (scilicet pertinentibus ad Episcopalẽ dignitatem, de quibus Ioãnes XXII. suprà, n. 6.) in singulis villis atque locis, à quibus tunc Episcopi Catholici, inibi Diœcesani, vltra duas dietas legales remoti fuerint. B. Romanus Pontifex, apud Wadd. tom. 5.

tom. 5. Annal. ann. 1433. num. 13. pag. 256. ex Reg. Vat. lib. 1. de Regularib. an. 3. fol. 11.

Idem anno 1444. Minoritis item Missionariis concessit. [Quòd Vicarius pro tempore, & substituti, ac omnes & singuli Fratres in ipsis Scythiæ, Moldauiæ, & septem sedilibus Siculorum partibus pro tempore commorantes, omnium & singulorum fidelium, &, si ad Christianam fidem conuerti voluerint, ac conuersi & Baptizati fuerint, infidelium ad eos pro tempore vndecumque confluentium, Confessiones audire, & pro commissis ab eis etiam quantumcunque grauibus & enormibus criminibus, & delictis, etiam si Simoniæ, vel alia talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica sit meritò consulenda, debitam absolutionem impendere, & pœnitentiam iniungere salutarem. Necnon illos à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, tam à iure, quàm ab homine latis & promulgatis, etiam dictæ Sedi reseruatis casibus in formâ Ecclesiæ consuetâ, iniunctis sibi, &c. pœnitentiâ salutari, & aliis, quæ de iure fuerint iniungenda, absoluere; & cum eis super quibuscunque irregularitatibus (homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum casibus duntaxat exceptis) dispensare; omnémque ab ipsis inhabilitatis & infamiæ maculas. &c. penitus abolere, ac illis Eucharistiæ, Baptismatis, Chrismatis, seu Confirmationis, Extremæ-Vnctionis aliáque Ecclesiastica Sacramenta ministrare; Apostolas

Absoluere.

Dispensare in irregularitate.

Conferre Sacram. etiam Confirmationis.

Iura parochialia ministrare.

stataras à fide, seu Religione, ad pœnitentiam salutarem, & habitum suæ Religionis recipere; nec non omnia alia iura parochialia eis ministrare, regere, & exercere; Capellas quoque, Altaria, nec non Calices, & Paramenta Ecclesiastica, Oleum S. & Chrisma conficere & benedicere; ac reconciliandas Ecclesias, & reconcilianda cœmetreria reconciliare; de matrimonialibus, & aliis spiritualibus causis cognoscere, illásque decidere, & in eis illam prorsus iurisdictionem habere & exercere, quam Diœcesanus Episcopus, si ibidem esset, haberet & exercere posset; cum Schismaticis quoque hæreticis, excommunicatis, seu interdictis quibuscunque, quantumcunque notoriis, nisi Vicarius pro tempore & substituti prædicti eos vitari mandauerint, in quibuscunque eorum negotiis, etiam in diuinis Officiis, & extra, dum tamen in crimine non participent, participare. Et insuper vt vestrorum bonorum operum fructus valeant ampliùs propagari, quòd Vicarius pro tempore ac substituti prædicti, non modò in dictis Scythiæ, Moldauiæ, & septem sedilibus Siculorum partibus, quæ Vicariæ prædictæ subiecimus, annexuimus, & incorporauimus, vt possint non modò iam constructa ad obseruantiam prædictam reducere, sed etiam alia, Conuentus, Domos, & loca, vnum, duo, tria, & plura, & tot, quot ipsi Vicario expediens videbitur, pro vestris vsu & habitatione de nouo aequirere, & in eis Ecclesias cum campanilibus, campanis, cæmeteriis, dormitoriis, &c. & aliis

Chrisma cõficere. Benedicere, &c.

Reconciliare &c.

Causas cognoscere.

Cum excõmunicatis communicare.

Domos recipere.

aliis necessariis officinis fundare & construere. Præterea, quòd quotiescumque Confessor, seu Confessores, quem, vel quos, vos, & vestrûm quilibet præsentes, & futuri pro tempore, de dicti Vicarij, vel inferioris, superioris vestri, si eius copia commodè haberi poterit, licentiâ duxeritis, ac duxerit eligendum, seu eligendos, vestras, & vestrûm cuiuslibet confessiones audire, ac pro commissis criminibus, excessibus, & delictis, etiam in reseruatis prædictæ Sedi casibus, vobis & cuilibet vestrûm debitam absolutionem impendere, ac iniungere pœnitentiam salutarem. *Absolut.*

Nec non vos & quemlibet vestrûm à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, &c. à iure, siue ab homine promulgatis, etiam in casibus prædictæ Sedi reseruatis, quoties similiter opportunum fuerit, absoluere; & cum vobis & vestrûm quolibet super irregularitatibus, si quas huiusmodi sententiis ligati, Missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum Clauium, &c. volûtarij homicidij, mutilationis membrorum, &c. duntaxat exceptis, dispensare, omnémque à vobis, & quolibet vestrûm inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam per vos & quemlibet vestrûm quomodolibet, contractam abolere. Nec non vobis in synceritate fidei, & vnitate S. R. E. & deuotione nostrâ, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium persistentibus, plenariam remissionem in mortis articulo, quam etiam quemlibet vestrûm, *Dispensari.*

Indulgentiã accipere.

quem in huiusmodi articulo Confessoris copiam non habere continget, dummodò in verâ contritione decedat, consequi volumus, concedere valeant. Et insuper quod Fratres Vicariæ prædictæ, qui sunt, & pro tempore erunt, idonei ad annuntiandum verbum Dei, cum licentiâ tamen Vicarij pro tempore huiusmodi, qui etiam absque capitulari congregatione de consilio aliquorum Fratrum Discretorum, quoties opus fuerit, eos instituere, & destituere possit, verbum Dei publicè, tam in vestris, quàm aliis Ecclesiis, & locis publicis ciuitatum, terrarum, & locorum prædictæ Vicariæ, Ordinariorum locorum, Prælatorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque licentiâ desuper requisitâ, publicè proponere. Ita tamen quòd si in Metropolitanis, aut aliis Cathedralibus, seu Collegiatis, vel aliquorum Ordinum Ecclesiis prædicare voluerint, Prælatorum eorumdem licentiam obtinere teneantur. Quoque vos, & quilibet vestrûm ex transgressione quarumcunque Constitutionum prædicti Ordinis præsentium & futurarum, dummodò in quantum fragilitas humana patitur, Regulâ dicti vestri Ordinis studeatis obseruare, peccatum aliquod minimè incurratis. Præterea omnibus & singulis Christi fidelibus, qui de bonis sibi à Deo collatis, vnum pro centeno ideſt centesimam partem bonorum suorum, pro liberatione fidelium captiuorum de manibus infidelium, seu pro erectione & manutentione Domorum & locorum in Scythiæ,

Prædicare.

Indulgentia pro porrigentibus manus adiutrices.

Molda

Moldauiæ, & septem sedilibus siculorum partibus prædictis duntaxat pro tempore consistentium, & sustentatione vitæ Fratrum, qui ad infidelium, & præsertim dictas Scithiæ partes pro tempore transire voluerint, piè erogauerint, quòd Confessores seculares & Regulares, etiam ex vobis, quos duxerint eligendos, confessionibus eorum diligenter auditis, eis pro commissis, &c. & prædictæ Sedi reseruatis casibus, semel tantùm debitam absolutionem impendere, &c. nec non eis in sinceritate fidei, vnitate, &c. persistentibus plenariam remissionem in mortis articulo concedere valeant. Ita tamen, quòd Confessores ipsi de iis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam dictis fidelibus, &c. faciendam iniungant, quam dicti fideles &c. facere teneantur. Quódque per vnum annum à tempore, quo sibi concessio huiusmodi concessa fuerit, singulis sextis feriis, impedimento legitimo cessante ieiunauerint, &c. & si prædictis diebus ex præcepto &c. vnâ aliâ die. Porrò si forsan aliàs prælibatum ieiuniũ in toto, vel in parte, &c. eo casu Confessor idoneus ieiunium ipsum in alia pietatis opera, quæ pari modo adimplere teneantur, alioquin huiusmodi concessio, &c. eadem auctoritate concedimus pariter indulgemus. Volumus autem ne (quod absit) vos & fideles erogantes prædicti ex confidentiâ remissionis huiusmodi &c. Quódq; per quascunque Litteras Apostolicas dicto Generali Ministro, seu aliis quomodocumque concessas, vel in po-

sterum concedendas, gratiæ, indulta, & alia supradicta nullatenus intelligantur reuocata. Nonobstantibus fel. mem Bonifacij, &c. & Clementis V. Rom. Pontif. &c. & aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus dicti Ordinis, iuramento &c. cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus quoad sub obseruantiâ huiusmodi vexeritis, duntaxat valituris. Nulli ergo, &c.] B. Sacræ Religionis, apud Vvad. t. 5. Annal. an. 1444. n. 45. p. 454. ex Arch. Vat. superiori lib. 19. Bullarum, fol. 285.

Idem ann. 1446. Minoritis Missionariis Vicariæ Bosnæ. [Nos qui dudum vobis, vt eò feruentiùs laboribus & studiis, quæ pro fidei huiusmodi & diuini cultus ac Religionis augmento plurima & fructuosa impendere poteratis, insistere valeritis; seu possetis, diuersa priuilegia, exemptiones, &c. per diuersas nostras Littetas concessimus; ipsorum populorum pio desiderio fauorabiliter annuentes ac sperantes quòd pro huiusmodi, & etiam circumadiacentium aliorúmque infidelium populorum reductione, ipsorúmque animarum salute, pro viribus elaborare valeatis; motu proprio, non ad instantiam, &c. quòd Fratres Vicariæ prædictæ ad hoc per illius Vicarium pro tempore existentem electi, seu deputati, etiam pro tempore, quoad prædictos Ruthenos, & alios quos vestris, vel alterius vestrûm prædicationibus, & exhortationibus ad fidem Catholicam conuerti contigerit, ac Catholicorum Sacerdotum copiam

non

non habentes, qui iam ad fidem ipsam conuersi fore noscuntur, quoscunque alios populos vbilibet consistentes, prædictis, ac omnibus & singulis priuilegiis exemptionibus, &c. per nos ac prædecessores nostros Romanos Pontifices, seu aliàs sub quibusuis verborum formis quomodolibet concessis, quorum omnium & singulorum tenorem, &c. in omnibus & per omnia vti & gaudere; ipsisque ad fidem conuersis, & quos conuerti contigerit, populis illorumque singularibus vtriusque sexus personis, quicunque & quotcunque numero fuerint, (quos omnes & singulos quoad ipsorum animarum curam, vestris, aut illorum etiam Presbyterorum secularium, quos ad id dicti deputati Fratres duxerint pro tempore deputandos, regimini & gubernationi, per præsentes subesse decernimus) Baptismatis, Chrismatis, seu Confirmationis, Eucharistiæ, aliáque Ecclesiastica Sacramenta ministrare, ac in huiusmodi infidelium partibus. Vnum, duo, tria, aut plura, & tot loca, seu Domos, quot eis videbitur cum Ecclesiis, cãpanilibus, &c. & aliis pro Fratrum Vicariæ & Ordinis prædictorum vsu & habitatione perpetuis fundare, & construere, seu fundari & construi facere; aut iam forsan fundata & constructa, nec non omnia alia Domos & loca Ordinis & Obseruantiæ prædictorum, vbilibet à mari Adriatico vsque ad confines Tartariæ consistentia, quæcunque & quotcunque numero sint; de dictâ Vicariâ esse, illíque perpetuò subesse,

Omnia priuilegia confirmantur, motu proprio & ex certa scientia.

Populi conuersi subiiciuntur regimini Fratrũ.

Sacramenta, etiam Confirmationis, ministrare.

Construere Domos, &c.

Quibuscunque Priuilegiis, &c. concessis, neQuaquam obstantibus, motu scientiâ, & authoritate prædictis, decernimus per præsentes recipere, illáque inhabitare, &c.] B. Dum salubria, apud Vvad. tom. 5. annal. anno 1446. num. 11. pag. 490. ex lib. 24. Bullarum, fol. 211.

12 *Confirmatur quæ n. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

Nicolaus V. ann. 1447. Confirmauit duplicem Constitutionem Eugenij IV. suprà n. 9. 10. relatam, insertis in priori Bullis Ioannis XXII. Vrbani V. Vrbani VI. & Martini V. B. Ineffabilis, apud Wad. tom. 5. in annalibus ann. 1447. num. 16. pag. 508.

13 *Absoluere Dispensare in irregular.*

Pius II. ann. 1464. Missionariis Ordinis Prædicatorũ concessit vt possint à quibuscũque (etiam Papæ reseruatis) peccatis, censuris, & pœnis absoluere. Dispensare super omni irregularitate, eâ exceptâ quæ oritur ex bigamiâ. Eucharistiæ, & Extremæ-vnctionis, aliáque Ecclesiastica Sacramenta ministrare. Indulgentiam plenariam in articulo mortis contriti consequi. Ab omnibus etiam Papæ reseruatis peccatis, censuris, & pœnis absolui, per Confessores idoneos, quos ipsi duxerint eligẽdos quoties opus fuerit Recipere ab iisdẽ dispensationem super omni irregularitate, & omnis inhabilitatis & infamiæ abolitionem, dummodò à bigamiâ non processerint. Domos, Ecclesias, &c. erigere. Gaudere iisdẽ priuilegiis indulgentiis, &c. quibus gaudent Fratres Prouinciæ Terræ sãctæ. Nó euitare Schismaticos, & excommunicatos, seu interdictos, quantumuis notorios, nisi quos Vicarius Fratrum

Sacramenta ministrare. Absolui. Dispensari.

Domos erigere.

Communicare cum excommunic.

trum seu deputati per eum cuirare mandauerint. Vt qui eis de bonis suis vnum pro centenario erogauerint, possint eligere idoneos confessores, per quos ab omnibus peccatis absolui possint, semel quidem à reseruatis Papæ, à cæteris verò toties quoties, & indulgentiam plenariam in articulo mortis recipere. Vt Vicarius, qui pro tempore fuerit, possit super natalibus & ætatis infrà 23. annum defectibus, cum personis & Fratribus Ordinem prædictum ingredi volentibus & professis, vt ad omnes Sacros Ordines vsque ad Presbyteratus Ordinem inclusiuè, & singulas Ordinis Prælaturas & Officia in iis partibus promoueri & in illis ministrare valeant, dispensare; nec non notarios ad actus publicos in fauorem fidei Christianæ conscribendos, creare & instituere. Vt personæ quæ prædicationibus eorum interfuerint, & illas cum proposito se emendandi audierint, singulis vicibus, vnius anni & 40. dierum indulgentiam consequantur, &c. B. Ad Deum leuamus. Quam confirmauit Sixtus IV. ann. 1473. B. Apostolicæ, 4. apud Confettium.

Pro perri. gentibus manus adintr.

Dispensare super defectu natalium & ætatis.

Notarios instituere.

Indulgentia

Adrianus VI. anno 1522. Minoritis concessit in Indiis commorantibus, vt eorum Prælati & alij de Fratribus suis quibus ipsi duxerint committendum, in partibus in quibus nondum fuerint Episcopatus creati, vel si fuerint, tamen infra duarum dietarum spatium ipsi vel Officiales eorum inueniri minimè possint, omnes actus Episcopales exerceant, qui non requirunt Ordinem Episcopalem.

14 *Exercere actus Episcopales, pro quibus, &c*

lem. Nonobstantibus, &c. præsertim Sixti IV. incipiente, *Etsi Dominici Gregis*, ac Bullâ Cœnæ Domini. B. Exponi. Nobis, 1. apud Roder.

15 Paulus III. anno 1549. Societati IESV. [Præposito Generali, vt cùm aliquos ex Fratribus seu Sociis Societatis huiusmodi in Saracenorum, & Paganorum, aliorúmque infidelium terras, & prouincialis alias remotissimas, à quibus non potest adiri Sedes Apostolica, miserit; possit eis authoritate nostrâ facultatem concedere, vt Christianos ibidem commorantes, confessione peccatorum suorum auditâ, & pœnitentiâ salutari iniunctâ, eos, & eorum quemlibet, ab omnibus & singulis eorum peccatis, etiam in Bullâ Cœnæ Domini reseruatis, & à consequentibus censuris & pœnis absoluere. Et cum eis qui ab infidelitate conuertentur tantùm, & in locis remotissimis, qui priùs in gradibus non licitis, tamen lege diuinâ non prohibitis, matrimonia contraxerant; vt in eisdem manere possint, dispensare. Ac in locis prædictis remotissimis, quæcunque Ecclesias, hospitalia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, erigere, ac nunc & pro tempore erecta reformare, sine alicuius præiudicio. Et vestes Sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cœmeteria (si Episcopus, qui ea faciat, catholicus inibi non adsit) benedicere, ac profanatas Ecclesias reconciliare possint. Et quæcunque statuta & ordinationes desuper necessaria facere, illáque postquam facta fuerint, mutare, alterare, ac illis addere & detrahere. Ac Præposito Prouincia

Quoscunque ab omnibus absoluere.

Cum conuersis dispensare, vt &c.

Ecclesias, hospitalia &c. erigere, & reformare.

Benedicere Calices, altaria, &c.

Leges condere & mutare.

Prouinciali in illis longinquis partibus residente decendenter, interim, dum alius per Generalem Præpositum mittitur, loco Præpositi sic decedentis, alium eligere liberè & licitè valeant: Et quia in numerosis populis illarum regionum, tanta est Sacerdotem raritas, vt vnus plurium curam suscipere debeat, vt bis eodem die Missam celebrare diuersis in locis valeant.]B. Licet debitum, 48. apud Cherub. 8. apud Roder.

Prouincialē eligere, quo vsque, &c.

Bis in die celebrare.

Pius V. anno 1567. [Omnibus & singulis Religiosis quorumcunque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, & in eorumdem Ordinum Monasteriis, vel de illorum Superiorum licētiâ extra illa commorantibus, vt in locis ipsarum partium, eis de simili licentiâ assignatis & assignandis, Officium Parochi, huiusmodi matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, provt hactenus consueuerunt (dummodò ipsi in reliquis solemnitatibus dicti Concilij formam obseruent) exercere, & verbum Dei, vt præfertur, quatenus ipsi Religiosi Indorum illarum partium idioma intelligant, de suorum Superiorum licentia, vt præfertur, in eorum Capitulis Prouincialibus obtenta, prædicare, ac Confessiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcunque licentiâ minimè requisitâ, liberè & licitè valeant, licentiam & facultatem authoritate Apostolicâ, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Et insuper, ne in locis illarum partium, in quibus sunt Monasteria 16

Officio Parochi fungi, prædicare, Confessiones audire, sine licentiâ, &c

Episcopi nihil innouēt.

Religio

Religiosorum, qui animarum curam exercent, aliquid per prædictos Episcopos innouetur, eadem authoritate & tenore statuimus & ordinamus, &c. Nonobstantibus, &c. Conciliis generalibus, &c.] B. Exponi nobis, 34. apud Cherub.

17 *Carmelitis Missionariis priuilegia varia.*

Clemens VIII. anno 1604. Pro Carmelitis Discalceatis in Persarum & quorumcunque infidelium Schismaticorum, & hæreticorum partes mittendis. [vt autem ij, quos ipsi ad hoc munus deputaueritis, ministerium hoc faciliùs & commodiùs ad Dei gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ exaltationem adimplere possint eisdem Religiosis, qui pro tempore ad partes prædictas per te, fili Commissarie, ac per Præpositum Generalem pro tempore existentē mittuntur, vt in eisdem partibus tā cum infidelibus, quàm cū Hæreticis & Schismaticis & Excommunicatis quibuscunque rutâ conscientiâ conuersari, ac verbo, officio, & cibo, communicare, eorum libros & alios quacunque ex causâ prohibitos ad effectum illos confutandi & corrigendi legere, illisque verbum Dei proponere & prædicare, & Euangelicam doctrinam ad Christianam fidem venire cupientes edocere, eósque cathechizare, ac recipere & Baptizare in formâ Ecclesiæ consuetâ. Ecclesias, oratoria, Cœmeteria, Conuentus, & Monasteria, Confraternitates tam vestri, quàm aliorum quorumcunque Ordinum, & alias quascunque, nec non cætera loca pia extruere, fundare, erigere, ac si quæ adsint in illis partibus profanatæ,

tæ, eas benedicere, & si erunt consecratæ, aquâ priùs ab aliquo Episcopo, vel si Episcopus vltra duas diætas distauerit, à vobis benedictâ reconciliare. Quoscunque illarum partium habitum vestri Ordinis recipere volentes, etiam non seruatâ formâ Constitutionis fœl. rec. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri & Decretorum nostrorum ad huiusmodi habitum, & deinde suo tempore ad professionem Regularem admittere: altaria portatilia cum debitis honore & reuerentiâ habere, & super illis in quibuslibet locis, decentibus tamen & honestis, & ab omnibus actibus humanis seiunctis & remotis, Sacrosanctum Missæ sacrificium, etiam ante lucem regulariter per mediam horam ante, dummodò illucescat dies, vel si necessitas id postulauerit, etiam per horam ante, & per mediam horam post meridiem. Indumenta, paramenta, corporalia, & vasa Ecclesiastica, non tamen ea in quibus Sacra vnctio adhibetur, pro eorum & aliorum Sacerdotum in illis partibus existentium vsu, quæcunque benedicere, Oleis infirmorum & cathecumenorum Sanctis antiquis in supradictis & infrascriptis muneribus vti, si factâ diligentiâ aliud eiusdem anni habere non potuerint. Quoscunque præterea in illis partibus degentes hæreticos, schismaticos à fide Christianâ apostatas, etiam hæresiarchas, non tamen relapsos, si ad pœnitentiam redierint, factâ per eos publicè vel priuatim, prout personarum & locorum ratio postulauerit, suorum errorum detestatione & abiuratione,

ratione, & iniunctis eis pœnitentiis salutaribus, & aliis iniungendis, ad hæresis, schismatis, & apostasiæ à fide, reatibus, nec non excommunicationis aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis per eos incursis in vtroque foro absoluere, illósque reconciliare, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ gremio, & vnitati fidelium restituere, eorum etiam, & cæterorum quorumcunque Christi fidelium vtriusque sexus in illis partibus degentium confessiones audire, ac iniunctâ illis pro modo culpæ eorum arbitrio pœnitentiâ salutari, eosdem à quibuscunque peccatis, criminibus, excessibus, & delictis qnantumcunqne grauibus & enormibus, etiam in casibus Nobis & eidem Apostolicæ Sedi, & locorum Ordinariis reseruatis, etiam contentis in Litteris die cœnæ Domini legi solitis, etiam de quibus dicta Apostolica Sedes meritò consulenda esset, quoad huiusmodi casus contentos in litteris Cœnæ Domini, videlicet semel in vitâ & in articulo mortis, nisi aliquis casus vrgens pluries occurrat, cui propter periculum animarum statim sit prouidendum; quoad reliquos verò toties, quoties eis videbitur & fuerit opportunum. Necnon quorumcunque votorum, etiam iuramentorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, ieiuniorum & pœnitentiarum iniunctarum omissionibus cæterisque delictis in foro conscientiæ absoluere; ac in illis partibns vbi Parochi non fuerint, Baptismatis, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Matrimonij, & Extremæ vnctionis Sacramenta,

cramenta, quæ alioquin Parochi suis Parochianis ministrare solent, & possunt, vice Parochorũ ministrare. Præterea vota quæcunque etiam solemniter iurata (Castitatis & Religionis duntaxat exceptis) ex aliquâ rationabili causâ in alia pietatis opera commutare. Apostatas quoque à Regularibus Ordinibus quibuscunq; in dictis partibus degentes, si verè pœnituerint, & vœniam petierint (impositâ illis salutari pœnitentiâ) ab Apostasiæ notâ, & excommunicationis, aliisque censuris & pœnis Ecclesiasticis per eos incursis absoluere, illisque, vt reassumpto habitu sui Ordinis extra monasteria per certum decentem terminum, donec ad sua Monasteria redire potuerint, manere possint, concedere, & cum eis si Sacerdotes fuerint super irregularitate præmissorum occasione, & etiam quia censuris Ecclesiasticis sic ligati Missas & alia diuina officia, etiam forsan in contemptum Clauium celebrarunt, contractâ dispensare, ita vt Missas & alia diuina Officia celebrare & Ecclesiastica Sacramenta ministrare valeant, dummodò scandalum non adsit, & vtilitas aut necessitas conuersionis & salutis animarum illarum partium suaserit id illis esse concedendum. Super votis quoque simplicibus Religionis, & Castitatis simili ex causâ rationabili dispensare: vtque pro expensarum oneribus leuiùs supportandis eleemosynas & oblationes eis largiendas recipere illisque pro religiosis eorum necessitatibus vti, nec non quæcunque malè ablata incerta

illarum partium, hi ij, quibus solutio earum & restitutio fieri deberet, ignorentur vel inueniri non possint, in pios vsus & pauperum sustentationem earumdem partium eorum arbitrio erogare. Insuper vt ij ex dictis Religiosis ad partes prædictas profecturis, vel qui in dictis partibus ad habitum & professionem eiusdem Ordinis recipientur, Sacris Ordinibus non initiati à quibuscumque Catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentibus, ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines, etiam extra tempora à iure statuta, & non seruatis interstitiis, & absque litteris dimissoriis, quatenus ibi locorum Ordinarij seu Episcopi non sint, cum testimonio tamen de vitâ, moribus, & idoneitate illius qui in illis partibus eorum Superior pro tempore fuerit, promoueri, & promoti in illis etiam in altaris ministerio ministrare liberè & licitè valeant. Ad hæc omnes prædictos Religiosos eiusdem Congregationis vestræ, ac Domos, Conuentus, Monasteria & loca quæcunque, quæ in illis partibus pro tempore habueritis, ab omnium & singulorum quorumcunque Prælatorum & personarum Ecclesiasticarum iurisdictione, potestate, superioritate & authoritate sicut in cæteris locis istis prorsus eximimus & liberamus, &c. Volumus autem, & in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris latæ sententiæ pœnâ, eo ipsa contra facientes incurrendâ, à quâ non nisi à Nobis

&

& Romanis Pontificibus successoribus nostris, præterquàm in articulo mortis constitutus, quisquam absolui possit, districtè præcipiendo mandamus, vt præmissa omnia dicti Religiosi gratis & absque vllâ prorsus impensâ omninò impendant & impartiantur, neque ab illis aliquid hac de causâ petere vel exigere, vel sponte oblatum accipere præsumant: sub eisdem præcepto & excommunicationis pœnâ ipso facto incurrendâ, Nobísque pariter reseruatâ, ne quis non Superior illorum prædictos Religiosos retardare, molestare, inquietare, aut quoquo modo directè vel indirectè, quominùs ministeria prædicta exequantur, impedire audeant, districtè prohibemus.] B. Dominici, 18. in Appendice Roderici. Porrò apud Patres Carmelitas Discalceatos hæc circumfertur testificatio pro vsu Bullæ supradictæ. [Ego Fr. Ferdinandus à S. Maria, primus Definitor Generalis Congregationis S. Eliæ Fratrum Carmelitarum Discalceatorum, omnibus præsentes inspecturis & lecturis, fidem facio, me audiuisse ab admodùm Reuerendo bonæ memoriæ Patre Fr. Petre à Matre Dei, qui præsens Priuilegium à fœl. rec. Papa Clemente VIII. obtinuit, quòd eius intentio fuit, & declarauit, dictum Priuilegium, concessiones, & gratias in eo contentas, extendi & habere locum, etiam in Regnis & locis Galliæ, Flandriæ, Germaniæ, Poloniæ, & in aliis partibus vbi hæreses grassantur, nonobstante quod id morantur Catholici. ibi In quorum fidē præ-

sentes dedi sigillo nostri Officij munitas, & propria manu subscriptas. Datum in Conuentu nostro S. Mariæ de Scala, die 17. Febr. 1620. Loco † Sigilli. Fr. Ferdinandus à S. Maria, primus Definitor Generalis.] Adiiciunt quod idem declararunt viri doctissimi ac Iuris Canonici peritissimi, qui de hac re Romæ consulti fuerunt, valere pro Regnis & partibus declaratis à Clemente. VIII Et duorum quidem prædictorum attestantium est authoritas grauis: siquidem Pater ille Ferdinandus, , ter fuit Præpositus Generalis Congregationis: Pater autem Petrus, fuit etiam Præpositus Generalis eiusdem Cõgregationis, & Concionator Clementis VIII. ac duorum subsequentium Pontificum,

18 *Exemptio à Iurisdict. Episcopi.*

Paulus V. anno 1612. declarat Carmelitas Discalceatos in Regno Persarum & illius Prouinciis, eorum Ecclesias, Domos, bona & personas vniuersas, semper fuisse & esse exemptas ab omni iurisdictione & superioritate Episcopi. B. Alias, 8. in Priuilegiis Carmelit. Discalceatorum.

19 *Dispensare ad matrimonium.*

Idem eodem anno iisdem. [Vt cum prædictis Regni Persarum populis tam ad fidem iam conuersis, quàm de cætero conuertendis, super quibuscunque, preterquàm in primo in linea transuersali, & quocunque inter ascendentes & descendentes, consanguinitatis, vel affinitatis gradibus, quibus inter se coniuncti, aut attinentes fuerint, ita vt impedimentis huiusmodi non obstantibus matrimonium inter se publicè seruatâ formâ Concilij

lij Tridentini contrahere, & in facie Ecclesiæ solennizare, & in eo postmodùm remanere, ita tamen, vt cum prima, quam duxerint vxore remanere teneantur, liberè & licitè possitis & valeatis dispensare. Insuper, vt pro Ecclesiarum prædicti Regni tantùm necessitate & commoditate, Altaria & Calices ex oleo ad Episcopo Catholico benedicto, & duo ab Episcopo Catholico per duas dictas distantes fueritis, benedicere & consecrare, necnon, vbi necessitas id exegerit, Chrismate veteri vti, liberè similiter & licitè possitis & valeatis, Apostolicâ authoritate tenore præsentium facultatem concedimus & impartimur. Nonobstantibus, &c. Volumus autem vt si vos occasione dispensationem per vos vigore præsentium concedendarum, aliquid à personis prædictis petieritis, seu spontè oblatum receperitis, excommunicationis maioris latæ sententiæ pœnam, à quâ non nisi à Nobis aut Romano Pontifice pro tempore existente & in mortis articulo absolui nequeatis, eo ipso incurratis.] B. Vt Regni, 9. in Priuilegiis Carmelitarum Discalceatorum.

Benedicere & consecrare Calices & Altaria Vti veteri Chrismate.

Vrbanus VIII. anno 1625. Minoritis de Obseruantiâ in partibus Indiarum occidentalium existentibus expressè professis concedit: vt [de suorũ Superiorum licentiâ, à quocumque quem maluerint Catholico Antistite gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente in propriâ Diœcesi residente, vel in alienâ de Diœcesani loci consensu Pontifi-

10 *Ordinari extra tempora, &c.*

calia exercente per eos eligendo, ad omnes etiam Sacro & Presbyteratus Ordines extra tempora ad id à iure statuta, ac interstitiis à Sacro Conc. Trident. de signatis minimè seruatis, &c. promoueri possint. [B. Cùm sicut, 49. apud Cherub.

21 *Ad Iaponem accedere.*

Idem ann. 1633. concedit quibusuis cuiuscumque Ordinis Generalibus vel Capitibus, vt Religiosos suos mittant in Indias Orientales, & id per quamcunque viam; & quoscunq; accessũ huiusmodi impedientes excõmunicat: & cõcedit omnibus Christianis in Iapone existentibus & pro tempore futuris, vt à quibusvis sacerdotibus, vt suprà à Generalibus eorũ illuc missis ac mittendis, Sacramenta (Ordinem tamen Episcopalem non requirentia) etiam Parochialia, durante præsenti rerũ statu, suscipere valeant. Cum ampliſſimâ derogatione omnium contrariorum. B. Ex debito, 128. apud Cherub.

Sacramenta administrare.

22 *Ordinari extra tempo-*

Idem ann. eodem, Eremitis S. Augnstini Discalceatis degentibus in Philippinis & in Indiis occidentalibus concedit, quod n. 18. suprà. B. Cum sicut, 130. apud Cherub.

MONIA

MONIALES.

Vide verb. *Commissio*, num. 2. *Correctio*, n. 7. 16. *Exemptio*, num. 36. *Habitus*, num. 4. *Vota*, num. 6.

INNOCENTIVS IV. ann. 1246. Monialibus S. Claræ, quæ sub magisterio ac doctrinâ Generalium ac Prouincialium Ministrorum Ordinis Minorum permanent, cõ essit illis gaudere priuilegiis quæ Fratrũ eorundem Ordinis sunt concessa vel in posterum concedenda. B. Cùm sicut, 33. apud Wad. in reg. tom. 1. ex Regesto Vaticano Epist. 623. Et B. Licet olim, 35. apud eundem. Quam Bonifacius VIII. anno 1296. confirmauit, B. Quasdam Litteras, in speculo Minorum, tract. 1. fol. 14. & est 4. Bonifacij apud Rodericum, & 14. apud Vvad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. Epist. 227. Hanc verò Bonifacij confirmauit Ioannes XXII. anno 1317. B. Tenorem, 27. apud Vvad. in Reg. tom. 3. ex Reg. Vat. Epist. 112. Ista verò illam complectens, fuit confirmata à Clemente V I. anno 1343. B. Tenorem, 54. ibidem, ex Reg. Vat. tom. 3. Epist. 1284. Idipsum iisdem concedit Alexander IV. ann. 1258. B. Cùm sicut, 94. apud Vvad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. Epist. 250. 1 *Habens Priuilegia Fratrum.*

Alexander IV. ann. 1257. Monialibus S. Claræ. [Vt priuilegiis & indulgentiis Ordini 2 *Idem.*

Fratrum Minorum ad Apostolicâ Sede concessis competentibus vobis, vti possitis, authoritate vobis præsentium indulgemus. [B. Deuotionis, 62. apud Vvad.in reg.tom.2. ex Reg. Vat.Epist. 77. Vrbanus I V.anno 1262. Monialibus omnibus Cistercienſis Ordinis idem concessit. B. Meritis sarcæ,1. apud Rodericum.

3 *Idem.* Bonifacius VIII. anno 1298.vniuersis Cõuentibus S. Claræ. [Concedimus, vt vos ac omnia & singula Monasteria vestri Ordinis, tam exemptionis priuilegiis; quàm omnibus immunitatibus, libertatibus, & indulgentiis, ac aliis priuilegiis quibuscunque, vtamini & gaudeatis, ac vti & gaudere possitis, quæ Fratrum Minorum Ordini, ac eius Fratribus & personis sunt à Sede Apostolica concessa, vel in posterum concedentur,quatenùs huiusmodi exemptionis priuilegium, & immunitates libertates, indulgentiæ, ac alia priuilegia vobis competunt vel competere possunt,vel poterunt,&quatenus vos & Monasteria ipsa potestis & poteritis esse capacia eorundem.[B.Inn sinn Sedis, 5. apud Roder. 36. apud Vvad.in reg. to.2.& in Spec. Min.tract.2.fol.44. Idem anno 1302. Episcopo Tergestino, qui contra præfata priuilegia quædam attentauerat,mandauit vt illa grauamina reuocet cum effectu, & coram Sede Apostolicâ compareat, &c. B. Pœlicis recordationis, 62. apud Vvad.in rec. tom.3.ex Reg.Vat.ep.46.

4 *Idem.* Ioannes XXII. anno 1323. quibusdam S. Claræ Monialibus concessit quod suprà n.2.

iisdem

iisdem verbis. B. Deuotionis, 126. & 133. apud Vvad. in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. epist. 760. & 1948. Quod sæpè postmodùm ad ipso & aliis concessum fuit seperatim singulis eiusmodi Monasteriis.

5 *Eadem priuilegia Carmelitis compelum quæ aliis.*

Nicolaus V. anno 1452. Cermelitis. [Ne Conuentus Religiosarum Virginum, viduarum, Beguinarum, Mantellatarum, aut aliquæ particulares ex his, sub habitu & protectione Ordinis Beatissimæ Dei Genitricis sempérque Virginis Mariæ de Monte Carmeli ducentium, aut quæ in posterum offerentur, absque Apostolicæ authoritatis munimine viuere videantur: harum tenore præsentium decernimus, vt Ordo præfatus, ac eiusdem Ordinis Magister Generalis, & Priores Prouinciales circa præfatarum receptionem, vitæ modum, admissionem, & protectionem, illis eisdem & prorsus similibus priuilegiis gaudeant, quibus Ordines Prædicatorum & Eremitarum S. Augustí. gaudent & vtuntur: dummodò Virgines, Viduæ, Beguinæ, Mantellatæ prædictæ continenter & honestè viuant, ieiunéntque ac omnia alia faciant, & obseruant, quæ Virgines, Viduæ, Beguinæ, & Mantellatæ Ordinum Prædicatorum, &c. [B. Cùm uulla, 1. apud Confertium, & in Mari magno Carmel. numero 33. Ac proinde ibidem ex certa scientiâ confirmatur ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an. 1479.

6 *Habent priuilegia Fratrum.*

Sixtus IV. anno 1476. Prædicatorum & Minorum Ordinum Monialibus, & earum Monasteriis, locis, Abbatissis, Prioríssis, Procuratori

curatoribus, Syndicis Oblatis, omnia priuilegia, gratias, &c. pariformiter, quatenus earum sexui & statui non contradicant, extensa fore voluit; quæ eorundem Ordinum Fratribus, locis, &c. sunt concessa & in posterum concedentur. B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherub. 2. apud Confettium, 4. apud Peyrinis, 26. apud Roder. vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu Salmant. Extat & in Spec. Min. tract. 2. fol. 67. & apud Vvad. in Annal. to. 7. an. 1479. n. 6. pag. 63. Vocatur Bulla Aurea.

7 *Idem.* Iulius II. anno 1506. Sororibus Ordinis Minimorum idipsum concessit B. Dudum ad Sacrum, 10. apud Cherub. 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis.

8 *Idem.* Idem anno 1507. Monialibus S. Augustí. idipsum concessit. B. Dum fructus vberes, 19. apud Roder. & 2. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, n. 2.

9 *Quomodo nouitia sunt ab Episcopo examinãda.* Pius V. anno 1567. [Volumus etiam, quòd puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactæ vel seductæ fuerint, examen faciendum, non nisi infra quindecim dies, postquàm iuxta Concilium Tridentinum Episcopi, vel eorum Vicarij requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere non liceat: Cuius occasione nec Episcopus, nec eius Vicarius, intra septa Monasteriorum ingrediantur, sed stent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quàm eas quas præfatum Concilium Tridentinum iubet, eis fieri omninò prohibemus, ac similiter volumus, quòd puellæ, seu Nouitiæ ipse ad alias interrogationes

rogationes respondere minimè teneantur.]B. Esti Mendicantium,41.apud Cherub.7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in archivio Conuentus Carmel. Rhedonen. vt testatur P.Iustinus in suo Bullario M.S.

MVTATIO ORDINIS.

Vide verb. *Apostata*, per totum. *Correctio Fratrum*, n.5.13.15.49.

ALEXANDER IV. anno 1259. Carmelitis. [Inhibemus, ne aliqui Religiosi, professores Ordinis paris arctitudinis vel minoris, aliquē de Fratribus Ordinis vestri professū, præsumant recipere, sine tuâ, fili, Prior Generalis, speciali licentiâ & cōsensu: & si fortè aliquē aliter receperint, illum vobis restituere teneantur.] B. Quieti vestræ, in Mari magno Carmelitarum, n.23. 1 *Prohibetur*

Clemens IV. ann. 1265. Minoritis. [Ejectos autem de Ordine vestro, vel egressos, qui receptione in eodem Ordine suis culpis exigentibus reddiderint se indignos, & alios Fratres eiusdem Ordinis ex rationabili causa, ad quoscunque Ordines aprobatos (præterquàm ad B. Augustini Templariorum, Hospitaliorum, & aliorum Religiosorum arma portantium) ad vitandam occasionem euagandi, Generalis & Prouinciales Ministri cum suis testimonialibus Litteris authoritate nostrâ 2 *Licentiandi facultas.*

ſtrâ licentiandi liberam habeant facultatem. Nos enim diſtrictiùs inhibemus, ne tales ad alium Ordinem aliter tranſire, vel aliqui eos recipere ſeu retinere præſumant, abſque licentia ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, faciente de hoc plenariam mentionem.] B. Virtute conſpicuos, 4. apud Cherub. §. 19. quæ & includitur in Mari magno Minorum: vbi & ex certa ſcientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum; & ab ipſo Maris Magni authore Sixto IV. an. 1474. Quæ & extat confirmata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra veſtra, 5. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. folio 176.

3 *Prohibetur.* Ioannes XXII anno 1321. Carmelitis. [Inhibemus ne deinceps Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Auguſtini Ordinum Fratres, præfatum Ordinem veſtrum profeſſos ad Ordinem eorum vel Ordines, recipiant, vel in eis retineant, ſine tuâ prædicte Prior Generalis vel tuorum ſucceſſorum Priorum Generalium dicti veſtri Ordinis, qui pro tempore fuerint, petitâ licentiâ & obtentâ. Statuentes authoritate prædicta, quòd receptio & retentio huiuſmodi, eo ipſo viribus non ſubſiſtant & talis ſuſcipiens & retinens, quolibet Officio vel adminiſtratione ſui Ordinis ſit ipſo facto priuatus, ac inhabilis ad quoduis Officium vel quamuis adminiſtrationem in huiuſmodi ſuo Ordine in poſterum obtinendum, ac etiam obtinenda, &c. Nonobſtantibus quibuſcunque Priuilegiis, &c.] B. Sacræ

cræ Religionis, in Mari magno Carmelit. numero 20.

Benedictus XII. anno 1335. [Decernimus, ne quis cuiusuis Ordinis Mendicantium professor ad aliquem dictorum duorum Ordinum (monachorum Nigrorum, & Cistercienſium) quoquo modo transire valeat, ſine Romani Pontificis licentiâ ſpeciali, plenam & expreſſam faciente de Cõſtitutione huiuſmodi mentionem. Nonobſtantibus priuilegiis Apoſtolicis, &c.] B. Regularem vitam, 1. apud Cherub. 4. apud Rodericum. Et in Mari magno Carmelitarum, num. 21. Et ibidem eiuſdem copia authentica datur ab Vrbano VI. ann. 1387. B. Prouiſionis. 4 *Idem.*

Gregorius XI. anno 1374. Prædicatoribus idem quod Clemens IV. ſuprà num. 2. concedit. B. Virtute conſpicuos, 7. apud Cherub. §. 20. quæ & includitur in Mari magno Prædicat. Et ibidem ex certâ ſcientiâ innouatur à Martino V. ann. 1427. B. Ex Apoſtolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. ann. 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipſo Maris magni authore Sixto IV. ann. 1474. 5 *Licentiandi facultas.*

Bonifacius IX. Prædicatoribus [Ordinamus quòd quorumcunque Mendicantium Ordinum Fratres, huiuſmodi Prædicorum Ordinis Fratres, aut Sorores ſubiectas eiſdem, in eorum Confratres, aut Sorores, etiam vigore quarumcunque Litterarum Apoſtolicarum ſuper hoc hactenus forſan conceſſarum, vel in poſterum concedendarum, etiam quòd ad patrem vel arctiorem poſſint transire Ordinem conti- 6 *Prohibetur.*

continentium,nisi in eis de Ordinibus,à quibus recedunt, & ad quos tranferendi se licentiam obtinuerint, nec non de præsentibus & eorum toto tenore specialis & expressa mentio habeatur,non possint recipere.] B. Sacræ Religionis.1.apud Confettium.

7 *Prohibetur.* Martinus V. ann. 1418. [In futurum autem nullus ex professoribus alicuius ex Ordinibus Mendicantium huiusmodi , ad aliquem Monasticum Ordinem(Carthusiensi duntaxat excepto)possit , aut debeat per quemcunque recipi , vel admitti, virtute cuiusuis licentiæ vel indulti , absque Sedis Apostolicæ licentiâ speciali,sub dictis pœnis , (videlicet excommunicationis,in quam,tam recipientes,quàm recepti ipso facto incurrant , & Romano Pontifici reseruatæ) & nihilominùs secùs facta non teneant ipso iure. Non obstantibus quibuscunque,&c.]B.Viam ambitiosæ , apud Confettium.Et in Mari magno Carmel.n.22. Et 1. in Bullario Eremitarum S. Augustí , ex originali in Ordinis Archiuo Romæ, num.1. Et apud Bzouium tom. 15. Annal. anno 1418.num.4. Ac tandem est iuri communi inserta,Extrau. *Viam ambitiosæ , De Regularibus & transf.ad Rel.*inter communes.

8 *Prohibetur.* Eugenius IV. anno 1432. Fratribus & Sororibus Ordinis Minorum,idem penitus quod n. 7. (cum eadem exceptione pro Fratribus) prohibet.P.Anxia Nos cura,28.apud Vvad.in reg.tom. 5. ex Archiuo secreto Vaticano lib. 16.Bullarum,fol.285.

Idem anno 1435. prædictis prohibitionibus

bus derogauit respectu Camaldulensium, quibus concessit facultatem recipiendi in suo Ordine quoscunque professos aliorum Ordinum, siue Mendicantium, siue non Mendicantium, etiam Carthusiensis Ordinis; Superiorum ipsorum licentiâ petitâ, licet non obtentâ. B. Illa quæ pro tranquillo, 8. apud Cherub. Et apud Bouerium tomo 1. Annalium Capucinorum, in Regesto Bullarum.

9 *Derogatur prohibitionibus.*

Idem 1439. Cistercienſibus. [Ordinamus quòd nullus Ordinis præfati professus, ad aliũ quécunque præterquàm Carthusiensium Ordinem, etiam pretextu Litterarũ Maioris Pœnitentiarij nostri, etiamsi in illis plena & expressa de præsentibus mentio habeatur, absque eiusdem Patris Abbatis licentiâ speciali, causam rationabilem & vrgentem, quare licentia huiusmodi concedi debeat, Nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus expressè & specificè allegantis, audeat vel præsumat quomodolibet se transferre. Decernentes nihilominus contrafacientes eosdem correctioni sui Abbatis & dicti Ordinis omninò subesse, eósque transeuntes, & Abbates eorum, ipsis ad alium præterquàm dictum Ordinem Carthusiensium transeundi licentiam concedentes, ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere.] B. Regularem, 16. apud Cherub.

10 *Prohibitio.*

Idem anno 1441. Fratribus S. Ambrosij. [Nullus ex Fratribus professis prædictis, aliquem alium Ordinem, seu Regulam etiam arctiorem, quodcunque & qualicunque priuilegium

11 *Prohibitio.*

gium seu indultum super liberè recipiendis Fratribus alterius Ordinis, vel Regulæ, ipsi etiam arctiori Ordini, seu Regulæ à Sede prædictâ, vel aliàs quomodocumque concessum sit, etiamsi de priuilegio seu indulto huiusmodi de verbo ad verbum præsentibus habenda foret mentio specialis, absque capituli Generalis huiusmodi, aut de priuilegio seu indulto præsenti & illius causâ, nec non tunc ipsorum Fratrum existentis Rectoris nomine expressam mentionem faciente, licentia speciali, sub excommunicationis pœnâ, quam absque licentiâ prædictâ transiens aut vagans eo ipso incurrat, transire aut vagari possit. B. Regimini, 22. apud Cherub. §. 13.

12 *Prohibitio.* Nicolaus V. anno 1451. in fauorem Eremitarum S. Aug. de nouo mandauit executionem & obseruationem Bullæ Martini V. supra num. 7. B. Solicitudo, 1. in eorum Bullario, ex originali in Ordinis Archiuo Romæ, numero 1. Et similiter an. 1454 pro Carmelitis, B. Romanorum, in Mari magno Carmelit. num. 22.

13 *Licentiandi facultas,* Sixtus IV. anno 1476. Carmelitis, eadem concedit quæ suprà n. 2. & 5. nisi quòd facultatem illam dat solum Generali, & eiusdem Vicario de suo scitu. In Mari magno Carmelit. §. 94.

14 *Prohibitio.* Innocentius VIII. anno 1486. Eremitis S. Augustini Congregationum Ilicetanæ & Lombardiæ. [Ne vestrarum Congregationum professores, nunc, & pro tempore existentes, sine Capituli, vel Vicarij Congregationis eorum

rum expresſâ licẽtiâ, ad alios Ordines ſeu Religiones, etiam arctiores, ſe transferant, aut quouis quæſito colore ab obedientiâ Prælatorum ſuæ Congregationis recedere, ſeu ſubtrahere quoquo modo præſumant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ, in quam ipſi & eos recipientes eo ipſo incurrant, authoritate Apoſtolicâ ſtatuimus; eiſdémque Vicariis illos ſic recedentes, & ſe ſubtrahentes repetendi, ac ipſos, & recipientes illos excommunicationis ſententiam incurriſſe declarandi, illámque iteratis vicibus aggrauandi; nec non contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis, compeſcendo; Et illos qui præmiſſorum occaſione cenſuras aliquas incurriſſent, ad eorum obedientiam redeuntes, ab illis, iniunctâ pœnitentiâ ſalutari & aliis quæ iure fuerint injungenda, in formâ Eccleſiæ conſuetâ abſoluendi, & ſuper irregularitate diuinis ſe immiſcendo contractâ, diſpenſandi, eadem authoritate concedimus facultatem] B. Vacantibus, 2. apud Confettium; & 3. in eorum Bullario, ex Tranſumpto Auditoris Cameræ, Romæ aſſeruato ſub Eugenio 4 num. 3.

Iulius II. an. 1506, Minimis conceſſit. [Vt tã quatuor Mendicantium, quàm aliorum quorumcumque quantumcunque etiam priuilegiatorum Ordinum quaſcunque Religioſas perſonas ad ſe venientes, & habitum per eos geſtari ſolitum ſumere volentes, primitùs ver-

bo vel scripto à suis immediatis Superioribus per se vel per interpositam personam petitâ licentiâ, quamuis non obtentâ, ad Minimorum Ordinem & habitum huiusmodi recipere valeant.] Cum derogatione Extrau. Viam ambitiosæ, suprà num. 7. & quarumcunque aliarum Constitutionum Apostolicarum. B. Dudum ad Sacrum 10. apud Cherub. 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis.

16 *Licentiandi facultas.*

Idem eodem anno iisdem concedit quod suprà num. 2. 5. 13. In Mari magno Minimorum, §. 15.

17 *Prohibitio.*

Idem ann. 1507. Benedictinis Congr. Montis Olineti, [Ipsius Congregationis Prælati, suos Monachos, qui licentiam à Sede Apostolicâ habere dixerint, se ad aliud quodcunque Monasterium siue locum transferendi obtentu Litterarum Apostolicarum transferri non sinant, nisi in ipsis litteris, specialis, specifica, & expressâ, de Congregatione, & nostrâ ordinatione huiusmodi mentio fiat, eisque sufficienter derogetur.] B. Et si ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 10.

18 *Prohibitio.*

Idem ann. 1508. Minimis. [sub excommunicationis latæ sententiæ pœnâ mandamus, in quam tam recipientes, quàm recepti & concedentes, ipso facto incurrere debeant, quòd Fratres ipsi ad nullum alium, quantumliber etiam priuilegiatum Ordinem, prætextu quorumcunque priuilegiorum cuiuscunq; alterius Ordini, etiam sub quacunque verborum formâ quomodolibet concessorum, absque nostrâ, & tuâ, aut Generalis Correctoris pro

tempore

tempore existentis licentiâ speciali transire possint, &c.] B. Sacer. Ordo, 7. apud Confettium, 28. apud Rodericum, 5. apud Peyrinis.

19 *Prohibitio.* Idem eodem anno Eremitarum S. Aug. Generali confirmat Martini V. Decretum (suprà num. 7.) & addit: [Volumúsque vt quisquis in tuâ Religione siue professus, siue ad Sacros Ordines promotus in eâ fuerit (quam rem professionis loco & esse & haberi statuimus) habitum dicti Ordinis relinquere, aut mutare nullâ authoritate possit, nisi missionem, Litterásque à Generali Ordinis obtinuerit, etiamsi Apostolicas litteras obtinuerit, &c.] B. Et si ad benemerendum, 18. apud Cherub. 20. apud Roder. 11. apud Peyrinis, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, n. 3.

20 *Prohibitio.* Idem ann. 1512. Canonicis Regul. S. Aug. Congr. S. Saluatoris, idé prorsus statuit quod in præcedente additione. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub §. 16.

21 *Prohibitio.* Leo X. ann. 1513. Camaldulensibus idem statuit quod num. 17. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 12.

22 *Declaratio, Prohibitionis.* Idem an. 1513. Eremitis S. Aug. Declarat & vult Decretum Martini V. suprà num. 7. intelgi etiã de iis qui in posterũ exituri sunt de suâ Religione. B. Multa accepimus, 5. in eorũ Bullario, et orig. in Ord. Arch. Romæ, n. 5.

23 *Prohibitio.* Idem ann. 1516. Minimis confirmat quod suprà, num. 18. B. Quamuis aliàs, 42. apud Roder. 6. apud Peyrinis. Et an. 1517. Monachis Cassinensibus prohibet transitum ad

alios Ordines, præsertim Camaldulensium, etiam vitam Eremiticam agentium; sub pœna, recipientibus, & receptis, excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ Papæ. B. Licet Sacra, 127. in Bullario Cassinensi.

24 *Derogatur prohibitionibus.*

Clemens VII. ann. 1529. Camaldulensibus concedit quod suprà num. 9. & 15. B. Inter multiplices curas, apud Bouerium in Regesto tomi 1. Anualium pag. 970. Et authenticatur à Paulo III. ann. 1534. B. Rationi congruit. 1. apud Cherub. & apud Bouerium citat. pag. 977.

25 *Prohibitio.*

Paulus III. ann. 1549. Societati Iesv. [Inhibemus, ne quis post emissa vota, &c. ad quemuis aliũ ordinem Carthusiensium duntaxat excepto) nisi de expressa iussu Præpositi, aut Apostolicæ Sedis licentiâ transferri aut admitti possit.] B. Licet debitum, 48. apud Cherub. 8. apud Roder.

26 *Prohibitio, cium reuocatoen omniũ facultatum.*

Paulus IV. ann. 1558. reuocauit omnia & singula priuilegia & indulta Apostolica quibusuis Ordinibus, Monasteriis, & Domibus, seu aliis Regularibus locis (Carthusiensibus & Camaldulensibus exceptis) super recipiendis Canonicis Regularibus, seu Monachis, vel Fratribus aliorum Ordinum, quomodolibet concessa. B. Postquàm diuina, 54. apud Cherub.

27 *Facultas.*

Pius IV. ann. 1565. Fratribus Militibus S. Lazari Hieros, concessit facultatem recipiendi ad suum Ordinem Fratres cuiusuis Ordinis (Carthusiano excepto) eorumdem Superiorum licentiâ desuper requisitâ. B. Inter

assi

assiduas, 95. apud Cherub. §. 130.

Concilium Trid. sess. 14. cap. 11. [Nemo cuiuscunque Ordinis Prælatus, vel Superior, vigore cuiusuis facultatis, aliquem ad habitum & professionem admittere possit, nisi vt in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientiâ in clausstro perpetuò maneat: ac taliter translatus, etiam si Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam Curata, omninò incapax existat. 28 *Quibus conditionibus facienda mutatio.*

Idem Sess. 25. cap. 19. de Regular. [Nemo etiam Regularis, cuiuscunque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem Religionem nec detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum suæ Religionis.] 29 *Prohibitio.*

Pius V. ann. 1569. [Reuocamus & abolemus omnia & quæcunque priuilegia, facultates, dispensationes, & indulta, præter iuris communis dispositionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonichos, & alios, etiam laxiorum Ordinum professores, quibuscunque Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, Militils, & piis locis, etiam Sancti Antonij Vien. Sanctus Spiritus in Saxia de Vrbe, S. Ioannis Hierosolymitani, Iesv Christi, S. Iacobi de Spatha, S. Lazari Hierosolymitani, &c. concessa. B. Quæcunque, 89. apud Cherub. 9. apud Roder. 30 *Reuocatio facultatum.*

Gregorius XIII. ann. 1577. Clericis Regularibus S. Pauli Decollati. [Ordinamus, ac sub excommunicationis sententiâ per contra- 31 *Prohibitio.*

facientes, eisque consilium, auxilium, vel fauorem præstantes ipso facto incurrenda, & à quâ præterquàm in mortis articulo constituti ab alia quàm Romano Pont. vel ipsius Congregationis Præposito Generali pro tempore existente absolui non possint, districtè præcipiẽdo interdicimus, quòd de cætero nullus dictæ Congregationis Religiosus cuiuscunque conditionis, siue Clericus siue Laïcus fuerit, ipsam Congregationem post vota per eum secundùm illius institutiones emissa, prætextu cuiusuis indulti ab eodem Romano Pontifice pro tempore existente seu illius Maiori Pœnitentiario, aut aliquo Sedis Apostolicæ Nuncio, vel Legato, etiam de Latere, impetrati vel impetrandi, absque speciali expressâ pro tempore existentis Præpositi prædicti licentiâ desuper obtentâ, exire, aut ab eâ recedere, etiam ob frugem melioris vitæ, aut strictioris obseruantiæ, aut alio quæsito colore, ad quemvis alium, etiam Minorum. vel aliorum Fratrum Mendicantium, aut Cisterciensis, vel S. Benedicti, aut aliorum Monachorum Ordinem transire, vel etiam per superiores & Monasteriorum huiusmodi (Carthusiensi Ordine dumxatat excepto) recipi seu admitti possit seu præsumat.] B. In specula, 48. apud Cher. Deinde concedit quòd contrafacientes possint à Superioribus Congregationis capi & vt apostatæ incarcerari, &c.

32 *Prohibitio.*

Idem anno. 1580. Carmelitis Discalceatis. [Ne ad suum Fratrum mitigatorum, vel alium Ordinem, præterquàm Carthusianorum, sine

Apostasiæ

Apostasiæ notâ transire possint absque Sedis Apostolicæ licentiâ, perpetuò prohibemus.] B. Pia consideratione, 64. apud Cherub. & 31. in Appendice Roderici, vbi dicitur esse authentica in Conuentu Bruxellensi Calmel. Discal.

Idem anno 1582. Societati IESV. [Statuimus vt deinceps in perpetuum liceat dicto Proposito Generali, quos iudicauerit à dictâ Societate emittere, eósque de ipsius Præpositi licentiâ, non tantùm ad Carthusiensium, sed ad quemvis alium Mendicantium, pauperis, laxioris, aut arctioris obseruantiæ Ordinem, per ipsum Præpositum illius præscribendum, de consensu tamen Superiorum loci illius, quò destinabuntur, demigrare; in eisque professionem emittere, &c.] B. Cùm aliàs, 24. apud Roder. & sub. 77. apud Cherub. 33 *Licentiandi facultas.*

Idem anno 1584. Generali Societatis IESV; [Piæ memoriæ Pius Papa V. Prædecessor noster Præposito Generali pro tempore existenti eiusdem Societatis, viuæ vocis oraculo concessit, vt si quis ex dictâ Societate ad Carthusiensium Ordinem iuxta Pij IV. indultum huiusmodi transire vellet, si vel non ingrederetur, vel non admitteretur, vel non perseueraret, ad eandem Societatem redire teneretur; nec ei amplius à dictâ Societate ad eundem Carthusiensem Ordinem absque ipsius Præpositi Generalis licentia transire liceret, &c. Concessionem huiusmodi tibi & pro tempore existenti Præposito Generali prædicto, tenore præsentium confirmamus, &c. Qui secùs fece- 34 *Prohibitio.*

rit, in excommunicationis & alias Apostatarum censuras & pœnas eo ipso incurrat, &c. Nonobstantibus, &c.] B. Exponi, 27. apud Rodericum.

35 *Derogatur prohibitionibus,* Idem anno 1585. Camaldulensibus innouat quod suprà n. 9. & prohibet ne ad vllum alium Ordinem transeant. B. Ea est, 99. apud Cherub.

36 *Prohitio.* Sixtus V. anno 1585. authenticat Bullam Gregorij XIII. pro Clericis Regularibus de Somascha, quâ, [vniuersis & singulis qui in ipsâ Congregatione professionem emiserant, vel emitterent, ne in posterum ad quemcũque alium Ordinem vel Congregationem, etsi arctior in eo vigeret Regularis Obseruantia (Fratrum Minorum Capucinorum nuncupatorum & Carthusianorum duntaxat Ordinibus exceptis) nisi obtentâ priùs à superiore dictæ Congregationis licentiâ, transire valerent, & in singulos transeuntes apostasiæ pœnam, quam ipsos & illorum receptatores, etiam cuiuscunque priuilegij Apostolici prætextu, cui ad hunc effectum specialiter & expressè derogauit, excommunicationisque sententiam, à quâ non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem absolui possent, promulgauit.] B. Æquum, 4. apud Cherubin.

37 *Derogatur prohibitionibus.* Idem anno 1586. Pro Camaldulensibus statuit eadem quæ n. 35. suprà. B. Ea est, 35. apud Cherub.

38 *Prohibitio.* Idem anno 1587. Carmelitis Discalceatis idem statuit quod num. 32. suprà. B. Decet Romanum,

Romanum, 8. in Appendice Roderici.

39 *Prohibitio.* Gregorius XIV. anno 1591. statui Religiosis Societatis IESV, votis emissis, ad quemvis alium Ordinem Mendicantium vel non Mendicantium (Carthusiensium duntaxat excepto) transire minimè licere. B. Ecclesiæ, 2. apud Rodericum, 10. apud Cherubinum.

40 *Prohibitio.* Idem anno eodem, Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, idipsum statuit. B. Illius qui 17. apud Cherubin.

41 *Prohibitio cum revocatione cuiusdã indulti.* Clemens VIII. anno 1596. [De venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpretum sententiâ, ne quis Prælatorum seu Superiorum aut Fratrum Conuentuum seu Domorum dicti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redẽptionis Captiuorum, tam in Regnis Hispaniarum, quàm alibi consistentium, quâ vis ille dignitate, præeminentiâ, prærogatiuâ, vel munere fungatur, quemquam Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantiâ, aut alicuius strictioris Regulæ, quàm sit Regula dictorum Religiosorum Beatæ Mariæ de Mercede, prætextu cuiusuis indulti seu priuilegij Apostolici recipere audeat, vel præsumat, etiamsi habeant priuilegium id faciendi causâ quarti voti, quod ipsi Professores Ordinis B. Mariæ de Mercede huiusmodi faciunt, Apostolicâ authoritate tenore præsentium districtè prohibemus. Declarantes Regulam strictiorem esse iudicandum aliâ ratione, quàm respectu quarti voti. Decernentes ex

nunc irritū & inane, si secus nunc super his à quoquā quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nonobstantibus priuilegio, seu indulto huiusmodi, quod harum serie proprio motu reuocamus & abolemus, ac quibusuis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, &c.] B. Nuper 14. apud Rodericum, 46. apud Cherub.

42 *Prohibitio.* Idem anno 1599. Reformatis Discalceatis Ordinis SS. Trinitatis idem statuit quod n. 32. suprà B. Ad militantis, 62. apud Cherub.

43 *Prohibitio* Paulus V. anno 1606. Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, prohibet ne quis ad vllum alium, etiam Carthusianorum, Ordinem transeat, absque speciali Papæ aut Congregetionis Episcoporum & Regularium licentiâ. B. Romanum, 20. apud Cherub.

44 *Prohibitio.* Idem anno 1508. renouat quod n. 41. suprà B. Nuper, 50. apud Cherub.

45 *Prohibitio.* Idem eodem anno Carmelitis Discalceatis. [Cùm specialiter fœl. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per suas in simili forma Breuis Litteras statuerit & ordinauerit, quòd ex tunc in futurum nullus dictorum Fratrum Carmelitarum Discalceatorū in Ordine Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum absque dictæ Sedis licentiâ recipi posset, irritum & inane decernens quidquid secùs desuper à quoquam quávis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, &c. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium

Regularium præpositorum consilio, authoritate Apostolicâ tenore præsentium statuimus & ordinamus Fratres Carmelitas Discalceatos, qui absque peculiari dictæ Sedis licentia post publicationem dictarum Litterarũ Clementis Prædecessoris ad Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum transierunt debitis iuris & facti remediis cogi & compelli posse & debere, vt ad primo dictum eorum Ordinem redeant, &c.] B. Cum sicut accepimus, 5. in Priuilegiis Carmelitarum Discalceatorum.

Idem anno 1610. Carmelitis Discalceatis confirmat quod suprà n. 38. B. Decet Romanum. 6. in Priuilegiis Carmelitarum Discalceatorum. 26 *Prohibitio.*

Idem anno 1616. declarat in sua prædicta in num. præced. prohibitione contineri pariter Ordinem Camaldulensium, vt scilicet nec ad ipsum transire possint Carmelitæ Discalceati, sine, &c. B. Aliàs Nos, 12. in Priuilegiis Carmel. Discal. 47 *Prohibitio.*

Vrbanus VIII. ann. 1624. Discalceatis Ordinis SS. Trinitatis prohibet sub apostasiæ notâ & pœnâ excommunicationis latæ sententiæ, ne ad alium Ordinem transeant, nisi Carthusianorum. B Commissi, 9. apud Peyrinis in suis additamentis tomi 3. 22. apud Cherub. Quod postea an. 1637. B. Aliàs à Nobis, ibidem, decernit esse sic intelligendum, vt nec ac Minimos etiam transire possint. 38 *Prohibitio.*

NOTA

NOTARIVS.

1 *Facultas instituendi.*

PAVLVS II. ann. 1464. Canonicis Regular. Saluatoris Lateranensis. [Vt Scriba ex Canonicis vestris, quem in Capitulo generali pro scribendis aliis vestris negotiis, annis singulis eligere consueuistis, etiam gesta pro tempore in huiusmodi Capitulo facta vestra, videlicet eiusdem Capituli duntaxat, non autem cuiusuis alterius concernentia, in notam redigere, liberè ac licitè valeat, indulgemus; decernentes, vt sic per eum redactis plena fides (quoad vos tantum) in omnibus & per omnia adhiberi debeat, ac si ipse Scriba, Notarius publicus existeret.] B. Sacræ, in eorum Priuilegiis, p. 340.

2 *Tenentur testamenta intimare.*

Pius IV. an. 1565. pro Fratribus Militibus Sancti Lazari Hierosol. (Notariis verò, qui rogati fuerint de testamentis, vel aliis vltimis voluntatibus, in quibus aliquid disponi contigerit in fauorem & commodum eorumdem Hospitalis & Militiæ, vt sub excommunicationis pœnâ dispositionem huiusmodi, quantocitiùs commodè poterunt, Magistro & Conuentui dicti Hospitalis, vel alteri per quem id poterit ad ipsorum Magistri & Conuentus notitiam peruenire, intimare curent.] B. Inter assiduas, 95. apud Cherub. §. 147.

Pius

Pius V. an. 1567. pro iisdem idipsum. B. Sicuti bonus, 28. apud Cherub. §. 63. 3 *Idem.*

Idem ann. 1571. [Modernis & pro tempore existentibus Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici Magistro Generali, Vicariis & Prouincialibus, tam citra, quàm vltrà, ac aliàs vbilibet constitutis; Quòd in vnaquaque norum Prouinciâ, vnum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures eis bene visos dicti Ordinis Religiosos, seu Fratres, probatos tamen, ac fide doctrinâ idoneos, & ab ipsis approbatos, in Notarios creare, constituere, & deputare: Qui sic creati, constituti, & deputati, sine aliquo respectu, & omni cessante recusatione, liberè quoties requisiti fuerint, omnia & singula mandata, priuilegia, concessiones, gratias, & indulta. Apostolica, aliáque tam vniuersalia, quàm particularia dicto Ordinis ac quibusuis aliis quæ de Obseruantiâ sunt tantùm locis, Domibus, Conuentibus, Monasteriis, & Ecclesiis tam virorum, quàm mulierum, seu eiusdem Ordinis Magistro Generali, Prouincialibus, Vicariis, Prioribus, & aliis Superioribus, Fratribus, ac Abbatissis, Priorissis, Monialibus, & aliis personis sub Regulâ dictorum, Fratrum degentibus, & quæ sunt Obseruantiæ tantum, in genere, vel in specie, & ad vniuersam, siue priuatam vtilitatem. concessa, & emanata rescripta Apostolicâ, eisdem Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus. Comitibus, Baronibus, & Dominis, aliisque personis Ecclesiasticis, & secularibus quibuscunque, vbi & quoties 4 *Facultas creandi Notarios de ip. so Ordine.*

fuerit,

fuerit, ac ad id requisiti fuerint, notificare & intimare. Ac eosdem iuxta mandatorum, concessionum, indultorum, priuilegiorum, & rescriptorum huiusmodi formam, continentiá, & tenorem monere, & requirere, aliáque omnia & singula circa ea requisita & opportuna facere, agere, exercere, & exequi, ac de eisdem omnibus & singulis, publicos & publica, actus & instrumenta coram testibus ad hoc requisitis conficere & stipulari, ac in notam redigere, & exinde semel vel pluries, prout ad requisiti fuerint, vnum vel plures, ac plura, publicos & publica, actus & instrumenta, quibus eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio & extra, ac vbique, ac si per alios quoscunque publicos & authenticos rogatos Notarios stipulata, confecta & publicata, & authenticata fuissent, conficere, & debitis signis & characteribus subscribere, publicare, & authenticare, liberè & licitè possint & valeant, Apostolicâ authoritate, tenore præsentium licentiam & facultatem impertimur, concedimus & indulgemus; eisdemque actis, notis, instrumentis, & scripturis per dictos Religiosos, vt præfertur, Notarios deputatos, stipulatis, confectis, & vt præfertur authenticatis, plenam & indubitatam fidem, vbique tam in iudicio, quàm extrà, adhiberi, ac eosdem sic intimatos, monitos, & requisitos eis affici & arctari debere volumus, statuimus, & ordinamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, & indignationis nostræ, ac suspensionis à Diuinis,

nis, quoad Archiepiscopos & Episcopos, quoad alios verò inferiores sub maioris excommunicationis latæ sententiæ pœnis, locorum Ordinariis, & aliis quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, Ordinis, & conditionis existentibus, & quacunque etiam dictæ Sedis authoritate, facultate seu potestate, etiam Legati de latere, ac Cardinalatus honofulgentibus, ne ipsos Notarios, vt præfertur, deputatos & electos, siue eorum aliquem in executione supradictorum omnium quouis modo impediant, seu impedire aut perturbare audeant vel præsumant. Nonobstantibus Conciliis Generalibus, &c.] B. Debitum, 124. apud Cherub. 8. apud Confet. 12. apud Roder. 9. apud Peyrinis.

NOVITII.

EVGENIVS IV. anno 1434. Cassinensibus. [Prohibemus ne aliquis cuiuspiam, status gradus, vel conditionis existat, personas quæ de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, ex seculo fugientes, & ad conuersationem Congregationis huiusmodi venire cupientes, verberibus aut violentiis quibuscũque impedire vel prohibere, aut à Monasteriis & locis ipsius Congregationis præsentibus & futuris, iniuriam aliquam ingredi volentibus aut recipientibus irrogando seu ipsos molestando

1 *Ne impediantur.*

stando, huiusmodi personas euellere, aut extrahere audeant vel præsumant. Contrafacientes verò, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant (dum tamen hoc præsens statutum fuerit eis ad notitiam deductum, & non destiterint à prædictis) à qua non possint præter quàm in mortis articulo nisi à Sede Apostolica absolutionis beneficiũ obtinere.] B. Etsi ex debito, 7. apud Roder. 34. In Priuilegiis Oliuetanorum; Quibus idem quoque concessit Iulius II. an. 1507. B. Etsi ad vniuersos, in iisdem Priuilegiis, & 12. apud Cherub. Idem concessit Camaldulensibus Leo X. anno 1513. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub, § 22.

2 *Tẽpus prioris nouitatus, potest computari in posteriori.*

Iulius II. anno 1504. Minoritis. [Dubitatur, quòd si aliqui habitum probationis dicti Ordinis susceperint, & propter austeritatem Regulæ, vel aliàs, ante lapsum anni probationis à dicto Ordine recesserint, & deinde meliori spiritu ducti, iterùm ad dictum Ordinem redierint, habitum huiusmodi probationis resumentes: an tempus prioris receptionis habitus cum tempore posterioris in anno probationis sibi computari debeat, an verò integrum annum probationis posterioris haberi debeat, non computato in eo tempore priori? Tempus prioris receptionis habitus cũ tempore posterioris in anno probationis sibi cõputari, vel non computari, posse iuxta discretionem & determinationem suorum Superiorum, Apostolicâ authoritate tenore præsentium

sentium decernimus & ordinamus.] B. In militantis, 9. apud Roderic. & in Spec. Minor. tractat. 2. fol. 46.

Pius V. anno 1570. [Monialibus Nouitiis (Ordinis S. Dominici) nunc & pro tempore existentibus, & earum singulis, vt quando & quoties aliqua ex eis nondum professa de alicuius medici consilio, ab hoc seculo transitura conspicitur, ipsa pro consolatione animæ suæ, professionem prædictam ante tempus requisitum) quatenus tamen in ætate legitimâ constituta sit) ad illam emittendam, in manibus Abbatissiæ, seu Priorissæ, vel alterius Superioris Nouitiarum ipsius Monasterij seu Domus, ita tamen quod ipsæ Moniales nouitiæ sic decedentes, indulgentiam & alias gratias, quas Moniales verè professæ decedentes consequuntur, consequi possint, emittere in articulo mortis liberè & licitè valeant, Apostolicâ authoritate, tenore præsentium perpetuò concedimus & indulgemus. Nec non eisdem Monialibus Nouitiis ita tunc professis decedentibus, plenariam peccatorum suorum indulgentiam & remissionem in formâ iubilæi misericorditer in Domino eisdem authoritate & tenore largimur.] B. Summi Sacerdotij. 109. apud Cherub. 7. apud Confet. 8. apud Peyrinis, 11. apud Rodericum.

3 *Decedentes ante annum probationis, possunt emittere professionem, modo &c.*

NVMERVS FRATRVM.

Vide verb. *Exemptio*, n. 2. 6. 10. 27.

OBLATI.

Vide verb. *Absolutio*, num. 12. 13. 19. *Dispensatio*, num. 6. *Excommunicatio*, num. 42. *Exemptio*, num. 50. *Interdictum*, n. 25. 39. 42. *Irregularitas*, num. 2. *Synodus*, num. 1.

1 *Qui immunes.*

CONCILIVM Later. III. an. 1180. sub Alexandro III. c. 9. & habetur c. *Cùm & plantare*, *de Priuilegiis*, [De Confratribus hoc constituimus, vt si non se prædictis Fratribus omninò reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodò duxerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur.] Hîc per Confratres, intelliguntur Oblati, sicut & habetur in rubrica Decretalis.

2 *immunitates Fratrũ. Haberr.*

Gregorius IX. anno 1232. Cartusiensibus. [Oblatos, vulgo Redditos, in qualibet domo vestri Ordinis agriculturæ vestræ operi deputatos, cùm & ipsi relicto seculo continentiæ voto adstricti promissa loci stabilitate sub obedientiâ sine proprio viuere teneantur; sub B. Petri & nostra protectione suscipimus authoritate

ritate vobis præsentium indulgentes, vt ipsi eisdem libertatibus, & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent Fratres Ordinis.] B. Quoties, 3. apud Cherubinum.

Idem *c. Quidam, De priuilegiis.* [Quidam (sicut asseris) in priuilegiatorum fraternitate recepti, nolunt tibi de iuribus Episcopalibus respondere. Verùm quandiu huiusmodi Fratres moram in Domibus suis fecerint, eos compellere poteris ad dicta iura tibi integrè persoluenda. 3 *Idem.*

Sixtus IV. anno 1474. Eremitis S. August. [Omnia & singula circa Fratres & Sorores de Pœnitentiâ, ac mantellatas & Pinzocheras nũcupatas personas prædictas in prædictis & præsentibus Litteris statuta, concessa, & ordinata, aut illis, & Fratribus prædictis in earum commodum & fauorem indulta, ad easdem dicto Ordini nunc & pro tempore Oblatas & Commissas vtriusque sexus personas extendimus, &c.] In mari Magno Erem. S. Aug. §. 36. Eadem habet in Mari magno Carmel. §. 49. Eadem quoque Innocentius VIII. an. 1487. In Mari magno Seruitarum, §. 46. 4 *Gaudent Fratrum priuilegiis omnibus sicut Tertiarij*

Alexander VI. anno 1499. Oblatis seu Donatis Canonicorum Reg. Congr. Later. concedit gaudere priuilegiis & immunitatibus concessis & concedendis ipsis Canonicis, quoad indulgentias & gratias spirituales. B Exponi, in eorum Priuilegiis, pag. 383. 5 *Habent priuilegia Fratrum.* 6 *Sicut Tertiarij.*

Iulius II. an 1506. Minimis. Quòd præfati Ordinis Minimorũ Fratres, Sorores, & Oblati, nec nó Tertiarij, ac eiusdẽ Ordinis Cõseruatores

per Fratres Minimos huiuſmodi pro tempore capitulariter electi, ac Tutores & Tutrices, Fundatores & Fundatrices, Procuratores & Procuratrices, ac eorum vtriuſque ſexus liberi, procreati & procreandi, ſemel in vita, & ita in morte, ſicut ac quæcunque perſonæ in dicto Ordine Minimorum de cætero recipiendæ in in earum ingreſſu plenariam omnium peccatorum ſuorum veniam, & indulgentiam conſequi, ac quinquies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam recitando, omnes ac ſingulas indulgentias, quas diebus indulgentiarum omnium Eccleſiarum dictæ Vrbis (Romæ) & extra illius muros pro ſtationinibus deputatarum conſequuntur Eccleſias Vrbis & extra muros eiuſmodi viſitantes, plenè ac integrè conſequantur, & conſequi poſſint, ac ſi indulgentiarum huiuſmodi diebus Eccleſias Vrbis, & extra muros huiuſmodi, & earum quamlibet, perſonaliter viſitarent &c. omneſq; prænominatæ perſonæ ad eundm Ordinem minimorum quomodolibet ſpectantes fuiſſe omnibus & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, indultis exemptionibus, fauoribus, & gratiis, Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius Fratribus & Domibus quomodolibet conceſſis, vti, potiri, & gaudere, liberè poſſint & valeant, ac ſi illa omnia & ſingula eis expreſsè conceſſa fuiſſent, indulgemus. ☞ B. Dudum ad Sacrum, 10. apud Cherub. 4. apud Confettium, apud Peyrinis.

OBLATIO

OBLATIONES.

Vide verb. *Exemptio*, num. 2. 6. 10. 27.

BONIFACIVS VIII. anno 1295. Cistercienſis. [Inhibemus ne aliqui Prælati, cùm ipſos in Eccleſiis Monaſteriorum veſtri Ordinis Solemnia celebrare contigerit, Oblationes tunc prouenientes ibidem ſibi quomodolibet vendicare præſumant, ſed eas in Monaſteriis ipſis ſeu locis eorum omninò dimittant, Fratrum, Monaſteriorum, vel locorum ipſorum vſibus profuturas.] *B.* Series oblatæ, 9. apud Rodericum. 1 *Relinquēdæ ſunt Monachis.*

OFFICIVM DIVINVM.

Vide verb. *Altare*, num. 1. 2. 3. 4. 5. *Exemptio*, num. 2. 6. 10. 27. *Libri*, num. 5.

GREGORIVS IX. ann. 1241. Minoritis. [Vt ſi aliqui veſtrùm diuino interſunt Officio cum aliis celebrantes, tunc eis illud ſufficiat, & ad dicendum officium pro prium minimè teneantur, vobis authoritate præſentium indulgemus] *B.* Pio veſtro, 96. apud Vvadingum, tom. 1. 1 *Officij commutatio.*

2 *Officij commutatio.*

Innocentius IV. anno 1244. Minoritis. [Vobis vt obseruantia diuini Officij, quod ex statuto Regulæ vestræ, Ecclesiæ Romanæ more, excepto Psalterio, celebrare debitis, sitis perpetuò contenti: nec non sit cùm itineris vel alterius rei causa, extra conuentus seu loca vestra quemlibet vel quoslibet vestrûm contigerit degere, diuinum Officium Fratres cum Fratribus, aut simul cum aliis Regularibus seu secularibus personis, vel quilibet separatim, facere alio quàm Romano ordine placuerit: id ad debitum quod ratione Regulæ præfatæ debitis persoluere vobis sufficiat, neque iterum proprium dicere teneamini: tenore præsentium nunc & in perpetuum indulgemus. Nonobstantibus, &c.] B. Pio vestro Collegio, in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 28. in cuius summario dicitur esse authentica in Conuentu Rothomagensi. Est etiam 11. apud Rodericum. Idem anno, 1246, iisdem idipsum quod suprà num. 1. concedit. B. Ordinem vestrum, in Spec. Min. tract. 2. fol. 3. Idem quoque iisdem Alexander IV. anno 1257. B Ordinem vestrum, 66. apud Vvad. in reg. tom. 2. Idem Innocentius IV. an. 1248. Eremitis S. Augustini idem quod num. 1. concedit. B. Pio vestro, 9. in Bullario eorum, ex originali in Ordinis archiuo Romæ, num. 9. Idipsum iisdem Alexander. IV. anno 1255. B. Pio vestro Collegio, 6. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, num. 6.

Martinus

Martinus V. ann. 1424. die 11. Aug. Fratribus Sancti Hieronymi Hispan. [concessit, quòd Festa semiduplicia, quorum Officia variè fiunt, quæ & quot sint hic habendo pro expressis, duplicia fieri possint.] Viuæ vocis oracullum factum Cardinali S. Eustachij, & sub eius attestatione. In eorum Bullario in Monasterio S. Alexij Romæ. 3 *Semidupli. cia facere duplicia.*

Eugenius IV. ann. 1436. Benedictinis Congregationis S. Iustinæ, seu Cassinensis. [Statuimus, quòd præfati Monachi taliter occupati, (scilicet, variis Monasteriorum Officiis, adeò vt in choro interesse nequeant) aut qui aliàs non adeò docti sunt, aut minus experti, vt Officium diuinum commodè dicere possint dummodò in Sacris non sint Ordinibus constituti, licet professionem emiserint, tamen ad persoluendum totum integrum Officium non teneantur, sed eorum Prælati habitâ consideratione suppositorum suorum, vltra officium Beatæ Virginis ad quod obligati remaneant, iuxta dispensationem eis creditam, si expedire eis videbitur animabus eorum, aliquid aliud dicendum imponant, quod cum alacritate animi persolui possit.] B. Regulatem, 10. apud Rodericum. 4 *Dispensari potest à Prælatis.*

Sixtus IV. Minoritis concessit quòd quando qui dicit solus matutinas in Quadragesimâ, non tenetur dicere Litanias duplices, vt in choro dicuntur quando fit de feriâ. Viuæ vocis oracullum in Spec. Min. fol. 42. Item eiusdem orac. 51. apud Roder. sic habet.] Concessit quòd de S. Ioseph nutritio Saluatoris, *Litaniæ duplices.*

De SS. Ioseph, & Anna; Præsentat. Visitat.

& de S. Anna, faciamus Festa duplicia maiora.] Et orac. 53. & 54. dicitur: [Item idem Papa concessit, quod fiat Festum Præsentationis V. Mariæ, 21. die Nouemb. & fiat duplex maius, & accipiatur Officium Natiuitatis suæ, mutato nomine. Item concessit, quòd faciamus Festum Visitationis, vt anteà fiebat, de Natiuitate, & quòd nouum Officium dimittatur.]

6 *Omnium Sanctorum Ordinis, S. Gabrielis, &c.*

Alexander VI. Minoritis, testante Ioanne Episcopo Ragusinensi & Papæ Referendario, [concessit vt Festum omnium Sanctorum dicti Ordinis sub vna celebritate dicere & recitare liberè & licitè possint.] Viuæ vocis orac. & apud Roder. Item [vt in Festo Purificationis V. Mariæ & S. Gabrielis Archangeli, & S. Catharinæ V. & Martyris, propria Officia dictarum Festiuitatum liberè & licitè recitare valeant.] Orac. 15. ibid.

7 *Dispensari potest à Prælatis.*

Iulius II. ann. 1507. Pro Benedictinis Cong. Montis Oliueti statuit idem quòd num. 4. iisdem prorsus verbis. B. Etsi ad vniuersos. 12. apud Cherub. §. 34,

8 *Idem.*

Idem ann. 1512. Canonicis Reg. S. Aug. Cong. S. Saluatoris, idipsum concedit. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 21.

9 *Idem.*

Leo X. ann. 1513. Camaldulensibus id ipsum largitur. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 42.

10 *Recitare mentaliter.*

Idē instante & testimonium ferente Cardinali Laurentio, an. 1516 Minoritis concessit [Vt ne Fratres mutuò se impediant in Officio diuino, aut aliis sint fastidiosi, quòd illa, quæ

in

in ordinario iubentur dici secretè sub silentio, tam in horis Canonicis, quàm etiam in Missâ, non teneantur proferre vocaliter, sed satisfaciant, dicendo mentaliter, aut legendo intra seper librum, quia aliqui deuotiùs sic dicunt & absque impedimento & fastidio aliorum. Et eodem modo possit facere, qui dicit Officium per se solus; cùm prolatio verbalis sit præcipuè, vt ab aliis intelligatur.] Viuæ vocis oraculum 12. apud Rodericum.

11 *Ordinare, mutare &c.*

Ibidem num. 18. eodem instante & testante [Quia ad diuinum Officium sæpissimè celebrandum occurrunt dubitationes, & quandoque aliqua mutare & ordinare oportere, concessit vt ea Capitulum Generale duntaxat habeat facultatem declarandi dubia, quæ occurrerint, & ordinandi, addendi, & mutandi, quidquid videbitur pro Fratribus expedire tam in Regulis, quàm in Calendario.] Ibidem num. 37. instante ac testante Gabriele Merino, Archiepiscopo Barrensi, concessit [Vt in partibus vltra montanis prædicti Fratres, Moniales, & Sorores possint celebrare Festa Angeli Custodis, & Angeli Raphaëlis, indiebus, in quibus per sua Capitula Prouincialia respectiuè ordinatum fuerit.]

Festa Ange. Cust. & Raphaëlis.

12 *Anticipare:*

Ibidem num. 44. [Quòd Prædicatores verbi Dei & Confessores Ordinis Minorum de Obseruantiâ, quando actu prædicant & confessiones audiunt, vt puta in Aduentu & in Quadragesima, possint Officium feriale anticipare, & Festa illis diebus reseruare, quibus illos amplius laborare necesse est, non in fraudem diui-

Litania dilicata.

ni Officij, sed vt liberiùs valeant studio vacare, & consolationi spirituali fidelium populorum incumbere.] Ibidem n. 45. concessit quod supra n. 5.

13 *Dispensare cum occupatis &c.*

Clemens VII. anno 1533. Theatinis. [Vt Superiores vestri, Præpositi nuncupati, pro tempore existentes, cum Clericis & Sociis suis, qui in supradictis pietatis operibus (Prædicationis verbi Dei, audientiæ Confessionum, & Sacræ Theologiæ ac Sacrorum Canonum studiis) aut studio Litterarum Sacrarum occuparentur, seu infirmitate, aut infirmorum curatione & ministerio, pro tempore præpedirentur, super recitatione diuinorum Officiorum, ad hoc vt ipsi occupati vel impediti, certum Psalmorum per ipsos Superiores eis assignandorum numerum, non minus septem aut sex, cum diuisione, ac orationem Dominicam septies, Symbolum Apostolorum bis, grauiter autem ægrotantes orationem Dominicam semel, & Salutationem Angelicam septies in die, recitando, septem horis canonicis, & toti diuino Officio satisfeciisse censerentur, & cum quibusuis Clericis & Sociis vestris in præueniendo vel postponendo, veniendo vel decidendo, in communi vel speciali, horas Canonicas, ac in breuiandis & protelandis lectionibus, licitè dispensare possint, in perpetuum concessimus.] B. Dudum, 38. apud Cherub.

14 *De Desponsatione B. Virginis.*

Paulus III. ann. 1537. Minoritis concessit quod orac. 7. apud Rodericum sic exprimitur. [Quod Officium Desponsationis B. Virginis,

ginis, quando videlicet fuit desponsata Ioseph, possit à Fratribus nostris ac Monialibus & Sororibus sub nostra cura degentibus, die 7. Martij sub duplici maiori per totum orbem solemniter celebrari; & donec Officium nouum de tali Festo componatur, fiat Officium de Natiuitate eiusdem Virginis, mutato nomine Natiuitatis in nomen Desponsationis; præter Euangelium proprium. *Cum esset Desponsata &c.*

15 *Postponere & commutare.*

Iulius III. anno 1552. Generali Societatis Iesv. [Facultatem anteponendi & postponendi Officium diuinum aliàs vobis concessam, ad hoc vt tu & pro tempore existentes Religiosi Societatis huiusmodi, ex legitimis ac iustis causis, in quo tuam & successorum tuorum Præpositorum Generalium pro tempore existentium, & aliorum quos ad hoc substitueritis, conscientiam oneramus, Officium ipsum celebrationi Missæ liberè & absque conscientiæ scrupulo postponere possitis, authoritate & tenore prædictis (hoc est ex certa scientia) extendimus & ampliamus. Ac insuper tibi & aliis Præpositis Generalibus Societatis huiusmodi pro tempore existentibus, & aliis quibus ad hanc commutationem authoritatem vestram communicaueritis, vt recitationem Officij huiusmodi, pro iis qui ob infirmitatem vobis videbuntur excusandi, in aliud opus pium seu leuiorem orationem, durante tamen infirmitate, arbitrio vestro commutare possitis.] B. Sacræ, in Litteris Apostolicis Societatis, p. 75.

Pius V. anno 1569. Minoritis. [Vobis & vestrum

strûm cuilibet vbilibet existentibus, vt qualibet quinta feria quæ totius Quadragesimæ & Aduentus Domini non fuerit, aut in qua aliquod Festum seu Octaua non inciderit, omisso occurrenti Officio, illud de Corpore Christi, iuxta illud quod in præsenti Breuiario Romano in eius Solemnitatis die recitandum proponitur, recitare liberè & licitè valeatis, indulgemus. Nonobstantibus, &c.] B. Exponi, 1. apud Rodericum. Idem anno 1568. Idipsum concessit omnibus Monialibus eiusdem Ordinis, etiam Tertiariis, & earum Capellanis & Confessoribus, sed adhuc magis extensum, nempe vt sic recitare possent in qualibet feria quinta, in qua tamen non incidat aliquod Festum duplex, aut Octaua Domini Sabaoth, aut Octaua Beatæ Mariæ Virginis;] neque tempus Quadragesimæ vel Aduentus excipitur. Viuæ vocis oraculum sub attestatione Cardinalis Cribelli, Vice Protectoris Ordinis, 1. apud Rodericum. Idem iisdem Minoritis, orac. 2. ibidem sub eiusdem attestatione, concessit [quòd ipsi ratione itineris, vel alterius occupationis, quando creditur quòd maiori deuotione dicetur de mane, possint dicere totum Officium vsque ad Completorium incluiuè.] Idem idipsum concessit [de mane aut quando ipsis videbitur.] Orac. 17. ibidem.

De Corpore Christi in feria 5.

Totum recitare simul.

17 *In locis à Prouinciali probatis.*

Gregorius XIII. anno. 1575. Societati IESV. [Volumus vt in Oratoriis & Capellis, quæ ipsius Societatis Prouinciales per se in Domibus, Collegiis, & aliis locis, vbi aliqui Societatis residebunt, approbauerint, & ad diuinum duntaxat

taxat cultum deputauerint, Missæ & alia diuina Officia, alterius licentiâ desuper minimè requisitâ celebrari possint.] B. Decet, in Litteris Apostolicis Societatis, pag. 147.

Idem anno 1584. Carmelitis. [Vt Breuiarij, quo dilecti filij, Fratres Ordinis B. Mariæ Carmelitarum, iuxta Hierosolymitanæ Ecclesiæ consuetudinem multis seculis vtuntur, ratio, temporis diuturnitate & Librariorum incuriâ multis locis corrupta, & ob varias quas dicti Ordinis Fratres, modò addendo, modò detrahendo emendationes fecerunt, valdè immutata, ad pristinam institutionem reduceretur, in Generali Capitulo postremò Romæ celebrato statutum fuit, vt dilectus filius Ioannes Baptista Caffardus Prior Generalis dicti Ordinis tunc electus, Breuiarij ipsius corrigendi curam suscipere. Quod cùm ipse (sicut Nobis relatum est) adhibitis aliis piis & doctis eiusdem Ordinis Professoribus diligenter sit executus, Breuiariúmque ipsum, remotis inde incertis, & apocryphis Scripturis, minúsque probatis Patrum Sermonibus expunctis, Antiphonis quoque & Responsoriis iuxta Scripturæ ordinem collocatis, ad normam Breuiarij Romani Decreto Concilij Tridentini nuper emendati, quantum fieri potuit, directum restituerit: Nos restitutionem prædictam à diligentibus & scientia præditis viris, quibus eius recognoscendæ manus demandauimus, probari intelligentes, ne eiusdem Ordinis Fratres in diuino Officio, alio atque alio modo recitando vagentur, eorumque quasi fluctuet

18 *Approbatio Breuiarij.*

ctuer deuotio, prædictum Breuiarium sic v præfertur recognitum, & reformatum, authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus; omni alio vsu deinceps omnibus interdicto. Mandantes vniuersis & singulis Ordinis prædicti Professoribus, Nouitiis, & personis vtriusque sexus, vt hoc solo Breuiario in quacunque Prouincia, Congregatione, & Domo, tam in Choro, quàm extra illum, Matutinis & aliis horis Canonicis recitandis, vtantur. Priori verò, & Capitulo Generali, & aliis Superioribus & personis quibuscunque eiusdem Ordinis, ne quid illi addere, vel ex eo detrahere, aut immutare, seu vetera retinere audeant quoquo modo. Qui secùs fecerint, excommunicationis sententiam incurrant eo ipso, quam solus Romanus Pontifex (excepto mortis articulo) valeat relaxare. Non obstantibus contrariis quibuscunque.]B. Vt Breuiarij, in Breuiario Carmelitarum.

19 *Facultas celebrandi quadam Officia.*

Sixtus V. anno 1587. Carmelitis Discalceatis. [Vniuersis, & singulis Fratribus ac Monialibus vestræ Congregationis, pro tempore existentibus in quibuslibet Domibus, Monasteriis, Collegiis, & locis dictæ Congregationis, tam publicè, quàm priuatim, communiter, vel diuisim, Officium prædictorum Festorum (in honorem B. Mariæ, & quorundam Sanctorum) vbique recitare, & sic recitando obligationi satisfacere, liberè, & licitè possitis: dummodò tam in Missa, quàm in recitandis horis Canonicis, diurnis, ac nocturnis, modum, ac formam descriptam in quinterno, seu libello,

per

per dictos filios nostros Antonium, Sanctorum Ioannis & Pauli, Caraffam, & Vincentium, Sanctæ Mariæ in via titulorum, Presbyteros Cardinales montis Regalis nuncupatos, de mandato nostro, reuiso, correcto, & approbato, in hoc obseruetis, & nihil penitus addatis, aut diminuatis, plenam & liberam licentiam & facultatem, authoritate Apostolicâ, tenore præsentium concedimus & indulgemus. Nonobstantibus, &c.] B. Eximium, 25. apud Rodericum, & 7. in Appendice e iisdem, & 96. apud Cherub. Adhuc plura officia fuerunt ab eo tempore adiecta Calendario Carmelitarum ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis, præsertim ann. 1609. & 1628. Vt habetur initio Breuiarij eorundem.

20 *Octaua Cõceptionis.*

Idem anno 1588. Fratribus & Monialibus Ordinis Minorum concessit, vt de Conceptione V. Mariæ facerent Officium per totam Octauam Solemnitatis eiusdem. B. Ineffabilia, 9. apud Roder.

21 *De Nomine Iesu.*

Clemens VIII. anno 1598.] Quòd de cætero in toto Ordine Fratrum Minorum & Sororum S. Claræ, singulis annis die 14. mensis Ianuarij, Festum & Officium duplex maius & solemne, de Sanctissimo Nomine Iesv celebrati debeat, statuimus.]B. Sacratissimi, 3. apud Roder.

22 *De Conceptione, & Beata, in sabbatho, vel die proximiori.*

Paulus V. anno 1609. iisdem concessit, vt in omnibus Sabbathis Festo nouem lectionum non impeditis, possint facere Officium immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, quod incipit, *Sicut lilium*, sub ritu semiduplicis.

Viuæ

Viuæ vocis oraculum, coram Card. Antonio, Ordinis Protectore, relatum in quaternione Officiorum propriorum eiusdem Ordinis. Carmelitis verò longè plus ampliatur facultas dicendi Officium de Beata Virgine in Sabbatho, vel die proximiori, ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis, vt habetur in Breuiario Carmelitarũ eorũdem, Rubrica vndecima.

23 *Gratia pro Breuiarij reformatione.*

Idem anno 1612. Monachis omnibus Ordinis S. Benedicti. [Omnibus & singulis prædictis Religiosis, vt Breuiarium huiusmodi sic reformatum recitando, eadem priuilegia, gratias, & indulgentias, ac peccatorum remissiones consequantur, quæ fel. rec. Pius Papa V. prædecessor Noster, recitantibus Breuiarium Romanum concessit, indulgemus.] B. Ex iniuncto, 274. in Bullario Cassinensi, ex ipsomet Breuiario Monastico.

24 *De suo Patriarcha, semel in mense.*

Vrbanus VIII. Viuæ vocis oraculo Minoritis Conuentualibus concessit, vt semel in mense, prima die non impedita alio Festo nouem lectionum recitarent Officium S. Francisci. Cuius loco & vice, Sacra Rituum Congregatio Minoribus de Obseruantia concessit, vt prima die cuiuslibet mensis (Quadragesimali & Dominici Aduentus tempore excepto) Officium Sacrorum Stigmatum, vt habetur die 17. Septembris, recitare possent, & ita decreuit. Totum hoc refertur in quaternione Officiorum propriorum eiusdem Ordinis.

35 *De eodem, & alio Sancto Ordinis, semel in hebdomada.*

Est magis extensa facultas Prædicatorum, vt faciant Officium de S. Dominico, scilicet feria 3. cuiuslibet hebdomæ, certo quodam modo

modo non impedita, vt habetur in Rubricis ipsorum Breuiarij. Vbi & habetur alia facultas, faciendi Officium feria 4. cuiuslibet hebdomadæ, pariter vt ibi dicitur non impedita, de aliquo Sancto eiusdem Ordinis, iuxta deuotionem & consuetudinem cuiuslibet. Prouinciæ. Cuius vtriusque facultatis cùm non potuerim reperire concessionem aliquam primò expressè factam fuisse à Summis Pontificibus, vel Sacris Card. Congregationibus; existimo duci originem ab aliquo Decreto Capituli vel Magistri Generalis Ordinis, iuxta concessam ipsis antiquitus licentiam Generalem determinandi de his omnibus, vi suprà, num. 11. Attamen reperio secundum saltem facultatem fuisse Sedi Apostolicæ notam & probatam, iam ab anno 1523. siquidem Clemens VII. B. Rationi, 1. apud Cherub. quæ est de Canonizatione Sancti Antonini, eiusdem Ordinis, in §. 32. concessam ait ab Adriano VI. facultatem (quam & ipse confirmat) Fratribus eiusdem Ordinis, faciendi Officium de Sancto Antonio, [etiam in vacantiis feriarum hebdomadalium in Prouincia iuxta cõsuetudinẽ Ordinis præfati.

OLEVM SACRVM.

Vide verb. *Consecratio*, n. 2. 6. 10. *Exẽptio*. n. 1. *Ordinatio*, n. 1. 2. 5. *Missionarij*, n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12.

CLEMENS VIII. an. 1599. Pro Carmelitis scribens vniuersis Archiepiscopis 1

Mandatur Episcopis vt exhibeant.

& Episcopis. [De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super consultationibus & negotiis Episcoporum & Regularium Præpositorũ sententiâ, Fraternitatibus vestris per præsentes committimus & mandamus, vt prædictis Ordinis B. Mariæ de Mõte Carmelo vbivis existentibus Regularibus, quandocunque Sacrum Oleum pro ministrandâ eiusdem Ordinis respectiuè Regularibus infirmis Extremâ Vnctione petierint, illud vos in vestrâ Diœcesi promptè ac liberaliter exhiberi faciatis, ac quoscunque Suffraganeos vestros, vt similiter in suâ quisque Diœcesi ipsis Regularibus Oleum Sacrum tradi curent & faciant, authoritate etiam nostri moneatis.] B. Exponi, 57. apud Cherub.

ORACVLA VIVÆ VOCIS

Vide verb. *Communicatio priuileg. mend.* n. 13 18. 23. &c. *Communicatio priuileg. mend. & non mend.* num. 1. 12. 17. &c. *Confirmationes in forma simplici*, num. 12. 24. &c. *Confirmationes ex certa scientia*, num. 34. 36. 40. 45. &c. *Interpretatio priuileg.* n. 9. *Priuilegia*, n. 1.

ORDINA

ORDINATIO CLERICORVM

Vide verb. *Exemptio*, num. 25. *Immunitas locorum*, num. 4. 6. 8. 9. 12. 13. 14. *Missionarij*, num. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 14 20. 22.

RBANVS II. anno 1090. Monachis Vallis Vmbrosæ. [Chrismæ, Oleum Sanctum, consecrationes Altarium, siue basilicarum, Ordinationem Clericorum, liceat vobis à quocunque volueritis Catholico Episcopo Romanæ Ecclesiæ gratiam atque communionem obtinēte percipere; qui Nostrâ fultus authoritate; quæ postulantur indulgeat.] B. Cum vniuersis, apud Cherub. §. 3. Idem concedit Innocentius II. ann. 1134. Canonicis Saluat. Later. B. Officij, in eorum Priuilegiis, pag. 26. Et alij Pontifices in eodem libro passim. 1 *Episcopus.*

Vrbanus III. an. 1187. Fratribus Cruciferis. [Chrisma quoque, Oleum Sanctum, Dedicationes Ecclesiarum, Ordinationes Clericorum qui ad Sacros fuerint Ordines promouendi, & cætera Ecclesiastica Sacramenta, à quocunque malueritis Catholico recipiatis Episcopo, qui Nostrâ fultus authoritate, quod postulatur impendat.] B. Cùm antecessor apud Cherub. §. 5. 2 *Idem.*

Gregorius IX. ann. 1230. Minoritis. [Quia verò interdum eadem Ecclesia non habet loci Diœcesani copiam, si quem Episcopum, Romanæ Sedis gratiam & communionē habentem 3 *Episcopus & locus.*

bentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum, & vestium, consecrationes Altarium, Ordinationes Fratrum Clericorũ, authoritate Apostolicæ Sedis recipere valeatis.] B. Is qui Ecclesiam, quam ex Regesto Vaticano num. 22. affert Vvadingus in Annal. tom. 1. pag. 413. Idipsum Vrbanus IV. Eremitis S. Aug. B. Religiosam, 9. in eorum Bullario, ex authentico in Ord. Arch. Romæ num. 9.

4 *Episcopus, Examẽ &c.*

Alexander IV. anno. 1255. Generali & Prouincialibus Minorum. [Vt liceat vobis ordinandos Fratres eiusdem Ordinis, quibuscunque malueritis Catholicis Pontificibus communionem & gratiam Apostolicæ Sedis habentibus præsentare, ipsisque Pontificibus præsentatos à vobis Fratres, sine qualibet examinatione per eosdem Pontifices faciendá, & absque omni promissione vel obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum, ad Ordines promouere, vobis & Ordini vestro authoritate præsentium indulgemus.] B. Conuenit vt sacer, in Spec. Min. tract. 1. fol. 119. & 36. apud Vvad. in reg. tom. 2. & 11. apud Rodericum, vbi dicitur esse origiualiter in Conuentu Salmãticensi. Idem iisdem ann. 1258. concessit, B. Virtute, 98. apud Vvad. in reg. tom. 2. ex autographo sub plumbo: & de ea fit mentio in Spec. Min. in Summario, vbi dicitur haberi originaliter Salmanticæ. Idipsum iisdem Clemens IV. ann. 1265. B. Virtute 4. apud Chesub. Quæ & includitur in Mari magno Min.

&

& ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. ann. 1439. B. Licet debitum; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. ann. 1474. Et eadem Bulla Clementis fuit confirmata per Ioann. XXIII. ann. 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. ann. 1. fol. 176.

Idem ann. 1158. Camaldulensibus concedit idem quod suprà, num. 1. B. Officij nostri, 11. apud Cherub. §. 7. 5 *Episcopus.*

Cælestinus V. anno 1294. Congregationi Cælestinorum. [Concedimus quoque vobis, vt si quem huiusmodi Episcopum, de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo consecrationes Altarium, & Monachorum Ordinationes in Sacris, ex permissione Sedis Apostolicæ recipere valeatis.] B. Etsi cunctos Ordines, 1. apud Cherub. §. 10. Quam Cælestini Bullam. Eugenius IV. ann. 1434. ex certa scientia confirmauit, nonobstãte non vsu, præscriptione, &c. & B. Ad decorem. 18. apud Roder. 6 *Idem.*

Ioannes XXII. an. 1323. Generali Carmel. [Vt Fratres tui Ordinis, de tui, seu Priorum suorum Prouincialium licentiâ, à quocunque maluerint Catholico Archiepiscopo, vel Episcopo, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente, omnes tam Minores, quàm Sacros Ordines, statutis à iure temporibus, recipere valeant: Tibi, & eisdem Prioribus, præsentandi; ac eisdem Fratribus, recipiendi, dictóque Archiepiscopo vel Episcopo, conferendi dictos Ordines, quacunque 7 *Idem.*

Constitutione in contrariũ editâ nonobstãte, authoritate præsentiũ indulgemus.] B. Religionis, in Mari magno Carmel. num. 24. apud Lezanam & authentica. Quæ & malè omittitur apud Rodericum, vt vel ex iis ipsis constare potest quæ habentur in eodem Mari magno Carmel. num. num. 78. vbi Sixtus IV. præter anno 1476. generalem priuilegiorum confirmationem ex certâ scientiâ, de hac Ioannis XXII. concessione specialem facit mentionem, & eam ampliat addendo ea omnia quæ conceduntur suprà, num. 4.

Episcopus Examẽ, &c.

8 *Episcopus Examẽ, &c.*

Gregorius. XI. ann. 1374 Prædicatoribus idem & iisdem verbis concessit quod num. 4. B. Virtute conspicuos. 7. apud Cherub. §. 8. quæ & includitur in Mari magno Prædicatorum. Vbi & ex certâ scientiâ innouatur & confirmatur à Martino V. anno 1274. B. Ex Apostolicæ Sedis. Et ab Eugenio IV. an. 1443. B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an. 1474.

9 *Episcopus, Examẽ, locus.*

Eugenius IV. an. 1436. Benedictinis Congregationis S. Iustinæ, nunc Cassinẽsis cõcedit eadẽ quæ suprà. n. 4. 8. Et adiicit [Valeant (Monachi) huiusmodi Antistites in dictæ Congregationis Monasteriis & locis duntaxat aduocare, quibus liceat Apostolicâ authoritate absq; alia licentiâ & contradictione Diœcesani, nullâ vt præfertur examinatione præmissâ, Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesias, Altaria, & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Pontificalia exercere. Nec propterea volumus Diœcesanum loci iuris sui præiudicium

iudicium incurrere.] B. Etsi quaslibet, 3. apud Confettium,& 11. apud Rodericum. Quam & citat Cherub. in Rubrica Bullæ 9. Idem Papa eadem die iisdem concessit eadem, B. Regularem, 9. apud Cherub.& Rodericum, §. 5.

Idem ann. 1438. Canonicis Regular. Salvatoris Lateran. [Quòd omnes & singuli præfatæ Congregationis Canonici præsentes & futuri, à quibuscunque Catholicis Antistitibus gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentibus, ad id per singulos Priores pro tempore existentes quorumlibet præsentium & futurorum Cógregationis huiusmodi Monasteriorum, Prioratuum, ac locorum in quibus Canonici ipsius Congregationis pro tempore permanserint, quoties ipsis Prioribus visum fuerit eligendis, ad omnes etiam Sacros Ordines (statutis tamen à iure temporibus) se promoueri facere. Quódque quilibet ex Antistitibus sic electis prædictis, etiam in quibuslibet quorumlibet locorum secularium, vel Regularium Ordinum, vbicunque, etiam extra Ciuitates & Diœceses in quibus Monasteria, Prioratus ac loca Ordinandorum pro tempore huiusmodi fuerint, consistentium Ecclesiis, in quibus ad id beneuolos receptores inuenerint, per dictos Priores quoties eis expedire videtur etiã eligẽdis, omnibus & singulis Canonicis prædictis, Ordines præfatos impendere, liberè & licitè valeant: Diœcesanorum locorum & aliorũ quorumlibet desuper licentiâ & consensu minimè requisitis, concedimus.] B. Ad ea per quæ, in eorum Priuilegiis, p. 308. 10

A quolibet Episcopo, sine licentia Diœcesani in quolibet loco.

11 *A quocunq; Episcopo, siue Diœcesani licentiâ.*

Idem ann. 1441. Fratribus Sancti Ambrosij. [Omnes & singuli Priores prædicti de licentiâ Rectoris, & Visitatorum huiusmodi, quoscunque in sibi commissis Monasteriis, Domibus, seu locis, commorantes Fratres, ad omnes etiam Sacros Ordines, aliàs tamen ritè, statutis à iure temporibus, per quemuis Catholicum Antistitem, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentem, Diœcesanorum locorum, & cuiusuis alterius licentiâ super hoc minimè requisitâ, liberè & licitè promoueri facere possint.] B. Regimini, 22. apud Cherub. §. 14.

12 *A quocunq; Episcopo.*

Idem ann. 1442. Authenticat & innouat Bullam, *Cum aliqua tibi*, Honorij III. datam anno 1218. pro Benedictinis Monasterij Sancti Pauli extra muros Vrbis; in quâ sic habetur: [Consecrationes autem Altarium, & Ordinationes Monachorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promouendi, à quocunque maluerint Abbas, & Monachi eiusdem Cœnobij, Catholico duntaxat Episcopo, Apostolicâ freti authoritate suscipiant, quas sine difficultate, ac prauitate præcipimus exhiberi.] B. Eugenij IV incipit, Ex Apostolicæ, 17. apud Roder.

13 *Episcopus examen, locus.*

Pius II. ann. 1462. Benedictinis Congr. Montis Oliueti. [Eis similiter concedimus, vt possint quoties opus fuerit, quocunque Catholico Antistite Monachos, & nouitios dicti Ordinis ad hoc idoneos, absque aliquo alio examine, & cuiusuis alterius licentiâ super hoc minimè requisitâ, ad omnes Sacros

Ordines

Ordines promoueri facere, & conferendorum Ordinum huiusmodi, aut Altarium consecrandorum causa, ipsos Antistites ad se in eorum Monasteriis aduocare.]B. Licet ex debito 9. apud. Cherub. §. 9.

Sixtus IV. ann. 1473. Hieronymitis de Pisis. [Nunc & pro tempore existētibus dictæ Societatis Eremitis, quòd Generalis Prior dictæ Societatis pro tempore existens, cum eisdem Eremitis per saltum aut ante ætatem legitimam, seu extra tempora à iure permissa, ad quoscunque, etiam Sacros & Presbyteratus Ordines promotis, ac ex quauis alia causa, præter quàm super bigamiæ & homicidij voluntarij, aut mutilationis membri irregularitatibus, vt præmissis nonobstantibus ad omnes, etiam Sacros & Presbyteratus Ordines promoueri, & in illis ac per eos etiam vt præfertur malè susceptis aut omissis Ordinibus, vt illos à quocunque maluerit Catholico Antiste gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente suscipere, & in Altaris ministerio ministrare liberè & licitè possint, licentiam dare; omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam quomodocunque & qualitercunque per eos & quemlibet eorum contractam abolere; ipsique Eremitæ de eiusdem Prioris licentia à quo maluerint Catholico Antistite gratiam & communionem dictæ Sedis habente, se etiam ad omnes, etiam Sacros Ordines facere, etiam extra tempora à iure statuta, promoueri; ipséque Antistes illos eisdem Eremitis impendere li-

14 *Dispensare cum malè promotis & aliis.*

A quocunq; Episcopo & extra tēpora.

berè & licitè valeat, authoritate Apostolicâ tenore præsentium indulgemus. Nonobstantibus, &c.] B. Pia vota fidelium, inter Bullas cum eorum Statutis impressas Romæ anno 1573. Quam idem ann. 1476. confirmauit ex certa scientia, B. Sedes Apostolica, quæ habetur ibidem, & 13. apud Cherub.

Idem ann. 1476. Canonicis Regul. S. Aug. Congr. Lateranensis idem concedit quod suprà, n. 4. 8. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 13.

15 *Episcopus Examen, &c.*

Idem ann. 1483. Carmelitis Congregationis Mantuanæ. [Si contingat in eisdem Domibus tot Fratres in Sacerdotio constituto non existere, qui sufficiant pro Missis & aliis

16 *Dispensatur super ætate.*

Officiis diuinis in Ecclesiis earundem Domorum celebrandis; Prioribus dictarum Domorum respectiuè pro tempore existentibus, quòd aliquos ipsorum Fratres in vigesimo tertio suæ ætatis anno constitutos, aliàs idoneos, in numero sufficienti provt expedire cognouerit, ad Sacerdotium per Ordinarios locorum promoueri facere, & eisdem Ordinariis quòd Fratres prædictos ad huiusmodi Sacerdotium & Presbyteratus Ordinem promouere possint, eadem authoritate licentiam & facultatem concedimus & indulgemus per præsentes. Necnon cum dictis sic promouendis quòd in eodem vigesimo tertio anno ad dictum Presbyteratus Ordinem vt præfertur promoueri possint dictâ authoritate Apostolicâ dispensamus. Nonobstantibus Generalis Concilij & aliis quibusvis constitutionibus,

&c.

&c.]B. Sedis Apostolicæ, apud P. Iustinum, ex authentico quod habetur in Archiuo Conuentu Aurelianensis.

Idem anno 1482. Minoritis concessit quòd quilibet Catholicus Episcopus possit celebrare Ordines Sacros temporibus ad hoc ab Ecclesiâ deputatis in locis Fratrum, pro Fratribus de familiâ duntaxat. Viuæ vocis oraculum 11. apud Rodericum. Et in Spec. Min. fol. 41. 17 *Episcopus & locus.*

Innocentius VIII. anno 1486. Eremitis S. Augustí. [Cum viginti quinque personis dicti Ordinis Professoribus, qui nunc sunt & pro tempore perpetuò erunt, postquàm vigesimũ secundum eorum ætatis annum attingerint, possint ad Presbyteratus Ordinem assumi. Et ante huiusmodi ætatem promoti, & propterea ab executione dicti Ordinis suspensi, cùm dictum ætatis annum attigerint, in Presbyteratus Ordine prædicto, & in Altaris ministerio, obtentâ desuper licentiâ sui Generalis, vel Prouincialis Prioris, vel ipsorum Vicariorum, ministrare licitè possint, tenore præsentium authoritate Apostolicâ dispensamus. Ætatis præmissæ defectu, ac Apostolicis Constitutionibus nequaquàm obstantibus] B. Tuis supplicationibus, 4. in eorum Bullario, ex Breue originali, Romæ in Ordinis Archiuo, n. 4. 18 *Dispensatur super ætate.*

Idem pro toto Ordine Minorum concessit, quod postquàm Fratres attigerint vigesimum tertium annum ætatis, dum tamen sufficientes sint, possint promoueri ad Sacerdotium & celebrare Missas, non obstante iure cæteriſque 19 *Idem.*

in

in contrarium facientibus Vinæ vocis oraculum, in Spec. Min. tract. 1. fol. 42.

20 *Episcopus.* Alexander. VI. anno 1492. Benedictinis Conuentuum Sublacensis & specus. [Quòd Monachi præfati à quibuscunque Catholicis Antistitibus vel Archiepiscopis, ad dicta Monasteria pro tempore ex quauis causa declinantibus, ad omnes, etiam Sacros & Presbyteratus Ordines, aliquibus diebus Dominicis vel festiuis (etiam extra tempora à iure statuta) se promoueri facere; eisdémque Antistitibus, &c. facultatem concedimus. Nonobstantibus, &c.] B. Ex Apostoiicæ, 106. in Bullario Cassinensi.

Extra tempora.

21 *Dispensatur super ætate.* Idem anno 1495. Monachis eorundem Monasteriorum, & Farfensis. [Vt qui vigesimum quintum annum nondum attigerint, si in Ordine Diaconatus constituti ac idonei & sufficientes, ad Presbyteratus Ordinem huiusmodi, aliàs tamen ritè promoueri; & postquam promoti fuerint ministrare liberè valeant, concedimus, Nonobstantibus, &c.] B. Exponi nobis, 107. in Bullar. Cassin.

22 *Idem.* Julius II. anno 1506. Minimis se per priores Litteras concessisse testatur, & simul confirmat, ac de nouo concedit. [Quòd Fratres Ordinis huiùsmodi in vigesimo secundo suæ ætatis anno, nunc & pro tempore constituti, ad Presbyteratus Ordinem, aliàs tamen ritè, se promoueri facere liberè possent.] B. Dudum ad sacrum 10. apud Cherub. 4. apud Cósettium, 1. apud Peyrinis.

23 Idem eodem anno iisdem concessit quod

supra

supra num. 4. 8. & 15. In Mari magno Minimorum § 5. *Episcopus, Examē, &c.*

Idem anno 1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti concessit eadem quæ suprà, num. 4. & 9. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 30. 24 *Idem.*

Idem anno 1511. Canonicis Reg. S. Aug. Congr. S. Saluar. ipsa eadem concessit, B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 22. 25 *Idem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus eadem concedit, B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 37. 26 *Idem.*

Idem anno 1514. Cistercien sibus Regularis Obseruantiæ in Regnis Castellæ, &c. [Singulis dictæ Congregationis Monachis vigesimum secundum eorum ætatis annum pro tempore attingentibus, vt de suorum respectiuè Superiorum licentia, à quocunque Catholico Antistite, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente, quem eorum quisque ad hoc duxerit eligendum, quarta & sexta feriis & die Sabbatho hebdomadæ quorumlibet quatuor temporum, ad omnes, etiam Sacros & Presbyteratus, Ordines promoueri liberè & licitè valeant, de specialis dono gratiæ indulgemus. Nonobstantibus, &c.] B. Sacræ Religionis, 20. in Priuilegiis præfatæ Congregat. 27 *Ætas, Episcopus, Tempus.*

Idem instante ac testante Cardinali Laurentio anno 1516. Minoritis ampliauit quod suprà num. 17. [Quòd possit quilibet Catholicus Episcopus consecrare] eorum Ecclesias, Altaria, & Cœmetetia, Calices, & ornamenta, 28 *Episcopus, locus, &c.*

ac

ac omnes alios actus Pontificales, Diœcesani loci, vel cuiuslibet alterius licentiâ minimè requisitâ.] Viuæ vocis oracullum 21. apud Rodericum.

29 *A quocunque Episcopo, sine licentia Diœcesani. In suis & alienis locis. Ante ætatem statutam. Extra tempora.*

Clemens VII. anno 1529. Camaldulensibus. [Clericos eorum Ordinis ad primam Tonsuram, & quatuor Ordines Minores; ad Sacros verò etiamsi tempus à Canonibus statutum non attigerint, per quemlibet Catholicum Episcopum in eorum locis & alibi vbicunque eis commodum fuerit, absque licentiâ Diœcesani, etiam extra tempora, diebus tamen Dominicis vel Festis, eos promoueri faciendi & illos eisdem liberè conferendi concedimus facultatem.] B. Inter multiplices curas, apud Bouerium in regesto tomi 1. Annalium pag. 970. Et authenticatur à Paulo III. anno 1534. B. Rationi congruit, 1. apud Cherub. & apud Bouerium cit. pag. 977.

30 *Episcopus, Examen, &c.*

Paulus III. anno 1549. Societati Iesu concessit quod suprà n. 4. 8. 15. & 23. omissâ solum examinis mentione. B. Licet debitum, 48. apud Cherub. 8. apud Roder.

31 *A quocunque Episcopo & gratiis.*

Pius IV. anno 1560. Fratribus Militibus S. Ioannis Hierosolymitani facultatem à Leone X. concessam & à Paulo III. ex certâ scientiâ confirmatam, confirmat & ipse pari scientiâ, [Quæcunque Ecclesiastica Sacramenta, ac omnes etiam Sacros Ordines, à quocunque mallent Catholico Antistite gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente, nihil oblato vel soluto, recipiendi.] B. Circumspecta, 9. apud Cherub. §. 27. Vbi etiam §. 62. ita

exten

extendit, [vt etiam extra tempora à iure statuta, tribus diebus Festiuis Sacros Ordines suscipere possint.

Extra tempora.

Idem anno 1565. Fratribus Militibus S. Lazari Hieros. eadem concedit. B. Inter assiduas, 95. apud Cherub. §. 69. & 121.

32 *Eadem.*

Pius V. anno 1567 [Sessione verò 23. cap. 8. Conc. Trid. neminem nisi à proprio Episcopo ordinari posse statuens, in Regularibus locum non habere omninò declaramus, ita quòd Fratres huiusmodi, præfatos, etiam Sacros Ordines à quolibet Antistite, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente, Ordinarij loci minimè requisitâ licentia, in locis seu Domibus Fratrum huiusmodi, aut alibi recipere possint.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud Roder. & Peyrinis. Quã & P. Iustinus in suo Bullario manuscripto ait se authenticam in Arch. Conuentus Carmel. Rhedonem.

33 *A quocunq; Episcopo & vbique.*

Gregorius XIII. ann. 1582. Societati IESV. [Omnibus Episcopis & aliis Antistitibus, præsentibus, & futuris in perpetuum præcipimus atque interdicimus, ne ab hniusmodi promouendis, qui licentiam à Præposito Generali dictæ Societatis pro tempore existente vel ab eo delegatis habuerint, quidquam prædictorum requirant, vel exigant, sed ipsos etiam absque vllâ functione in Ordinibus ipsis, interstitiorúmque ad illos suscipiendos obseruatione, aut inquisitione de cantu, Officiis & cæremoniis Ecclesiasticis, idoneitate, proprij Ordinarij licentiâ, & aliis in aliis requisitis,

34 *A quocunq; Episcopo sine Ordinum exercitio, interstitiis, peritia cantus & cæremoniarum, dimissoriis, & extra tempora.*

sitis, ad Minores, ac etiam extra tempora à iure statuta, tribusque Dominicis vel aliis Festis diebus etiam continuis, ad Sacros, etiam Presbyteratus, Ordines promoueant, &c. Nonobstantibes præmissis, &c.] Inter quæ est Concilium Tridentinum. B. Pium, 25. apud Roder. 77. apud Cherub.

Derogat Conc. Trid.

35 *Extra tempora, iudicio Superioris, &c.*

Idem anno 1584. Maiori Fratrum Eremitarum Eremi Camaldulensis. [Tibi vt quando expedire videbitur, quatuor Minores, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus qui ad dictum Eremum pro tempore accesserint, si Episcopi fuerint, vt omnes Sacros etiam Presbyteratus Ordines, etiam extra tempora à iure statuta, & non seruatis interstitiis, Fratribus Eremitis prædictis, dummodò ad id iudicio tuo idonei existant, super quo conscientiam tuam oneramus, conferre, ipsisque Fratribus Eremitis illos, recipere, liberè & licitè valeais, Apostolicâ authoritate tenore præsentum facultatem conedimus. Nonobstantibus, tic.] B. Cùm interna, 86. apud Cherub.

36 *Episcopus, &c.*

Gregorius XIV. anno 1591. Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, concedit quod n. 30. suprà. B. Illius qui, 17. apud Cherub.

PACTA

3 *Quæ in præiudicium Religioni.*

HONORIVS IV. anno 1289. Primùm Prædicatoribus, deinde Minoritis. [Decernimus, quòd ex conuentionibus

bus & pactis talibus & taliter initis, (scilicet absque Magistri Generalis,& Generalis Capituli Ordinis licentiâ & assensu)in iis quæ ipsi Ordini vel personis aut locis eiusdem,siue de iure communi competant, siue per priuilegia & indulgentias sint concessa, eisdem Ordini,locis,domibus,vel personis,præiudicium nullum fiat:sed compositionibus & pactis ipsis (dummodò nec à te memorate Generalis, nec à prædecessorum tuorum aliquo,vel dicto Capitulo acceptata fuerint) nequaquam obstantibus, tam ipsis, Ordini, Domibus,personis, & locis, quàm iis cum quibus eædem compositiones & pacta sunt inita, ius pristinum absque alicuius impedimenti obice integrum conseruetur.] B Religionis fauor. 2. apud Confettium, 9.apud Vvad.in Reg.to.2. & 1.apud. Rodericum, vbi dicitur haberi originaliter in Conuentu S. Francisci Salmanticensi. Est & in Spec.Min. tract. 2.fol.53. vbi dicitur esse sub plumbo in Conuentu Rothomagensi.

Eugenius IV. anno 1441. Tractatum inter Monasterium S.Claræ Palentin ex vnâ,& Capitulum Ecclesiæ Palentin. ex alterâ partibus initum cum iuramento ex parte Monialium de non procurandâ pacti rescissione,& eâ motu proprio concessâ non vtendo, iussit cassari, in quantum erat contrarius Ordinis priuilegiis,& Moniales à suo iuramento absolui,quia initus erat absque consensu Generalis Minorum. B. Etsi de singularum, 187.apud Vvad. in reg. tomo quinto, ex Reg. Vaticano 2 *Idem.*

libro 1. de Regularibus & diuersis formis anno 10.

3 Idem. Iulius II. anno 1507. Transactionem à Minimorum Prouinciali & Fratribus Domus de Abbatis villâ, cum Decano & Capitulo S. Vlfrani Ambianensis initam, quiâ & contra tenorem priuilegiorum dicti Ordinis, & absque consensu Correctoris Generalis factam declarat esse nullam, & mandat annullari; & adiicit vniuersim: [Quascunque conuentiones per quoscunque dicti Ordinis Prouinciales, & Vicarios Generales, speciales, ac quoscunque alios Fratres, seu eorum Procuratores, vbicunque, & quomodocunque, & sub quibuscunque clausulis & formis factas, concordatas, transactas, & expeditas, quæ per dicti Ordinis Generales Correctores, seu Capitulum Generale dicti Ordinis acceptatæ, confirmatæ, & ratificatæ non fuerint, nullius esse roboris & momenti.] B. Aliàs venerabilem, 3. apud Confettium, 27. apud Rodericum, 4. apud Peyrinis.

POENÆ INFRINGENTIVM Priuilegia Regularium in genere.

IN speciali apponuntur sæpè grauiores adhuc quàm hîc in genere.

1 Sixtus IV. an. 1474. [Districtiùs inhibemus eisdem locorum Ordinariis sub interdicti ingressus

ingressus Ecclesiæ & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum; ac Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & aliis quibuscunque, sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis earundem Parochialium Ecclesiarum, ac omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad illa & alia in posterum obtinenda, pœnis, eo ipso per eos qui contrafecerint incurrend s, ne Ordines prædictos Fratrum Prædicatorum & Minorum, & illorum Domos & profissores, præter aut contra prædictarum Clementis & Eugenij prædictorum, & aliorum quorumcunque prædecessorum nostrorum, & præsentium nostrarum Litterarum tenorem, inquietare seu molestare, &c. præsumant.] In Mari Magno Min. §. 17.

Idem habet eodem anno in Mari magno Prædicat. §. 15. Et in Mari magno Erem. S. Augustin. §. 13. Et anno 1476. in Mari magno Carmel. §. 106. In cuius fine adiicit è contrà: [Cunctis autem dictis Fratribus glorioſissimæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, sua iura seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicium præmia æternæ pacis inueniant. Amen.] Idem eodem anno easdem pœnas apponit pro Canonicis Reg. S. Augustin. Congr. Later. B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 37. Idem Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis, in eorum Mari magno,

§. 68. Idem Iulius II. an. 1512. Canonicis Reg. S. Augustí. Congreg. S. Saluat. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 39. Idem innouat Leo X. ann. 1518. pro Minoritis, B. Expom Nobis, 22. apud Roder. Idem Iulius III. anno 1551. pro Prædicatoribus, B. In Sacrâ, 3. apud Roder.

PORTIO CANONICA.

Vide verb. *Decimæ*, num. 26 *Exemptio*. n. 1. 12. *Missa*, num. 1. 2.

1 *Exemptio de quibuscunq;*

VRBANVS II. anno 1092. Pro Benedictinis Cœnobij Cauensis. [De his autem quæ à Catholicis Christianis eidem monasterio tam inter viuos, quàm in vltimâ voluntate donata fuerint, vel legata à quocunque, vel vbicunq; nulli Episcoporum Diœcesanorum licitum sit quartam, vel tertiam partem in ipsis legatis, seu donatis, tam in stabilibus, quàm in mobibus exigere prætextu consuetudinis cuiuscunque.] B. Cum vniuersis, apud Rodericum, §. 8.

2 *Exemptio, de vltimis voluntatibus, dummodò &c.*

Innocentius IV. ann. 1253. Minoritis. [Ne de his quæ in ornamentis vel pro eis, seu fabricis, luminatibus quoque, anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo, siue aliis ad perpetuum cultum diuinum, Ecclesiis vel locis vestris in vltimâ voluntate legantur, canonica portio ab aliquibus deducatur; dummodò in fraudem huiusmodi legata non fiant, vt Episcopi

copi vel Parochiales Ecclesiæ debitâ portione fraudentur; authoritate præsentium districtiùs inhibemus.] B. Pacem vestram, 17. apud Roder. 24. apud Vvad. in regesto tom. 2. Et in Spec. Min. tract. 1. fol. 5. Vbi dicitur haberi sub plumbo in Conuentu Rothom. Idem Clemẽs IV. ann. 1265. Eremitis S. Augustin. concessit eodem tenore. B. Deuotionis, 1. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, n. 1.

3 *Exemptio de quibuscunque.*

Alexander IV. ann. 1257. Monialibus S. Claræ.] Indulgemus, vt de quibuscunque bonis vobis vel Monasterio vestro à Christi fidelibus in vitâ vel in vltimâ voluntate legatis, vel legandis in posterum, nulli vsque ad nostrum beneplacitum teneamini soluere aliquid prætextu cuiuslibet iuris Diœcesani aut consuetudinis, seu alicuius canonicæ portionis.] B. Quantò studiosiùs, 77. apud Vvad. in reg. to. 2. ex Reg. Var. epist. 528. Idem an. 1260. Minoritis concedit, B. De pia, 123. apud Vvad. in reg. tom. 2. ex originali archiuij Anconitani. Item Clemens IV. 1265. Minoritis idipsum fusè, iisdem planè verbis quæ pro Prædicatoribus referuntur num. 7. infrà, concedit, B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherub. quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidem ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. an. 1439. B. Licet debitum, & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. an. 1474. cum extensione infrà ponenda. Et eadem Bulla Clementis IV. extat confirmata per Ioannem XXIII. ann. 1410. B. Sacra vestra, 5. apud Vvad. in regesto tomi 5. ex Reg. Var. lib. 1. anni 1. fol. 176.

Idem Cæleſtinus V. anno. 1294. Cæleſtinis; Vbi etiam comprehendit expreſsè oblationes & obuentiones quas occaſione funerum deuenire contigerit. B. Etſi cunctos, §. 31. quæ eſt apud Cherub. quámque Eugenius IV. an. 1434. ex certa ſcientia confirmauit, B. Ad decorem, 18. apud Roder.

4 *Exemptio de vltimis voluntatibus.*

Benedictus XI. ann. 134. Pro prædicatoribus & Minoribus.] De quibuſcunque verò relictis prædictis Fratribus in communi, vel ſingulis, vltimis decedentium voluntatibus, ſiue apud eos ſepeliendi ſint, ſiue alibi, nulla per Parochiales Sacerdotes morientium, à quâ Fratres ipſos liberos eſſe volumus, Canonica portio, vel multò minùs per Epiſcopos Epiſcopalis quarta omninò, cum eis tanquam exempti non ſubſint, nec etiam debita iure Parochiæ, ſi forſan Cathedralis defunctorum eſſet Parochialis Eccleſia, detrahatur.] Extrau. *Inter cunctas, De Priuilegiis, §. Porrò vt circa.* Habetur etiam apud Bzouium in Annal. an. 1304. Et in Spec. Min. tract. 2. fol. 122. in cuius ſummario dicitur haberi tranſumptum in Conuentu Rothomagenſi.

5 *Exemptio de quibuſcunque, dummodò, &c.*

Idem eodem anno, Cæleſtinis. [Concedimus quoque etiam vobis, ne de iis quæ in ornamentis, vel pro eis aut libris, fabricâ, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, ac trigeſimo, ſine aliàs ad perpetuum cultum diuinum, ſeu pro pictantiis vel indumentis & calceamentis veſtris vobis legantur pietatis intuitu, dummodò id in fraudem non fiat, nulli teneamini iuſtitiam ſeu portionem Canonicam

eam exhibere.] B. Religiosam, 2. apud Cherub. §. 10.

Ioannes XXII. ann. 1323. quibusdam S. Claræ Monialibus. [Inhibemus, ne quis de legatis, oblationibus seu aliis quibuscunque eleemosynis vobis piâ fidelium deuotione collatis, aliquid à vobis exigere vel extorquere præsumat.] B. Iustis petentium, 125. & 125. & 125. apud Vvad. in reg. to. 3. ex Reg. Vat. ep. 993. & 1949 Idem Clemens VI. an. 1343. B. Iustis, 38. ibidem, ex Reg. Vat. tom. 6. ep. 1467. 6 *Exemptio de quibuscunque.*

Gregorius XI. ann. 1374. Prædicatoribus. [Concedimus quoque vobis, vt de illis quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabricâ, luminaribus, anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo, siue aliis ad perpetuum cultum diuinum, seu pro pitantiis aut victu ad sustentationem vestram, vel iudumentis, necnon pro annuis censibus redimendis, ad quarum solutionem aliquæ Domus vestri Ordinis obligari noscuntur, vel de Domibus, prædiis, & hortis, aliisque locis vobis secundùm institutа vestri Ordinis opportunis, aut de his quæ pro huiusmodi Domibus, prædiis, hortis, & locis emendis, vobis legantur (dummodò præmissa non conuertantur in alios vsus, sed in illos duntaxat pro quibus relinquuntur, aut alios etiam qui in hac concessione vel indulgentiâ continentur) nulli Canonicam portionem aliquam teneamini exhibere. Et ne quis à vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, seu decedentium hæredibus, de præ- 7 *Exemptio de quibuscun.*

missis,aut de his quæ vobis in vltimis voluntatibus absolutè legantur,vel aliàs pro vestris necessitatibus conferuntur aliquid exigere, vel extorquere præsumat, districtiùs inhibemus.] B.Virtute conspicuos,7.apud Cherub. §. 28. quæ & includitur in Mari magno Prædicat.Et ibidem ex certâ scientiâ confirmatur & innouatur à Martino V. ann. 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis.Et ab Eugenio IV.an. 1443. B. Romanus Pontifex.Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV.an.1475.cum extensione infrà ponendâ.

8 *Exemptio de quibuscunque.*

Eugenius IV. ann. 1434. prædictam n. 3. Cælestini Bullam confirmauit ex certâ scientiâ, nonobstantibus non vsu, præscriptione in contrarium, constitutionibus,&c.B.Ad decorem,18.apud Rodericum.

9 *Exemptio de quibuscunq;*

Idem an. 1436. Congregationi S. Iustinæ, seu Cassinensi. [Vt ad dandum, seu soluendum aliquam Canonicam portionem, siue Decimas, aut aliud quodcunque, quod loco eorum solui consueuisset, Parochianis, Episcopis, Archiepiscopis, Capitulis, Collegiis, Vniuersitatibus,Communitatibus,fabricis,& aliis quibuscunque personis, de iure,vel consuetudine, aut statutis,vel priuilegiis quibuscunque, ex quacunque causâ hactenus debita,seu quæ deberi prætendatur quomodolibet in futurum, ab eisdem,etiam de relictis,legatis, & donatis, tam in vltimis voluntatibus, quàm inter viuos, seu quacunque occasione, concessis præteritis, & in posterum concedendis minimè teneantur.]B.Ad Ecclesiarum,

sub

sub n.9.apud Cherub.& 12. apud Rodericum.

Nicolaus V. ann. 1449. Carmelitis.[Vobis & dicto Ordini vestro perpetuò concedimus, vt de illis quæ vobis pro fabricâ Ecclesiarum & Conuentuum vestrorum, Ecclesiasticis ornamentis, luminaribus, anniuersariis, septimo, vigesimo, tricesimo, ac aliis diuinis cultibus, pitantiis, indumentis, calceamentis emendis, celebrandis, & habendis in eisdem, nec non annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliquæ Domus, prædiàque cum hortis, & aliis locis Ordinis eiusdem obligata noscuntur, per Christi fideles in eleemosynâ, pietatis intuitu, siue in funeralibus, oblationibus, sepulturis, vltimis voluntatibus, legatis, aut aliàs quoquomodo etiam absolutè, iam erogata sunt, & in posterum forsan erogabuntur, bonis, & etiam absolutè elargientur; nulli Canonicam potionem aliquam teneamini exhibere, aut ad id valeatis coarctari; & ne quis à vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, seu decedentium hæredibus, de præmissis bonis aliquid extorquere, vel exigere præsumat, districtiùs inhibemus. Nonobstantibus piæ memoriæ Clementis Papæ V. prædecessoris nostri in Concilio Viennensi editâ, quæ incipit, *Dudum*, & aliis Constitutionibus, &c.]B.Inter cætera, in Mari magno Carmel.n 17. Et ibid. an.1476. præter generalē ex certa sciētia cōfirmationē priuilegiorū specialiter innouatur à Sixto IV.§..99.

Idem ann. 1451.5.Cal.Decembris.B.Regimini, 3. in Bullario Erem. S. Augustī. ex ori- 11

Reducuntur omnia ad statum in quo erant ante hunc Pontificem.

ginali in Ordinis Archiuo Romæ, n. 3. narrat se idibus Februarij eiusdem anni Litteras edidisse quibus præcedentes à se vel prædecessoribus suis datas Mendicantibus exemptiones, motu proprio & ex certâ scientiâ reuocauerat. Deinde 3. Cal. Aprilis eiusdē anni, alias edisse, quibus motu & scientiâ similibus priores reuocatorias reuocauerat, & omnes exemptiones à se & suis prædecessoribus concessas confirmauerat. Ac demum per Constitutionē præsentem se motu & scientiâ paribus reuocare vtrasq; Litteras à se editas, siue pro Ecclesiasticis, siue pro Mendicantibus; & omnia reducere ad eum statutum, in quo fuerant antè quàm prædictæ Litteræ ab ipso emanarent.

12 *Exemptionū confirmatio.*

Sixtus IV. an. 1471. pro quatuor Mendicantibus. Cùm Calixtus III. priuilegia illis concessa contra tenorē Constitutionis, *Super Cathedram*, & *Dudū*, de solutione Quartæ, reuocasset; quanquàm ipse posteà S. R. E. Vicecancellario & Abbreuiatoribus, ne dictarū Litterarū copiam cuiquā traderent, inhibuerit, Sixtus motu proprio & ex certâ scientiâ, prædictas Calixti Litteras reuocat, cassat, irritat, & annullat, & de libris ac Regestis quibuslibet deleri mandat; & priuilegia præfata reducit ad eum statū in quo erant ante Calixti reuocationē. B. Quia in futurorū, in Spec. Carmel. fol. 92. Et in Spec. Min. tr. 2. fol. 106. Et est 18. apud Rodericū; & 1. in Bullario Erem. S. Aug. ex originali in Ordinis Archiuo Romæ. n. 1.

13 *Idem.*

Idem anno 1474. pro Minoritis scribens

vniuersis

vniuersis Episcopis ac eorum Vicariis, & Ecclesiarum Rectoribus, &c. [Certa priuilegia, psr fœl.rec. Calixtum Papam III. Prædecessorem nostrum concessa, videlicet vt Fratres Mendicantes quartam partem legatorum sibi factorum Parochianis, sub quibus ipsi legatarij essent, tradere tenerentur, per nostras plumbatas Litteras, *Ad futuram rei memoriam*, reuocauimus, & eorum priuilegia omnia confirmauimus: volumúsque vt quartam partem huiusmodi Fratres ipsi pro se retinerent, neque de illa cuiquam respondere tenerentur, provt latiùs in eisdem Litteris continetur. Nunc autem accepimus, quòd quamuis dilecti filij Fratres Minores Regularis Obseruantiæ dictas Litteras nostras diuersis Ecclesiæ Prælatis præsentauerint, quidam tamen ex ipsis illas admittere noluisse dicuntur, &c. Vos & vestrûm quemlibet hortamur, & sub pœnis in ipsis nostris Litteris contentis astringimus, quatenus iuxta Litterarum nostrarum tenorem, illa ad vnguem obseruetis, &c. Nonobstantibus Constitutionibus Viennen. & aliis contrariis quibuscunque.] B. Dudum, 13. apud Vvad. in reg. tom. 6. ex Breui originali.

Idem eodé anno eadé Minoritis confirmat. 14
In Mari magno Min. §. 6. Et Prædicatoribus, *Idem.*
in Mari magno Prædicat. §. 5. Et Eremitis S. Aug. in eorũ Mari magno §. 39. Et anno 1476. Carmelitis in eorũ Mari magno §. 58. Et in cuiuslibet Maris magni præfati nonobstantiis derogat Constitutionibus *Super Cathedram*, & *Dudum*, & Calixti III. & cæteris contrariis.

Idem

Idem anno 1476. Canonicis Reg. S. Aug. Congr. Later. concedit quod suprà num. 10. B. Cum ad vniuersos, 10. apud Cherub. § 21. Vb in nonobstantiis derogatur Constitutionibus *Super Cathedram*, & *Dudum*, & Calixti III & cæteris contrariis.

16 *Exemptionū confirmatio.*

Innocentius VIII. anno 1487. pro Seruitis idem prorsus statuit quod n. 14. suprà. In eorum Mari magno, §. 30.

17 *A solutione quartæ exēptio.*

Alexander VI. anno 1501. Minoritis. [A solutione quartæ, locorum Ordinariis, & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus debitæ, vos potiori pro cautelâ eximimus.] B. Sacræ Religionis, 9. apud Roder. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 77.

18 *Idem.*

Iulius II. anno 1506. Minimis. [Quartam ex funeralibus soluere minimè teneantur, nec ad id à quoquam, cuiuscumque nobilitatis aut dignitatis existat, valeant quomodolibet coarctari.] B. Dudum ad sacrum, 10. apud Cherub. 4. apud. Confettium, 1. apud Peyrinis.

19 *Exemptio de quibuscunque.*

Idem eodem an. iisdem concessit quod suprà n. 7. In Mari magno Minorum, § 24.

20 *Exemptio de quibuscunq;*

Idem an. 1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti, concessit quod suprà num. 9. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 26. Et anno 1512. Canonicis Reg. S. Aug. Congr. S. Saluat. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. § 38. In cuius nonobstantiis §. 50. derogatur Constitutionibus, *Super Cathedram*, & *Dudum*, & Calisti III. & quibusvis pactis, &c.

21 *Idem.*

Leo X an. 1513. Camaldulēsibus, idē cōcedit, B. Etsi à Summo, 2. apud Cherub. §. 19. & 30.

Idem

Idem anno 1514. Minoritis concedit quod suprà n. 18. B. Affectu, 8. apud Rodericum. 22 *Exemptio à solutione.*

Idem anno 1518. Minimis confirmauit cõcessa per Iulium II. suprà n. 18. & 19. B. Exponi nobis, 10. apud Peyrinis. 23 *De funeralibus & quibuscunque.*

Idem eodem anno, grauamina contra eorundem priuilegiorum tenorem illata coërcet. B. Exponi nobis, 22. apud Roder. 24 *Idem.*

Clemens VII. anno 1524. Minimorum Conseruatoribus amplissimas facultates concedit contra eos qui à prædictis Fratribus exigunt quartam Canonicam, seu alias portiones, de funeralibus, aut quibusvis aliis, B. Conquestionem, 6. apud Cherub. 1. apud Confectium, & Peyrinis. 25 *Idem.*

Paulus III. anno 1549. Societatis Iesv concedit quod suprà n. 10. exceptâ derogatione. B. Licet debitum, 48. apud Cherub. 8. apud Roder. §. 22. 26 *Exemptio de quibuscunq;*

Paulus IV. anno 1555. Minoritas eximit à quarta & quintâ etiam funeralium & aliorum quorumcunque eis legatorum & oblatorum ac concessorum pro tempore. Et derogat expresè Constitutionibus, *Super Cathedram*, & *Dudum*, &c. B. Exclementi, 1. apud Cherub. Confer. Roder. 27 *Idem.*

Pius IV. anno 1565. Fratres Milites S. Lazari Hieros. eximit à solutione cuiuslibet Canonicæ portionis, aut quartæ, &c. Non obstantibus Conciliis Generalibus, &c. excepto Tridentino. B. Inter assiduas, 95. apud Cherub. §. 54. 28 *Idem.*

Pius V. anno 1567. pro omnibus Mendicantibus. 29 *De funeralibus & aliis.*

cantibus.] Quartam autem funeralium, de quâ sess. 25. cap. 13. (Conc. Trid. de reform.) nequaquam soluere teneantur monasteria, quæ à quadraginta annis citrà fundata existunt, postquàm Concilium ipsum loquitur tantùm de Monasteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere cõsueuerunt; & vbi solui consueuit, id tantùm ceræ & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferũtur, non autem de Missis, seu legatis, vel aliis. Fratribus ipsis seu Monialibus huiusmodi relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, solui debet; sicque intelligi Concilij Decretum, quoad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi verò non est consuetudo soluendi quartam huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declaramus. Nec ad quartam, seu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ, palliorum, planetarum, cortinatum, pannorum, & aliorum quæ dictis Ecclesiis relinqui vel dari contigerit, etiamsi pro victu Fratrum, aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur. Ac etiam ius sepulturæ solui tantùm consuetum Curatis, & non aliquid aliud eis solui debeat; quamvis partes ad earum libitum Ecclesiis Ordinum huiusmodi, seu eorum Fratribus, alia quæcunque tribuant, seu eleemosynas elargiantur, quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi; nec propterea impediri debeant, quin possint defunctorum corpora præ-

fata

fata ad eorum Ecclesias tu mulanda deferri facere.]B.Et in Mendicantium, 41.apud Cherub. 7.apud Roder.& Peyrinis.Et habetur authentica in Archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonensium, vt testatur. P. Iustinus in suo Bullario MS.

Idem an. 1571. eadem confirmauit & executioni iussit mandari. B. Romanus, 2. apud Roder, 30 *Idem.*

Idem eodem anno, Prædicatoribus confirmat, quod n.29. ac simul declarat quòd vbi duæ quartæ solui consueuerint, vna scilicet Parochiali Ecclesiæ, alia verò Episcopo vel Canonicis; vna tantùm, scilicet Episcopo, solui debeat. B.Ad hoc nos Deus,3.apud Confet.& apud Cherub. post 41.§.10. 31 *Idem.*

Clemens VIII. anno 1595.ex Cardinalium Tridentini interpretum sententiâ decernit Carmelitas Discalceatos ad solutionem quartæ funeralium minimè teneri. Et quibuscunque locorum Ordinariis mandat vt faciant illos præmissorum effectu pacificè frui.B.Decet, 15.in Appendice Roderici. 32 *Exemptio à quarta funeralium.*

Idem anno 1597. pro iisdem,post contradictorium iudicium Cardinalium super negotiis Episcoporum & Regularium, confirmat quod n. præcedente, etiam quoad Monasteria à decem tantùm annis tunc fundata. B. Quod semel, 16. in Appendice Roderici.Circa quod & totus processus ibidem subiicitur & describitur in Litteris quibusdam Auditoris Generalis Curiæ. 33 *Idem.*

Paulus V. ann. 1605. definit Carmelitas, 34 *Idem.*

in

in Conuentibus ædificatis etiam à quadraginta annis citrà, non teneri ad solutionem
6 quartæ funeralium, B. Decet Romanum, 4. apud Cherub.

35 Idem ann. 1610. quod suprà num. 32. refert
Idem. & confirmat. B. Decet, 6. in Priuilegiis Carmelitarum Discalceatorum.

PRÆDICATIO.

Vide verb. *Confessio*, n. 1. 2. 3. 4. 12. 59. 67. 69. *Missa*, num. 1. 22. 28. *Missionarij*, num. 2. *Officium Diuinum*, num. 12. 13.

1 *Licentia & commendatio.* GREGORIVS IX. anno 1227. pro Prædicatoribus. [Vobis Archiepiscopis, Episcopis &c. mandamus, quatenus dilectos filios, Fratres Ordinis memorati, pro reuerentia diuina, ad Officium prædicandi, ad quod deputati sunt, recipiatis benigne, ac populos vobis commissos, vt ex ore ipsorum verbi Dei semen deuotè suscipiant, & confiteantur eisdem (cùm ipsis authoritate Nostra liceat confessiones audire, ac pœnitentias iniungere) sedultò admonentes, pro Nostra, & Apostolicæ Sedis reuerentia, in suis eis necessitatibus liberaliter assistatis, &c.] B. Quoniam abundauit iniquitas, 3. apud Confettium.

2 *Idem.* Idem ann. 1237. Pro Minoritis, eadem quæ num. 1.

num. 1. mandauit, B. Quoniam abundauit iniquitas, in Speculo Minorum, tract. 2. fol. 31. Et est 10. apud Rodericum, qui ait eam haberi originaliter in Conuentu Salmanticensi. Et refertur à VVadingo tom. 1. Annal. ad annum. 1237. pag. 563.

Idem ann. 1240. Ministris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum. [Vt singuli vestrûm in suis Prouinciis cum Definitoribus in Prouincialibus Capitulis congregatis Fratres in Sacrâ Paginâ eruditos examinare ac approbare, & eis Officium Prædicationis Deum habendo præ oculis committere valeant, vobis authoritate Præsentium concedimus facultatem.] B. Prohibente, in Spec. Min. tract. 2. fol. 35. Et est 11. apud Rodericum, & 85. apud VVadingum in regesto Pontificio tom. 1. qui eam ait haberi sub plumbo in Archiuo Aracœlit. n. 63

3 *Examen, approbatio, & institutio.*

Innocentius IV. 1245. Pro Minoribus, eadem mandat quæ n. 1. & 2. B. Quoniam abundauit iniquitas, 26. apud VVad. in regesto tomi 1. ex Archiuo Aracælitano, n. 28.

4 *Licentia & commendatio.*

Idem anno 1246. iisdem idem quod n. 3. concedit. B. Ordinem vestrum, In Spec. Min. tract. 2. fol. 3. Idipsum iisdem concedit Alexãder IV. anno 1257. B. Prohibente, 61. apud VVad. in reg. to. 2. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 120. & 15. apud Rodericum, vbi dicitur esse originaliter in Conuentu Salmanticensi. Idipsum quoque iisdem Clemens IV. anno 1265. B. Virtute conspicuos, 4. apud Cherub. quæ & includitur in Mari mag. Minorum. Vbi &

5 *Examen approbatio, & institutio.*

ex certa scientia confirmatur ab Eugenio I V. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Matis magni authore Sixto IV. anno 1474. Et eadem fuit confirmata per Ioannem XXIII. an. 1410. B. Sacra vestra, 5. apud VVad. in Reg. tom. 5. ex Regesto Vaticano, libr. 1. anni 1. fol. 176. Idem iisdem Nicolaus III. anno 1279. c. *Exiit qui seminat, de verb. signif.* in 6. §. *verùm quia expresè.* Et habetur in Spec. Min. tract. 2. fol. 4.

6 *Idem, sed magis validè.*

Martinus IV. sic vulgò dictus, re verâ tamen 2. anno 1281. Minoritis, deinde an. 1282. Prædicatoribus. [Tibi fili Magister Generalis per te, vobis verò Prouincialibus cum Definitoribus in Prouincialibus vestris Capitulis congregatis, committendi authoritate Apostolicâ Fratribus eiusdem ordinis in Sacrâ Paginâ eruditis, examinatis, & approbatis, à vobis, prædicationis Officium; audiendi verò confessiones, absoluendi confitentes, & iniungendi eisdem pœnitentias salutares, etiam Fratribus aliàs idoneis concedendi: eisdem quoque Ordinis Fratribus, quibus dicta Officia per vos taliter commissa, siue concessa fuerint. quòd eadem liberè valeant exercere, plenam damus & concedimus authoritate præsentium facultatem; districtiùs inhibentes, ne quis Fratres ipsius Ordinis, quibus dicta Officia per vos taliter concedenda duxeritis, vt præmittitur, seu etiam committenda, in exercitio aut executione Officiorum ipsorum, audeat quomodolibet impedire.]B. Ad fructus vberes, in Sp. c. Min. in Summario, vbi dicitur

haberi

haberi sub plumbo in Conuentu Rothomagensi; est etiam 2. apud Rodericum, vbi dicitur esse originaliter in Conuentu S. Francisci Salmanticensi. Idipsum eodem tenore Cælestinus V. anno 1294. Eremitis S. Aug. concessit. B. Ad fructus vberes, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, n. 3.

7 *Licētia cum indulgētiis.*

Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis. [Proponendi populo verbum Dei, & dandi omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui huiusmodi prædicationi interesse voluerint, quadraginta dierum indulgentiam de iniunctis eis pœnitentiis, authoritate Apostolicâ concedimus potestatem.] B. Etsi cunctos, 1. apud Cherub. §. 33. Quam Cælestini Bullam Eugenius 4. anno 1434. ex certa scientia confirmauit, non obstante non vsu, præscriptione, &c. B. Ad decorem, 18. apud Roder. Sed & iam ab anno 1249. Innocentius IV. concessit 40. dierum indulgentiam omnibus confessis & pœnitentibus qui in prædictorum Ecclesiis interessent prædicationi verbi Dei. B. Cùm ita sit, in Antiquitatibus Conuentus ipsorum Parisiensis, lib. 2. c. 1.

8 *Licēria cum limitationibus.*

Bonifacius VIII. anno 1295. aut circiter, Pro Prædicatoribus & Minoribus. [Statuimus & ordinamus, vt dictorum Ordinum Fratres in Ecclesiis & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, horâ illâ duntaxat exceptâ, in quâ locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram se facere solemniter prædicari, in quâ prædicare cessabunt:

bunt: præterquàm si aliud de Prælatorum ipsorum voluntate processerit, ac licentiâ speciali. In Studiis autem Generalibus, vbi sermones ad Clerum ex more fieri solent, diebus illis, quibus prædicari solemniter consueuit ad funera etiam mortuorum, & in Festis specialibus, siue peculiaribus eorundem Fratrum, possint iidem Fratres, & liceat eis liberè prædicare: nisi fortè illâ horâ, quâ solet ad Clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus, vel Prælatus superior Clerum ad se generaliter conuocaret, aut ex aliquâ ratione, vel causâ vrgente Clerum ipsum duceret congregandum. In Ecclesiis autem Parochialibus, Fratres ibi nullatenus audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi Fratres prædicti à Parochialibus Sacerdotibus inuitati fuerint, vel vocati, & de ipsorum beneplacito & assensu, seu petita licentia fuerit & obtenta; nisi Episcopus vel Prælatus superior per eosdem Fratres prædicari mandaret.] Extrauag. *Super Cathedram, De sepulturis.*

9 *Examen, approbatio, & institutio.*

Idem anno 1302. Eremitis S. Augustini concessit prorsus eadem quæ n. 6. suprà. B. Inter sollicitudines, in Mari magno Aug. num. 1. Quæ ibidem ex certâ scientiâ confirmatur à Nicolao V. anno 1450. B. Sinceræ; & an. 1474. ab ipso Maris magni authore Sixto IV.

10 *Licētia cum limitationibus.*

Ibidem ad eosdem extendit quæ suprà ordinauit, num. 8.

11 *Licētia cum limitatione hora, & loci.*

Benedictus XI. anno 1304. Pro Prædicatoribus & Minoribus. [Statuimus, vt ipsorum Ordinum

Otdinum Fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in Ecclesiis ac locis ipsorum, quæ impræsentiarum habent, & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus, seu publicis, liberè absque Diœcesanorum, & aliorum Prælatorum petitâ licentiâ, valeant Clero & populo prædicare, eíque proponere verbum Dei. Caueant tamen omninò, ne horâ in quâ Diœcesani prædicti prædicarent, vel coram se facerent prædicari, prædicent iidem Fratres: putamus etenim dignum, vt maiori minor, & superiori inferior deferat in hac parte: nisi forsan aliud circa hoc facerēt de voluntate Diœcesanorum ipsorum, aut in studiis Generalibus prædicarent diebus illis duntaxat, quibus sermones ad Clerum fieri solent, & solemniter prædicari, seu mortuorum funeribus, vel eorumdem Fratrum Festis specialibus, seu peculiaribus: quia in his casibus cum Diœcesanis in prædicatione concurrere potuerunt. Vbi verò iidem Diœcesani vocarent Generaliter ad se Clerum aliquâ ratione, vel vrgente causâ illum ducerent congregandum: eâ horâ in Studiis, memoratis diebus, sæpè dicti Fratres ab huiusmodi prædicatione cessabunt. In Ecclesiis autem Parochialibus Fratres ipsis inuitis earum Rectoribus seu Sacerdotibus (nisi iussi à Superioribus eorundem) non audeant prædicare.] Extrauag. *Inter cunctas, De Priuilegiis.* Habetur & apud Bzouium in Annal. an. 1304. Et in Spec. Min. tract. fol. 122. in cuius Summario dicitur haberi transumptum in Conuentu Rothomagensi.

12 *Licētia cum limitationibus.*

Clemens V. cum Generali Concilio Viennensi, circa annum 1311. renouauit Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ suprà num. 8. Clement. *Dudum, de Sepulturis.*

13 *Idem.*

Ioannes XXII. an. 1326. Ad Carmelitas pariformiter extendit prædictam Extrauagantem *Super Cathedram*, & Clementinam *Dudum*, de quâ num. 8. & 12. B. Inter cæteros, in Mari magno Carmel. num. 11. Et ann. 1327. idipsum testatur, & mandat eam districtè ab omnibus obseruari. Extrau. *Frequentes, de Iudiciis*, inter communes. Et anno 1328. Archiepiscopo, Canonicis, & Rectoribus Ecclesiarum Burdegalen. (conquerendo quòd eos iam per annum non admiserint ad concionandum) districtè præcipit vt in Prædicatoribus & Minoribus recipiendis ad concionandum iuxta prædictam Constitutionem, non exhibeant se difficiles, graues, duros, aut asperos, sed potiùs fauorabiles propitios, & benignos, piáque munificentiâ liberales; quòd si secùs ab ipsis agi contigerit, se contra eos tanquàm transgressores Constitutionis eiusdem, ac iussionum suarum temerarios contemptores, debitè processurum provt contemptus & temaritatis huiusmodi qualitas postularet. B. Grauem, 224. apud VVad. in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. lib. 3. epist. 2208.

14 *Licētia cum limitationibus.*

Alexander V. an. 1409. mandat obseruandam esse Constitutionem, *Super Cathedram*, & *Dudum*, suprà num. 8. & 12. quam & ibidem testatur extensam esse ad Eremitarum S. Augustini & Beatæ Mariæ de monte Carmelo

Ordinum

Ordinum Fratres. B. Regnans in excelsis, in Spec. Carmel fol. 76. Et est 9. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. Alexand. 5. folio 180.

Ioannes XXIII. an. 1414. districtè mandat Bonifacij VIII. Constitutionem *Super Cathedram*, suprà, num. 8. esse inuiolabiliter obseruandam erga Prædicatores, Minores, Eremiras S. Augustl. Carmelitas, & Seruitas. B. Frequentes, 36. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 2. de diuersis formis ann. 5. folio 255. 15 *Licētia cum limitationibus.*

Martinus V. ann. 1424. die 25. Iunij, Ordini S. Hieronymi Hispan. concessit [quòd prædicantes in eorum Ecclesia seu Monasterio possint centum dies indulgentiæ audientibus concedere, vltra alios quadraginta dies, quos authoritate Apostolica concedere possunt.] Viuæ vocis oraculum factum Cardinali S. Eustachij, & sub eius attestatione, in eorum Bullario, in Monasterio S. Alexij Romæ. 16 *Concedere indulgētias.*

Sixtus IV. ann. 1476. Carmelitis. [Præfati quoque Bonifacij VIII. prædecessoris nostri concessio, per quam voluit quòd Prouinciales dicti Ordinis possint licentiam dare Fratribus idoneis ad Christi fidelibus proponendum verbum Dei de licentiâ Diœcesanorum, petitioni eorum non planè satisfacit: propterea, &c. tibi fili Prior Generalis, per te, vobis verò, Prouinciales Priores, in Prouincialibus vestris Capitulis cum Definitoribus ipsorum Capitulorum, Fratribus eiusdem vestri Ordi- 17 *Examen, approbatio & institutio Prædic. & Cōfessorum.*

nis Sacerdotibus in Sacrâ Paginâ eruditis, examinaris, & approbatis à vobis, prædicationis & tam ipsis, quàm aliis Fratribus dicti Ordinis ad id idoneis, audiendi confessiones, absoluendi confitentes, injungendi eis pœnitentias salutares, officia authoritate Apostolicâ committendi, eisdem quoque Fratribus quibus dicta officia per vos taliter commissa fuerint, quod illa liberè valeant exercere, plenam tenore præsentium damus & concedimus facultatem, &c. Districtiùs inhibentes ne quis Fratres ipsius Ordinis, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, in executione Officiorum ipsorum audeat quomodolibet impedire.] In Mari magno Carmelit. §. 85.

18 *Regularis debet examinari à suis Superioribus, non ab Ep. scopo, sicut & approbari.*

Leo X. ann. 1516. in Con. Later. [Sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam Clericus secularis, quàm cuiuscunque, etiam Mendicantium, Ordinis Regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quàm de consuetudine, vel priuilegio, aut aliàs pertinet, ad huiusmodi Officium exercendum admittatur, nisi priùs per Superiorem suum respectiuè diligenter examinatus, (in quâ re conscientiam ipsius Superioris oneramus) ac morum honestate, doctrinâ probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur; & hic, quocunque posteà prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine & idoneitate suâ per Litteras authenticas, seu aliàs sui examinatoris approbatorisque, Episcopis

&

& aliis locorum Ordinariis fidem legitimè faciat.] B. Supernæ Maiestatis, 21. apud Cherub. 17. apud Confectium, Et in Con. Later. 5. sess. 11.

19 *Prædicare contradicente Episcopo, nisi, &c.*

Pius V. anno 1567. [Declaramus Canonem sessionis 24. cap. 4. (Concilij Trid.) per quem omnibus Regularibus, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo, prædicationis Officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres huiusmodi, quando à suis Generalibus, vel eorum Ministris Provincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere posse. Imò volumus, quòd in suis Ecclesiis, quando eis placuerit, licitè & absque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, nisi ipse prædicauerit, prædicare possint.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in Arch. Conuentus Carmel. Rhedonen. vt testatur P. Iustinus in suo Bullario MS.

20 *In die Cœnæ*

Ibidem. [Fratres præfatos, Mandatum in die Cœnæ Domini fieri solitum, in Ecclesiis seu Domibus Fratrum cuiuslibet Ordinis prædictorum solemniter facere, & prædictâ die prædicare horâ quâ eis videbitur, nec per locorum Ordinarios, aut Rectores Ecclesiarum, seu alios quoscunque prohiberi posse, etiam decernimus & declaramus.]

21 *In propriis Ecclesiis prædicare, sine Episcopi licentia, &c.*

Idem anno 1571. Pro Fratribus Ordinis Prædicatorum. [Quòd Fratres dicti Ordinis (ab eorum superioribus tamen approbati) in eorum Ecclesiis, quando eis placuerit, etiam

poris præscriptio non obsistat] Porrò prædicta Honorij III. Constitutio est 21. in Bullario Cassinensi; vbi & multæ aliæ Constitutiones referuntur, quibus hoc idem priuilegium, huic aliisque nonnullis Monasteriis conceditur & confirmatur. Idem Honorius III. hoc ipsum concessit anno 1214. Canonicis Saluatoris Later. B. Sedis Apostolicæ, in eorum Priuilegiis, pag. 128. Et Gregorius IX. B. Sedis, ibid. pag. 143. Item Paulus III. anno 1537. præfatum Eugenij IV. priuilegium confirmat ex certa scientia, etiam vt extensum ad singula Monasteria Congregationis Cassinensis. B. Benignitas, 15. apud Cherub.

3 *Non currit nisi sexagenaria.*

Sixtus IV. anno 1476. Canonicis reg. S. Aug. Congr. Later. [Decernimus quòd contra Congregationem, Ecclesias, Monasteria, loca, res, bona, & iura sua prædicta, tam præsentia, quàm futura, præscribi non possit, nisi spatio 60. annorum continuorum.] B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 22.

4 *Idem.*

Iulius II. anno 1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti, concessit quod suprà num. 1. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 28. Et ann. 1512. Canonicis Reg. S. August. Congr. S. Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. § 42.

5 *Idem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus idem concedit. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 35.

PRIVILE

PRIVILEGIA FRATRVM.

Vide verbis, *Communicatio, Confirmatio, Derogatio, Interpretatio, Pacta, Renocatio, Pœna infringentium*, per tota.

1 *Quæ sufficiant ad cõscientia securitatem.*

LEO X. instante & testimonium ferente Cardinali Laurentio, ann. 1516. Minoritis concessit, [vt securâ conscientiâ possint vti omnibus concessis à Sede Apostolicâ, & Romani Pontificibus, siue per Bullas, vel Breuia, aut viuæ vocis Oracula, provt in libris Ordinis reperiuntur, ac si omnia specificè exprimerentur; & pro maiori conscientiarum securitate omnia de nouò concessit. Et quòd non sint minoris efficaciæ & valoris, viuæ vocis Oracula, quàm si per Bullam aut Breue ad perpetuam rei memoriam essent concessa: & hoc in foro conscientiæ tantùm.] Viuæ vocis oraculum 4. apud Rodericum.

PROCESSIO.

Vide verb. *Exemptio*, num. 4. 6. 10. 15. 18. 22. 29. 43. 44. 52. *Indulgentia concessa extraneis*, n. 10. 11. 12. 14. 15. 16. *Interdictũ*, n. 49.

1 *Exemptio.*

EVGENIVS IV. an. 1434. Benedictinis congregationis vnitatis. [Vobis & vestrûm cuilibet, vt ad eundem ad processiones

ex certa scientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum. Et ab ipso Matis magni authore Sixto IV. anno 1474. Et eadem fuit confirmata per Ioannem XXIII. an. 1410. B. Sacra vestra, 5. apud VVad. in Reg. tom. 5. ex Regesto Vaticano, libr. 1. anni 1. fol. 176. Idem iisdem Nicolaus III. anno 1279. c. *Exiit qui seminat, de verb. signif.* in 6. §. *verùm quia expressè*. Et habetur in Spec. Min. tract. 2. fol. 4.

6 *Idem, sed magis validè.*

Martinus IV. sic vulgò dictus, re verâ tamen 2. anno 1281. Minoritis, deinde an. 1282. Prædicatoribus. [Tibi fili Magister Generalis per te, vobis verò Prouincialibus cum Definitoribus in Prouincialibus vestris Capitulis congregatis, committendi authoritate Apostolicâ Fratribus eiusdem ordinis in Sacrâ Paginâ eruditis, examinatis, & approbatis, à vobis, prædicationis Officium; audiendi verò confessiones, absoluendi confitentes, & iniungendi eisdem pœnitentias salutares, etiam Fratribus aliàs idoneis concedendi: eisdem quoque Ordinis Fratribus, quibus dicta Officia per vos taliter commissa, siue concessa fuerint, quòd eadem liberè valeant exercere, plenam damus & concedimus authoritate præsentium facultatem; districtiùs inhibentes, ne quis Fratres ipsius Ordinis, quibus dicta Officia per vos taliter concedenda duxeritis, vt præmittitur, seu etiam committenda, in exercitio aut executione Officiorum ipsorum, audeat quomodolibet impedire.]B. Ad fructus vberes, in Sp. c. Min. in Summario, vbi dicitur

haberi

haberi sub plumbo in Conuentu Rothomagensi; est etiam 2. apud Rodericum, vbi dicitur esse originaliter in Conuentu S. Francisci Salmanticensi. Idipsum eodem tenore Cælestinus V. anno 1294. Eremitis S. Aug. concessit. B. Ad fructus vberes, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, n. 3.

7 *Licētia cum indulgētiis.*

Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis. [Proponendi populo verbum Dei, & dandi omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui huiusmodi prædicationi interesse voluerint, quadraginta dierum indulgentiam de iniunctis eis pœnitentiis, authoritate Apostolicâ concedimus potestatem.] B. Etsi cunctos, 1. apud Cherub. §. 33. Quam Cælestini Bullam Eugenius 4. anno 1434. ex certa scientia confirmauit, non obstante non vsu, præscriptione, &c. B. Ad decorem, 18. apud Roder. Sed & iam ab anno 1249. Innocentius IV. concessit 40. dierum indulgentiam omnibus confessis & pœnitentibus qui in prædictorum Ecclesiis interessent prædicationi verbi Dei. B. Cùm ita sit, in Antiquitatibus Conuentus ipsorum Parisiensis lib. 2. c. 1.

8 *Licētia cum limitationibus.*

Bonifacius VIII. anno 1295. aut circiter, Pro Prædicatoribus & Minoribus. [Statuimus & ordinamus, vt dictorum Ordinum Fratres in Ecclesiis & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, horâ illâ duntaxat exceptâ, in quâ locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram se facere solemniter prædicari, in quâ prædicare cessabunt:

bunt: præterquàm si aliud de Prælatorum ipsorum voluntate processerit, ac licentiâ speciali. In Studiis autem Generalibus, vbi sermones ad Clerum ex more fieri solent, diebus illis, quibus prædicari solemniter consueuit ad funera etiam mortuorum, & in Festis specialibus, siue peculiaribus eorundem Fratrum, possint iidem Fratres, & liceat eis liberè prædicare: nisi fortè illâ horâ, quâ solet ad Clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus, vel Prælatus superior Clerum ad se generaliter conuocaret, aut ex aliquâ ratione, vel causâ vrgente Clerum ipsum duceret congregandum. In Ecclesiis autem Parochialibus, Fratres ibi nullatenus audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi Fratres prædicti à Parochialibus Sacerdotibus inuitati fuerint, vel vocati, & de ipsorum beneplacito & assensu, seu petita licentia fuerit & obtenta; nisi Episcopus vel Prælatus superior per eosdem Fratres prædicari mandaret.] Extrauag. *Super Cathedram, De sepulturis.*

9 *Examen, approbatio, & institutio.*

Idem anno 1302. Eremitis S. Augustini concessit prorsus eadem quæ n. 6. suprà. B. Inter sollicitudines, in Mari magno Aug. num. 1. Quæ ibidem ex certâ scientiâ confirmatur à Nicolao V. anno 1450. B. Sinceræ; & an. 1474. ab ipso Maris magni authore Sixto IV.

10 *Licētia cum limitationibus.*

Ibidem ad eosdem extendit quæ suprà ordinauit, num. 8.

11 *Licētia cum limitatione hora, & loci.*

Benedictus XI. anno 1304. Pro Prædicatoribus & Minoribus. [Statuimus, vt ipsorum

Ordinum

Otdinum Fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in Ecclesiis ac locis ipsorum, quæ impræsentiarum habent, & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus, seu publicis, liberè absque Diœcesanorum, & aliorum Prælatorum petitâ licentiâ, valeant Clero & populo prædicare, eíque proponere verbum Dei. Caueant tamen omninò, ne horâ in quâ Diœcesani prædicti prædicarent, vel coram se facerent prædicari, prædicent iidem Fratres: putamus etenim dignum, vt maiori minor, & superiori inferior deferat in hac parte: nisi forsan aliud circa hoc facerēt de voluntate Diœcesanorum ipsorum, aut in sttudiis Generalibus prædicarent diebus illis duntaxat, quibus sermones ad Clerum fieri solent, & solemniter prædicari, seu mortuorum funeribus, vel eorumdem Fratrum Festis specialibus, seu peculiaribus: quia in his casibus cum Diœcesanis in prædicatione concurrere potuerunt. Vbi verò iidem Diœcesani vocarent Generaliter ad se Clerum aliquâ ratione, vel vrgente causâ illum ducerent congregandum: eâ horâ in Studiis, memoratis diebus, sæpè dicti Fratres ab huiusmodi prædicatione cessabunt. In Ecclesiis autem Parochialibus Fratres ipsis inuitis earum Rectoribus seu Sacerdotibus (nisi iussi à Superioribus eorundem) non audeant prædicare.] Extrauag. *Inter cunctas, De Priuilegiis.* Habetur & apud Bzouium in Annal. an. 1304. Et in Spec. Min. tract. fol. 122. in cuius Summario dicitur haberi transumptum in Conuentu Rothomagensi.

12 *Licèitia cum limitationibus.*

Clemens V. cum Generali Concilio Viennensi, circa annum 1311. renouauit Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ suprà num. 8. Clement. *Dudum, de Sepulturis.*

13 *Idem.*

Ioannes XXII. an. 1326. Ad Carmelitas pariformiter extendit prædictam Extrauagantem *Super Cathedram*, & Clementinam *Dudum*, de quâ num. 8. & 12. B. Inter cæteros, in Mari magno Carmel. num. 11. Et ann. 1327. idipsum testatur, & mandat eam districtè ab omnibus obseruari. Extrau. *Fœquentes, de Iudiciis*, inter communes. Et anno 1328. Archiepiscopo, Canonicis, & Rectoribus Ecclesiarum Burdegalen. (conquerendo quòd eos iam per annum non admiserint ad concionandum) districtè præcipit vt in Prædicatoribus & Minoribus recipiendis ad concionandum iuxta prædictam Constitutionem, non exhibeant se difficiles, graues, duros, aut asperos, sed potiùs fauorabiles propitios, & benignos, piáque munificentiâ liberales; quòd si secùs ab ipsis agi contigerit, se contra eos tanquàm transgressores Constitutionis eiusdem, ac iussionum suarum temerarios contemptores, debitè processurum provt contemptus & temeritatis huiusmodi qualitas postularet. B. Grauem, 224. apud VVad. in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. lib. 3. epist. 2208.

14 *Licèitia cum limitationibus.*

Alexander V. an. 1409. mandat obseruandam esse Constitutionem, *Super Cathedram*, & *Dudum*, suprà num. 8. & 12. quam & ibidem testatur extensam esse ad Eremitarum S. Augustí. & Beatæ Mariæ de monte Carmelo

Ordinum

Ordinum Fratres. B. Regnans in excelsis, in Spec. Carmel fol. 76. Et est 9. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. Alexand. 5. folio 180.

Ioannes XXIII. an. 1414. districtè mandat Bonifacij VIII. Constitutionem *Super Cathedram*, suprà, num. 8. esse inuiolabiliter obseruandam erga Prædicatores, Minores, Eremiras S. Augustl. Carmelitas, & Seruitas. B. Frequentes, 36. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 2. de diuersis formis ann. 5. folio 255. 15 *Licētia cum limitationibus.*

Martinus V. ann. 1424. die 25. Iunij, Ordini S. Hieronymi Hispan. concessit [quòd prædicantes in eorum Ecclesia seu Monasterio possint centum dies indulgentiæ audientibus concedere, vltra alios quadraginta dies, quos authoritate Apostolica concedere possunt.] Viuæ vocis oraculum factum Cardinali S. Eustachij, & sub eius attestatione, in eorum Bullario, in Monasterio S. Alexij Romæ. 16 *Concedere indulgētias.*

Sixtus IV. ann. 1476. Carmelitis. [Præfati quoque Bonifacij VIII. prædecessoris nostri concessio, per quam voluit quòd Prouinciales dicti Ordinis possint licentiam dare Fratribus idoneis ad Christi fidelibus proponendum verbum Dei de licentiâ Diœcesanorum, petitioni eorum non planè satisfacit: propterea, &c. tibi fili Prior Generalis, per te, vobis verò, Prouinciales Priores, in Prouincialibus vestris Capitulis cum Definitoribus ipsorum Capitulorum, Fratribus eiusdem vestri Ordi- 17 *Examen, approbatio & institutio Prædic. & Cōfessorum.*

nis Sacerdotibus in Sacrâ Paginâ eruditis, examinatis, & approbatis à vobis, prædicationis & tam ipsis, quàm aliis Fratribus dicti Ordinis ad id idoneis, audiendi confessiones, absoluendi confitentes, injungendi eis pœnitentias salutares, officia authoritate Apostolicâ committendi, eisdem quoque Fratribus quibus dicta officia per vos taliter commissa fuerint, quod illa liberè valeant exercere, plenam tenore præsentium damus & concedimus facultatem, &c. Districtiùs inhibentes ne quis Fratres ipsius Ordinis, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, in executione Officiorum ipsorum audeat quomodolibet impedire.] In Mari magno Carmelit. §. 85.

18 *Regularis debet examinari à suis Superioribus, non ab Episcopo, sicut & approbari.*

Leo X. ann. 1516. in Con. Later. [Sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam Clericus secularis, quàm cuiuscunque, etiam Mendicantium, Ordinis Regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quàm de consuetudine, vel priuilegio, aut aliàs pertinet, ad huiusmodi Officium exercendum admittatur, nisi priùs per Superiorem suum respectiuè diligenter examinatus, (in quâ re conscientiam ipsius Superioris oneramus) ac morum honestate, doctrinâ probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur; & hic, quocunque posteà prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine & idoneitate suâ per Litteras authenticas, seu aliàs sui examinatoris approbatorisque, Episcopis

&

& aliis locorum Ordinariis fidem legitimè faciat.] B. Supernæ Maiestatis, 21. apud Cherub. 17. apud Confettium, Et in Con. Later. 5. sess. 11.

19 *Prædicare contradicente Episcopo, nisi, &c.*

Pius V. anno 1567. [Declaramus Canonem sessionis 24. cap. 4. (Concilij Trid.) per quem omnibus Regularibus, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo, prædicationis Officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres huiusmodi, quando à suis Generalibus, vel eorum Ministris Prouincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere posse. Imò volumus, quòd in suis Ecclesiis, quando eis placuerit, licitè & absque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, nisi ipse prædicauerit, prædicare possint.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in Arch. Conuentus Carmel. Rhedonen. vt testatur P. Iustinus in suo Bullario MS.

20 *In die Cœnæ*

Ibidem. [Fratres præfatos, Mandatum in die Cœnæ Domini fieri solitum, in Ecclesiis seu Domibus Fratrum cuiuslibet Ordinis prædictorum solemniter facere, & prædictâ die prædicare horâ quâ eis videbitur, nec per locorum Ordinarios, aut Rectores Ecclesiarum, seu alios quoscunque prohiberi posse, etiam decernimus & declaramus.]

21 *In propriis Ecclesiis prædicare, sine Episcopi licentia, &c.*

Idem anno 1571. Pro Fratribus Ordinis Prædicatorum. [Quòd Fratres dicti Ordinis (ab eorum superioribus tamen approbati) in eorum Ecclesiis, quando eis placuerit, etiam

quòd in Cathedrali Ecclesiâ (non tamen ab Episcopo met) prædicetur, liberè & licitè absque aliquo impedimento , siue etiam ipsius Episcopi contradictione , & absque eo quòd coram dicto Episcopo se non præsentauerint, nec eidem licentiam muneris prædicationis huiusmodi exhibuerint , & ab eodem Episcopo benedictionem, vt præfertur, non obtinuerint, prædicare , & munus prædicationis huiusmodi exequi, possint , concedimus.] B. Ad hoc Nos Deus , 3. apud Confet. & apud Cherub. post 41. §. 8.

22 *Sufficit simplex tonsura.*

Greg. XIII. an. 1584. Societ. Iesv. [Vigore priuilegij vestræ Societ. à fœl. rec. Paulo Papa III. prædecessore nostro cõcessi, vt vestrũ quisque idoneus & à Præposito pro tempore existente eiusdem Societatis deputatus, verbum Dei publicè publicare possint , &c. decernimus vestrûm vnicuique etiam ad Sacros Ordines prædictos non promoto prædicationis munus in vim priuilegij huiusmodi exercere potuisse, & posse. Vobis insuper concedentes, vt etiam Clerici vestri primâ tantùm tonsurâ insigniti , provt huc vsque fecerunt , valeant deinceps ipsum Dei verbum vbique populo prædicare , districtiùs inhibentes vniuersis & singulis locorum Ordinariis, & quibusvis aliis quacunque dignitate & authoritate fungentibus, ne quenquam vestrûm quovis prætextu præmissorum occasione impedire , vel molestare audeant quoquomodò. Nonobstantibus Apostolicis , ac in Generalibus & Prouincialibus Conciliis editis Constitutionibus , &c.]

B.

B. Vigore; 28. apud Rodericum, 95. apud Cherub.

PRÆSCRIPTIO.

1

Præscriptio non currit nisi post lapsum 60. annorum.

EVGENIVS IV. anno 1434. Benedictinis Congreg. S. Iustinæ. [Ex certâ scientiâ, motu proprio, ac de plenitudine potestatis Apostolicæ, volumus, statuimus, & decernimus, quòd contra præfatæ Congregationis Monasteria, loca, personas, & bona aliqua non currat præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum; quod quidem indultum tam in casibus, rebus, & bonis præteritis, quàm futuris, potestate & scientia similibus, extendi & locum habere omninò volumus. Nonobstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.] B. Etsi ex debito, 7. apud Rodericum.

2

Præscriptio non currit nisi centenaria.

Idem anno 1442. B. Ex Apostolicæ, 17. apud Rodericum authenticat & innouat Bullam *Cum aliqua tibi*, Honorij III. datam ann. 1218. pro Benedictinis Monasterij S. Pauli extra muros Vrbis, in quâ sic habetur: [Cæterùm cum idem Monasterium speciale membrum Apostolicæ Sedis, & propria Romani Pontificis Sedes existat, statuimus, & sancimus, vt sicut contra Romanam Ecclesiam non nisi centenaria currit præscriptio, secundùm Constitutiones Canonicas & legitimas sanctiones: ita quoque prædicto Monasterio minoris temporis

poris præscriptio non obsistat.] Porrò prędicta Honorij III. Constitutio est 2 . in Bullario Cassinensi; vbi & multæ aliæ Constitutiones referuntur, quibus hoc idem priuilegium, huic aliisque nonnullis Monasteriis conceditur & confirmatur. Idem Honorius III. hoc ipsum concessit anno 1214. Canonicis Saluatoris Later. B. Sedis Apostolicæ, in eorum Priuilegiis, pag. 128. Et Gregorius IX. B. Sedis, ibid. pag. 143. Item Paulus III. anno 1537. præfatum Eugenij IV. priuilegium confirmat ex certa scientia, etiam vt extensum ad singula Monasteria Congregationis Cassinensis. B. Benignitas, 15. apud Cherub.

3 *Non currit nisi sexagenaria.*

Sixtus IV. anno 1476. Canonicis reg. S. Aug. Congr. Later. [Decernimus quòd contra Congregationem, Ecclesias, Monasteria, loca, res, bona, & iura sua prædicta, tam præsentia, quàm futura, præscribi non possit, nisi spatio 60. annorum continuorum.] B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 22.

4 *Idem.*

Iulius II. anno 1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti, concessit quod suprà num. 1. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 28. Et ann. 1512. Canonicis Reg. S. August. Congr. S. Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. § 42.

5 *Idem.*

Leo X. anno 1513. Camaldulensibus idem concedit. B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 35.

PRIVILE

PRIVILEGIA FRATRVM.

Vide verbis, *Communicatio, Confirmatio, Derogatio, Interpretatio, Pacta, Renocatio, Pœna infringentium*, per tota.

LEO X. instante & testimonium ferente Cardinali Laurentio, ann. 1516. Minoritis concessit, [vt securâ conscientiâ possint vti omnibus concessis à Sede Apostolicâ, & Romani Pontificibus, siue per Bullas, vel Breuia, aut viuæ vocis Oracula, provt in libris Ordinis reperiuntur, ac si omnia specificè exprimerentur; & pro maiori conscientiarum securitate omnia de nouo concessit. Et quòd non sint minoris efficaciæ & valoris, viuæ vocis Oracula, quàm si per Bullam aut Breue ad perpetuam rei memoriam essent concessa: & hoc in foro conscientiæ tantùm.] Viuæ vocis oraculum 4. apud Rodericum. 1 *Quæ sufficiant ad cõscientia securitatem.*

PROCESSIO.

Vide verb. *Exemptio*, num. 4. 6. 10. 15. 18. 22. 29. 43. 44. 52. *Indulgentiæ concessæ extraneis*, n. 10. 11. 12. 14. 15. 16. *Interdictũ*, n. 49.

EVGENIVS IV. an. 1434. Benedictinis congregationis vnitatis. [Vobis & vestrũm cuilibet, vt ad eundem ad processiones 1 *Exemptio.*

cessiones publicas, seu funeralia, Ordinariâ, vel aliâ authoritate quacunque, præterquàm de speciali Sedis Apostolicæ mandato, cogi seu compelli inuiti minimè possitis, concedimus.] B. Sacræ religionis, 8. apud Rodericum. Et ann. 1437. Iisdem idem concedit, exprimendo Rogationes, processiones, Litanias, funeralia seu obsequia, sepulturas, & alios actus publicos seu priuatos, in quibusvis Prouinciis, &c. B. Sacræ Religionis, 73. in Bullario Cassinensi. Item an. 1437. Canonicis Saluatoris Lateran. idem concedit pro processionibus, Rogationibus, & Letaniis. B. Sanctæ Religionis, in eorum Priuilegiis, pagin. 307. Vbi etiam derogat Conciliis Generalibus, &c.

2 *Ordo seruandus.*

Alex. VI. an. 1501. Vic. Gen. Minoritarum de Obseruantia. [Licet aliàs decreuerimus, quoad præcedentiam inter Fratrum Minorum, & Eremitarum S. Augustini de Obseruantiâ nuncupatorum Ordinum professores in processionibus, Ciuitatum ac locorum consuetudinẽ, vbi aliud non apparet, obseruari debere, tamen aliquando contingit professores dicti Ordinis S. Augustini Conuentuales, velle inter Fratres Conuentuales Ordinis Minorum, & præfatos Obseruãtes Ordinis eiusdem Minorum intromittere, &c. Nos igitur attendentes æquum & conueniens fore, quòd professores dicti Ordinis Minorum de Obseruantia in dictis processionibus à Fratribus Conuentualibus non separentur; declaramus illum modum & ordinem circa præcedentiam obseruari debere in

Obseruan

Obseruantibus Ordinis tui, qui in Conuentualibus obseruatur, ita vt nulla inter eos separatio & diuisio fiat.] B. Exponi Nobis, 1. apud Confettium, & 6. apud Roder.

Iulius II. ann. 1507. Benedictinis Congreg. Montis Oliueti concessit quod suprà, num. 1. B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 24. Et an. 1512. Canonicis Reg. S. August. Congr. S. Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 32. 3 *Exemptio.*

Leo X. ann. 1513. Camaldulensibus idipsum B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 26. 4 *Idem.*

Pius V. ann. 1567. Theatinis idipsum. B. Ad immarcessibilem, 31. apud Cherub. §. 18. 5 *Idem.*

Idem eodem anno, pro omnibus Mendicantibus. [Controuersias omnes de præcedentiâ quæ sessione 25. cap. 13. (Conc. Trid.) per Episcopum terminari mandantur, non nisi durantes per illum dirimi, finitas autem nullo pacto innouari posse statuimus.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud Roder. & Peyrinis. Et habetur authentica in Archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonensium vt testatur P. Iustinus in suo Bullario M.S. 6 *Controuersia de præcedentia, &c.*

Ibidem [Postremò quod cap. 13. sess. 25. (Conc. Trid. de Regular.) cautum fuit quòd omnes, scilicet tam Clerici, quàm Regulares quicunque, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur; id quoad Fratres præfatos de illis tantùm processionibus intelligi volumus, ad quas secundùm consuetudinem antiquam locorum soliti sunt accedere, vel 7 *Qui & ad quas processiones accedere teneantur.*

quæ

quæ pro bono pacis Ecclesiæ, vel pro victoria contra infideles indicuntur. Quod etiam de illis Conuentibus, qui collegia nuncupantur, minimè intelligi volumus, in quibus Fratres sub arctiori clausurâ degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantùm studiis & lectionibus vacent.]

8 *Exemptio.* Gregorius XIII. anno 1576. Religiosos omnes Societatis IESV exemit ab interdictis publicarum processionum. Inhibens quibusvis locorum Ordinariis, ne illos desuper inquietari faciant aut permittant. B. Quæcunque, 36. apud Cherub.

9 *Ordo inter Mendicantes.* Idem anno 1583. [Decernimus, quòd quicunque ex dictis Fratribus Mendicantibus inter se de præcedentiâ huiusmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ ac iuris præcedendi sunt, ij (quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus tam publicis, quàm priuatis, præcedere debeant. Quando verò non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ij qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres verò inter se litigantes, ij qui priùs saccis vsi sunt, in processionibus tam publicis, quàm priuatis, præcedere debeant.] B. Exposcit,

poscit, 7. apud Rodericum, 8. apud Confettiũ, 84. apud Cherub.

Sixtus V. anno 1585. post Gregorium XIII. Clericis Regularibus S. Pauli Decollati concedit quod n. 8. suprà. B. Rationi, 5. apud Cherub. 10 *Exemptio.*

Clemens VIII. anno 1596. pro Carmelitis Discalceatis. [Decernimus & declaramus ipsos Religiosos, si clausuram actu obseruent, non esse compellendos vt ad publicas Processiones accedant.] B. Religiosorum, 4. in Priuilegiis Carmelitarum Discal. 11 *Exemptio.*

Idem anno 1599. decreuit quòd in Processionibus & actibus publicis Fulienses debent præcedere Religiosos Mendicantes. B. Regis, 56. apud Cherub. 12 *Ordo.*

Idem anno 1602. in consequenti ad decisionem Rotæ 10. Martij 1600. ac Decretum Visitatorum Apostolicorum die 27. Aprilis 1600. & ex voto Sacræ Congregationis de Ritibus declarat & decernit Fratres B. Mariæ de Mercede cogendos esse, vt ad Processiones publicas & funeralia accedant, & præcedentiam Fratribus Carmelitanis relinquant, in illis & in aliis etiam priuatis Processionibus & actibus. B. Decet, 95. apud Cherub. Extat authenticè in Archiuio Carmelitarum Conuentus Rhedonensis, capsulâ OO. PP. 13 *Ordo.*

Idem anno 1604. ex voto prædictæ Congregationis declarat & decernit prædictas Litteras in omnibus locis obseruandas esse. B. Ad Romanum, ibidem. 14 *Idem.*

Idem ann. 1603. pro Carmelitis Discalceatis. 15 *Ordo.*

tis.[Licet infimum locum, tam in Processionibus, quàm Congregationibus, & aliis quibuscunque euentibus elegerint & eligant. Nos tamen qui Domini vices gerentes in terris, omnium iura tueri tenemur, ipsos nullo modo decursu temporis, aut alio præscriptionis modo locum & præeminentiam aut aliam prærogatiuam Ordini Carmelitarum competentem perdere, in toto nec in parte, neque vnquam indubium reuocari, ita vt quoties quæ per humilitatem prætermittunt, ob iustitiæ Ordinem repetere voluerint, propriâ authoritate possint & valeant, perpetuò statuimus. Præterea illos licet ob ædificationem fidelium, maximè nouiter ad fidem venientium, propriæ quieti cedentes, ad Processiones tam priuatas quàm Generales exierint, vel exeant, cùm in strictiori clausurâ perpetuò, iuxta Regulam quam profitentur, degant, ad Processiones Generales compelli nunquam posse.] B. Romanum, 17. in Appendice Roderici, 101. apud Cherubinum.

Exemptio.

16 *Ordo & Exemptio.* Paulus V. anno 1605. ex certâ scientiâ & motu proprio Constitutionem Clementis VIII. de quâ num. præced. confirmat & extendit ad quascunque Christiani orbis partes. B. Ex iniuncto, 22. in Appendice Roderici.

17 *Exemptio. & Ordo.* Idem anno 1610. refert & confirmat quæ suprà num. 11. & 15. B. Decet, 6, in Priuilegiis Carmel. Discalc.

18 *Crux & Ordo.* Idem anno 1617. statuit quòd Capucini possint vbique in publicis Processionibus Crucem propriam deferre, ad formam Constitutionis

tionis Gregorij XIII. de qua n. 9. suprà. B. Pastoralis, 107. apud Cherub.

Vrbanus VIII. anno 1627. post Congregationem Rituum, decernit Constitutionem Ggegorij XIII. de qua num. 9. suprà, esse quoque seruandam Mendicantes inter & Fratres Ordinis Ioannis Dei, à tempore quo isti fuere declarati Religiosi. B. Commissi, 76. apud Cherubin. 19 *Ordo.*

Idem anno 1629. Clericis Regularibus Scholarum Piarum concedit quod n. 8. suprà. B. Debitum, 100. apud Cherub. 20 *Exemptio.*

Idem anno 1637. post Congregationem Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum statuit eadem quæ n. 9. suprà B. Nupet, 17. inter Constitutiones nouissimas quas Vigus adiecit ad calcem operum Peyrinis. 21 *Ordo inter Mēdicantes.*

Innocentius 10. anno 1647. statuit vbique terrarum seruandam esse Constitutionem Gregorij XIII. de quâ n. 9. suprâ B. Romanus, 14. apud Cherub. 22 *Ordo.*

PROCVRATORES.

Vide verb. *Absolutio Fratrum*, n. 19. *Altare*, n. 5. 9. 10. *Interdictum*, n. 11. 15. 19. 24. 29. 30. 31. 36. 40. 51. *Oblati*, n. 6.

INNOCENTIVS VIII. Minoritis concessit, [vt Procuratores Fratrum, eorúmque substituti, liberi, parētes, fratres, sorores, & vxores, possent promēreri in- 1 *Lucrantur Indulgētias Fratrum.*

dulgentias Stationum, & alias Fratribus conceſſas, dicendo in Eccleſiis Fratrum, quinque *Pater noſter*, & totidem *Aue Maria*, pro fœlici ſtatu Romanæ Eccleſiæ.] Viuæ vocis oraculum, 13. in Spec. Min. tract. 1. fol. 43. & 14. apud Rodericum

2 *Gaudent Fratrum Indulgentiis, & gnatiis.*

Clemens VII. anno 1526. iiſdem. [Vni Syndico, & Procuratori, cum illius vxore & liberis, præſenti & futuro ſingulæ Domui & Monaſterio prædictis, pro tempore ſeruientibus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, ipſi, & eorum quilibet omnibus & ſingulis indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, fauoribus, & gratiis, quibus Fratres Ordinis & Obſeruantiæ prædictorum vtuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere poſſint & valeant. Et inſuper in quibuſvis cauſis & rebus ipſos Syndicum & Procuratorem concernentibus, ciuilibus, criminalibus, & mixtis, non niſi coram iudicibus Conſeruatoribus Domorum illarum, quarum ipſe Syndicus, & Procurator fuerit, de iuſtitiâ reſpondere teneatur, &c. concedimus.] B. Dum Conſideramus, 19. apud Cherub. 1. apud Roder.

Et Priuilegio fori.

QVÆSTVA

QVÆSTVARE.

Vide verb. *Eleemosyna*, per totum.

RECONCILIARE.

Vide verb. *Benedicere*, n. 13. 16. *Missionarij*, n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17.

BONIFACIVS IX. anno 1391. Abbati Cassinensi, & omnibus ac singulis Abbatibus, Prioribus, & Præpositis eidem Monasterio immediatè subiectis, [Cùm sæpè contingat Ecclesias vestras eorúmque cœmeteria, per effusionem sanguinis vel seminis violari, &c. Quòd Ecclesias & Cœmeteria supradicta per aliquem Sacerdotem idoneum reconciliari facere valeatis quoties fuerit opportunum; aquâ priùs per aliquem Antistitem, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentem, vt est moris, benedictâ; vobis & cuilibet vestrûm concedimus facultatem.] B. Vestræ deuotionis, 45. in Bullario Cassinensi. 1 *Ecclesias & cœmeteria polluta.*

REFORMATIO.

1 *Priores locales à Domibus Obseruantiæ electi, debent à Capitulo Prouinciali, vel Prouinciali confirmari.*

ALIXTVS III. ann. 1457. Carmelitis. [Aliàs, videlicet in proximo Capitulo Generali per vos in Ciuitate Parisiensi celebrato, pro statu prospero & fœlici dicti Ordinis & quiete vestrâ, inter alia statuistis, & ordinastis, quòd Fratres dicti vestri Ordinis, qui de Obseruantiâ appellantur, in Domibus quas de præsenti habere noscuntur, & in posterum largiente Domino poterunt adipisci, per Canonicam electionem Priores suos locales assumere possint & debeant: ac eosdem Priores vt præfertur electos, Prouinciale Capitulum, vel Prior Prouincialis secundùm morem dicti Ordinis pro tempore existens, teneantur sine difficultate aliquâ confirmare: ita quòd alios præter electos nequeat, iisdem Fratribus inuitis, præficere in Priores. Quòdq; nullus ex Fratribus Obseruantiæ dicti Ordinis, per aliquem Prouincialem Priorem, à Domibus seu Conuentibus huiusmodi amoueri, seu in eas quouis modo intromitti valeat, nisi de Prioris & Domus huiusmodi expresso consensu. Ipsique Priores & Conuentus sub Regulari Obseruantiâ viuentes, quoscunq; dicti Ordinis Fratres Conuentuales, siue de Laxiori vitâ, ad huiusmodi obseruantiam Regularem transire, & vnâ cum eisdem Obseruantibus altissimo famulari

Non possunt Religiosi conuentibus reformatis subduci, vel intromitti sine consensu, &c.

mulari cupientes, recipere ac retinere possint: nonobstante quacunque pœnâ dicto Ordine impositâ pro quocunque delicto: à quâ Obseruantiâ si recedant, sub dictâ Regulari Obseruantiâ non perseuerantes, eo ipso incidant in eandem, &c. Nos ordinationes & statuta prædicta, authoritate Apostolicâ, ratificamus, cõfirmamus, &c.] B In decore, apud Lezana in §. 27. Maris magni Carmelitarum, num. 124. ex codice scripto manu Ioannis Paleonidori, qui habetur in Conuentu Carmelitarum Mechlinienſium. De eà verò restatur Paulus II. n. sequente 3. & Clemens VII. n. 4.

Pius II. an. 1459. Generali & Prouincialibus Carmelitarum.] Discretioni vestræ committimus & mandamus, quatenus iuxta conceſſam vobis à Domino gratiam & Officiorum vestrorum exigentiam, omnes & singulos dicti Ordinis professores, iuxta Sanctorum Patrum, & vestra Regularia instituta, in vitâ & in moribus reformare, ac Regulari disciplinæ subdere, & ad meliorem vitam reducere procuretis, &c. Ita quòd vos & vestrûm quilibet, quoscunque incorrigibiles, discolos, & delinquentes ipsius vestri Ordinis professores punire, corrigere, & iuxta suam professionem vitam ducere, compellere valeatis, &c. Vniuersis & singulis, tam professoribus prædictis, quàm aliis quibuscunque Ecclesiasticis & secularibus personis, cuiuscunque dignitatis, gradus, status, Ordinis, vel conditionis existant, districtiùs inhibemus, ne reformationi Domorum, aut personarum Ordi-

2 *Authoritas ad reformandum.*

nis ante dicti, quovis quæsito colore se opponere, aut illam impendire præsumat, sub excommunicationis pœnâ, quàm, si secus fecerint, eos & eorum quemlibet incurrere volumus ipso facto, & à quâ, donec à præmissis resipuerint cum effectu, absolui nequeant, præterquàm in mortis articulo constituti.] B. Pontificalis, in Mari magno Carmelit. numero 26.

3 *Confirmatio præcedentiũ, & alia reformatorum priuilegia.*

Paulus II. ann. 1465. Confirmat præmissas n. 1. & 2. Constitutiones Calixti III. & Pij II. & addit: [Adiicientes nihilominus ob præmissa, quòd nullus Prouincialis Conuentus dicti Ordinis reformatos possit per Vicarium visitare, nisi talem Conuentus ipse requirat, sed personaliter teneatur eos visitare cum Socio qui fuerit perseuerans in vitâ consimili. Ita quòd pro communibus expensis Ordinis, Conuentus hactenus reformati, aut etiam qui in posterum reformabuntur, vltra summam consuetam quam anteà persoluebant, taxari vel compelli non possint. Volentésque & districtiùs iniungentes quòd omnis Prior, tam in Conuentibus reformatis prædictis, quàm de cætero reformandis, promittat, tam confirmanti, quàm Conuentui in quo recipietur, fideliter obseruare, & obseruari facere Regulam, secundùm ipsius Eugenij prædecessoris mitigationem, vt prædictum est. Si verò in hoc defes seu negligens notabiliter repertus fuerit, Prior generalis seu Prouincialis teneatur eum absoluere, sub pœnis & censuris contra impedientes Reformationem, vt suprà dicitur,

citur, latis. Cæterùm vt Prouinciales ad plantandam in dicti Ordinis Conuentibus suisque Prouinciis, confouendámque Regularem Obseruantiam perampliùs animentur, volumus vt Conuentus quos iam reformauerunt, aut in posterum reformabunt, sub eorum obedientiâ, seruatis præmissis conditionibus, perseuerare debeant, nec Vicarius cuiuscunque hoc impedire præsumat. Nonobstantibus, &c.] B. Circa quorũlibet, in Mari magno Carm. n. 27.

Clemens VII. ann. 1526. Confirmat præmissas Calixti III. Pij II. & Pauli II. Litteras. B. Pro statu Religiosarum, apud P. Iustinum, in Bullario suo Manuscripto. 4 *Confirmatio præcedentium.*

RELIQVIÆ.

VRBANVS IV. ann. 1446. Benedictinis Vallisoleti. [Quibuscunque Ecclesiasticis secularibus, & Ordinum quorumcunque Regularibus personis, in dictis partibus consistentibus cuiuscunque status, gradus, Ordinis, vel cõditionis fuerint, quòd quascunq; & qualescunque Sanctorum Reliquias, de ipsorum Ecclesiis, seu locis, vbi reconditæ existunt, accipere, & illas vobis liberaliter donare possint; vobisque quòd Reliquias sic vobis donatas huiusmodi recipere, & in præfato Sancti Benedictini, vel alio quocunque ex Monasteriis siue locis vobis vnitis, seu per vos iam reformatis, & vobis 1 *Facultas recipiendi.*

aggregatis, seu quæ per vos reformari, aut vobis aggregari in posterum contigerit, vel eorum, aut alicuius ipsorum Ecclesiis in loco ad id honesto collocare & reponere valeatis, absque alicuius pœnæ incursu, liberè & licitè, authoritate Apostolicâ tenore præsentium de speciali dono gratiæ concedimus pariter & indulgemus. Nonobstantibus ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum & Monasteriorum, in quibus huiusmodi Reliquiæ forsan reconditæ fuerint, ac Ordinum eorundem, si aliquorum extiterint, iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis aliâ firmitate roboratis, priuilegiis quoque, & Litteris Apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, illis præsertim quibus etiam sub excommunicationis pœnâ expressè inhiberetur, ne huiusmodi Reliquiæ de loco vbi reconditæ fuerint, auferri, & ad alia loca transferri possint, quibus omnibus, illis aliàs in suo robore permansuris, quoad præmissa derogare intendimus, & expressè derogamus per præsentes: cæteriſque contrariis quibuscunque.] B. Iniunctum Nobis, 1 apud Roder.

2 *Facultas mittendi.*

Alexander VI. concessit Minoribus, vt possint sine aliquo scrupulo alicuius censuræ mittere Reliquias extra Vrbem pro consecratione Altarium, & lapides cuiuscunque generis, siue consecratos, siue non. Viuæ vocis oraculum, 4. apud Roder.

3 *Idem magis extensum.*

Pius V. Religiosis Societatis IESV concessit, vt quas Reliquias ab amicis habere posset, absolutè

absolutè extra Vrbem fas esset mittere. In Viuæ vocis oraculis Societatis, pag. 46. vt refertur in Compendio, verb. *Reliquiæ.*

REVOCATIO PRIVILEGIORVM.

Vide Verb. *Derogatio*, per totum.

IVLIVS II. ann. 1507. Benedictinis Congreg. Montis Oliueti statuit. [Quòd deinceps per quascunq; reuocatorias, seu alias Apostolicas concessiones, vel Litteras sub quibuscunq; verborum formis, & tenoribus, aut clausulis derogatoriis, etiamsi illa motu & scientiâ similibus emanauerit, nulla ex prædictis concessis, & quæ eidē Cōgregationi concedentur, exēptionibus, immunitatibus, gratiis, indultis, priuilegiis, & concessionibus, quomodolibet reuocari, cassari, vel annullari censeātur, seu reuocari, vel cassari, vel annullari, seu ipsis vel ipsorum, seu quibusvis in eis contentis particulis aut clausulis, derogari valeat, nisi in derogatoriis, vel aliis Litteris, seu cassationibus huiusmodi, illa vel illæ ex Litteris, quæ reuocari, aut cassari, vel annullari videtur, aut cui vel quibus derogari appareret, corúmque totus tenor de verbo ad verbum integrè inseratur, & de omnibus & singulis Congregationis huiusmodi Monasteriis nominatim & specificatim mentio

1 *Debet esse maximè expressa.*

tio fiat, ac in eisdem reuocatoriis, cassatoriis, vel aliis Litteris, manifestè & expressè appareat, quòd Romanus Pontifex, priuilegiis, indultis, & Litteris, de quibus tunc actum fuerit, voluerit specialiter derogare, vel illa reuocare, aut cassare, seu annullare, ac tunc demùm vrgens, sufficiens, & rationabilis, propter quam derogatio, reuocatio, cassatio, vel annullatio ipsa meritò fieri debeat, causa exprimatur; aliàs derogationes, reuocationes, cassationes, irritationes, & annullationes quæcunque, si quas aliter quàm vt præfertur, à quoquam etiam Romano Pontifice fieri contigerit, ac quæcunque ex inde subsecuta, nullius sint roboris vel momenti, ipsis concessis Litteris, priuilegiis, indultis, gratiis, & exemptionibus, & libertatibus, in suo pristino, plenario, atque integro robore duraturis, &c.] B. Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 37. Et an. 1512. Canonicis Reg. S. Augustin. Congreg. S. Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 47. Idem habet Leo X. ann. 1513. Camaldulensibus, B. Etsi à summo, 2. apud Cherub. §. 46.

2 *Per Bullas Cruciatæ, &c.*

Leo X. Instante ac testante Cardinali Laurentio ann. 1516. [Concessit & declarauit, quòd virtute Bullarum Cruciatæ contra infideles vel aliarum indulgentiarum generalium, quascunque reuocationes, aut suspensiones priuilegiorum Ordinum etiam Mendicantium continentium, nunquam intelligantur reuocata, neque suspensa, indulta, priuilegia, & gratiæ concessæ quoad personas

Fratrum.

Fratrum Minorum Obseruantium, & quoad suspendendum interdictum in Festiuitatibus Sanctorum sui Ordinis, nisi de huiusmodi specificè & nominatim mentionem facerent.] Viuæ vocis oraculum 19. apud Rodericum.

Clemens VII. ann. 1523. post Leonem X. an. 1521. Religioni Sancti Antonij concessit. [Quòd, si dictæ Religionis priuilegia, per ipsum aut eius successores Romanos Pontifices pro tempore existentes, importunitate, aut etiam motu proprio, vel aliàs, reuocari, suspendi, aut modificari contingeret, rèuocationes, suspensiones, & modificationes huiusmodi, nisi illæ de consilio Venerabilium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tunc & pro tempore existentium, consistorialiter habito, & cum trinâ intimatione per Litteras Apostolicas sub plumbo, ita vt semper & qualibet vice trimestre intercederet, Romanorum Imperatoribus, siue in Imperatores electis, ac Francorum Regibus & eorum Successoribus pro tempore existentibus faciendâ, ac eorum per diuersas Litteras ipsorum propriis manibus subscriptas, & paruis eorundem sigillis munitas, & non aliàs, aliter, nec alio modo, expresso accedente consensu fierent, suffragari non possent, &c. Et ipsas priuilegiorum Litteras, vim contractus & indissolubilis obligationis inter Sedem Apostolicam, ac Francorum Regem & eius Successores, nec non pro tempore existentem Abbatem præfatæ Religionis, obtinere, &c.] B. Rationi cõgruit, 2. apud Cherub.

3 *Requiritur consensus Imperatoris, & Francorum Regis, &c.*

SACRA

SACRA.

1 *Laici possunt superpelliceis indui, & tangere Calices, &c.*

MARTINVS V. anno 1424. die 11. Aug. pro Ordine Sancti Hieronymi Hispanorũ concessit, [quòd Fratres laici siue Conuersi, etiamsi homicidæ & aliàs irregulares vel quouis modo inhabiles existant, possint celebrantibus presbyteris ministrare, etiam superpelliceis induti.] Viuæ vocis oraculum factum Cardinali S. Eustachij & sub eius attestatione, in Bullario eorum in Monasterio S. Alexij Romæ. Ibidem subiicitur & aliud sub eiusdem attestatione, quod præfati [possint Calices & vestes Sacras tractare.]

2 *Laici possunt tangere & lauare.*

Calixtus III. Minoritis, [concessit, Fratres laicos præsentes & futuros, posse tangere Calices, & lauare Corporalia & alia Ecclesiastica cum expedierit.] Viuæ vocis oraculum, 3. apud Rodericum.

3 *Idem.*

Sixtus IV. Eremitis S. Aug. concessit, vt Conuersi, quandiu curam Sacristiæ habebunt, Calices, patenas, & purificatoria, nudis manibus tangere & pertractare valeant in necessitate. Simplex signatura, apud Confettium, n. 9.

4 *Idem Ampliatum.*

Idem Minoritis concessit quòd omnes Fratres Clerici & laici possint tangere sine scrupulo conscientiæ, Calices & corporalia & alia paramenta, cum reuerentiâ tamen. Viuæ vocis oraculum 46. apud Rodericum.

SACRA

SACRAMENTA.

Vide verb. *Absolutio Fratrum*, n. 12. 13. *Altare*, num. 5. 9. 10. 14. 15. *Eucharistia*, n. 2. 3. *Familiares*, per totum.

CÆLESTINVS V. anno 1294. Cœlestinis. [Omnibus Christi fidelibus propter hoc ad vos deuotè recurrentibus, expermissione Apostolicâ, & indulgentiâ speciali, quas vobis huiusmodi priuilegij authoritate concedimus, cuncta liberè ministrare possitis Ecclesiastica Sacramenta.]B. Etsi cunctos Ordines, 1. apud Cherub. §. 22. Et iterùm §. 34. Quam Eugenius IV. anno 1434. ex certâ scientiâ confirmauit, nonobstante non vsu, præscriptione, &c. B. Ad decorem, 18. apud Rodericum. 11 *Administrare.*

SEPVLTVRA.

Vide verb. *Altare*, n. 15. *Confessio*, n. 12. 15. *Exemptio*, n. 2. 6. 10. 27. *Familiares*, per totũ. *Immunitas locorum*, n. 10. *Interdictum*, n. 38. *Tertiarij*, n. 15.

RBANVS II. an. 1092. Benedictinis Cœnobij Cauẽsis. [Si quis verò ad eũdẽ locũ vel eius Ecclesias, ibi sepulturã elegerit, 1 *Pro Extraneis.*

elegerit, licitum sit tibi tuisque Successoribus & Fratribus in Ecclesiis ipsius Cœnobij commorantibus, ipsum in suo cœmeterio sepelire, absque cuiuslibet contradictione, dummodò Christianus & Catholicus habeatur.]B. Cum vniuersis, apud Rodericum. §. 9.

2 *Idem.* Vrbanus III. anno 1187. Fratribus Cruciferis. [Liceat vobis oratoria erigere, & cœmeteria fabricare. Quorum sepulturam liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat.]B. Cùm anteceſſor, apud Cherub. §. 4. Idem priùs concessit Innocentius II. anno 1134. Canonicis Saluatoris Later. B. Officij, in eorum Priuilegiis, pag. 26. Et alij Pontifices passim in eodem libro.

3 *Idem.* Cælestinus III. anno 1197. Benedictinis Congregationis Montis Virginis. [Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat.] B. Religiosam vitam, 3. apud Cherub. §. 10.

4 *Idem.* Innocentius III. anno 1209. Fratribus SS. Trinitatis. [Sepulturam præterea locorum vestrorum liberam esse decernimus, vt eorum, &c.] vt in num. 3. B. Operante, 9. apud Cherub. §. 8.

5 *Idem.* Honorius III. anno 1216. Dominicanis idem quod num. 3. concessit, B. Religiosam vitam, 2. apud Cherub. §. 10. Item Innocentius

IV.

IV.anno 1247.Sylueſtrinis, B. Religioſam,5. apud Cherub.§.11. Et anno 1250. Minoritis, B.Cùm à Nobis, 16. apud Rodericum; & in Spec. Min. tract.1. fol. 5. vbi dicitur eſſe authentica in Conuentu Rothomagenſi.Et anno 1254.Auguſtinianis, (excludendo etiam vſurarios publicos) B. Religioſam, in Mari magno Eremitarum S.Aug.num.24. Vbi & confirmatur, ſimpliciter quidem ab Eugenio IV. anno 1439.B.Ex Apoſtolicæ;at ex certa ſcientia à Nicolao V.anno 1450.B.Sinceræ; & ab ipſo Maris magni authore Sixto IV. an.1474. cum extenſione infrà,num.22. ponenda. Item Alexander IV.anno 1255.iiſdem, cum eadem adiectione de vſurariis publicis, B. Religioſam, 3. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch.Romæ,num.3.& an.1256. Minoritis, B. Cùm à Nobis, 47. apud VVad. in reg. tom.2. Et ſimiliter anno 1258. Monialibus S. Claræ, B.Religioſam,96. ibidem, ex Reg. Vat. epiſt. 134. Item eodem ann. Camaldulenſibus, B. Officij,11.apud Cherub.§.16. Item eod. ann. Minoritis,B. Virtute,98.apud VVad. cit. Item 1259. Seruitis. B. Religionis in Mari magno Seruit.num.2.Et ibidem ex certa ſcientia confirmatur ab ipſo authore Maris magni Innocentio VIII. anno 1487. cum extenſione infrà,num.22.ponenda. Idem Vrbanus IV. Eremitis S.Aug. B. Religioſam, 9. in eorum Bullario. Item Clemens IV. anno 1265. Minoritis,B. Virtute, 4. apud Cherub. quæ & includitur in eorum Mari magno; vbi & ex certa ſcientia confirmatur an.1439.ab Eugenio IV.

B. Licet debitum; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. cum extensione infrà num. 22. ponenda: & eadem fuit confirmata per Ioannem XXIII. anno 1410. B. Sacra vestra, 5. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol 176. Item idem Clemens IV. anno 1268. Eremitis S. Aug. B. Religiosam: quam Martinus V. anno 1425. innouauit, B Sinceræ, 3. in eorum Bullario ex orig. in Ord. Arch. Romæ num. 3. Item Gregorius X. anno 12-4. Cælestinis, B. Regularem, in Antiquitatibus Conuentus eorum Parisiensis, lib. 2. c. 2. Item Cælestinus V. anno 1294. iisdem, B. Etsi cunctos, 1. apud Cherub. §. 22. Item Ioannes XXII. anno 1323. & 1327. quibusdam Ecclesiis Clarissarum. B. Deuotionis, 122. 124. 133. & 416. apud VVad. in reg. to. 3. ex Reg. Vat. epist. 992. & 1947. &c. Et similiter Vrbanus V. anno 1364. B. Deuotionis, 25. apud VVad. in reg. tom. 4. ex Reg. Vat. lib. anni 1. & 2. epist. 100. Item Gregorius XI. anno 1372. (etiam pro Cœmeterio) B. Sacræ vestræ, 19. apud VVad. in reg. tom. 4. ex Reg. Vat. libro communium fol. 66 Et anno 1374. Prædicatoribus, B. Virtute, 7. apud Cherub. §. 24. (pecificando loca, Cœmeteria, & Ecclesias) quæ & includitur in Mari magno Prædic. & ibidem ex certa scientia confirmatur & innouatur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ; & ab Eugenio IV. anno 1443. B. Romanus; & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. cum extensione infrà n. 22. ponenda. Item Ioannes XXIII. an. 1414.

Cœmeterium.

Tertiariis

Tertiariis inclusis S. Franciſci, B. Specioſus, 21. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 4. fol. 114. Item Eugenius IV. anno 1434. prædictam Cæleſtini V. Bullam, ex certa ſcientia confirmauit, B. ad decorem, 18. apud Roder. Et anno 1436. idem conceſſit Congregationi S. Iuſtinæ, ſeu Caſſinenſi, B. Etſi quaſlibet, 3. apud Confettum, & 11. apud Roder. & B. Ad Eccleſiarum, ſub num. 9 apud Cherub. & 12. apud Roder. Item Sixtus IV. anno 1476 Canonicis Reg. S. Auguſt. Congreg. Later. B. Dum ad vniuerſos, 10. apud Cherub. §. 20. Item Iulius II. ann. 1506. Minimis, in eorum Mari magno, §. 19. Et an. 1507 Benedictinis Congreg. Montis Olineti, B. Etſi ad vniuerſos, 12. apud Cherub. §. 35. Et anno 1512. Canonicis Reg. S. Aug. Congreg. S. Saluatoris, B. Inter cæteros, 30. apud Cherub §. 34. Item Leo X. anno 1513. Camaldulenſibus, B. Etſi à Summo, 3. apud Cherub. §. 43. Item Pius IV. anno 1565. Militibus S. Lazari Hieroſol. B. Inter aſſiduas, 95. apud Cherub. § 163. Item Pius V. anno 1567. iiſdem, B. Sicuti bonus, 28. apud Cherub. §. 67.

Alexander IV. anno 1258. Minoritis. [Diſtrictiùs inhibemus, vt nulli Religioſi, vel ſeculares vobis inuitis aliquorum corpora defunctorum in veſtris Cœmeteriis ſepelire, aut in Eccleſiis veſtris Miſſarum ſolemnia, vel pro animabus ipſorum, qui ad loca veſtra tumulandi feruntur, ibidem obſequia celebrare ſine veſtro aſſenſu & voluntate præſumant.] 6 *Eccleſiarum immunitas.*

B. Virtute conſpicuos, 98. apud VVad. in reg. tom. 2. ex authographo ſub plumbo; de qua fit mentio in Spec. Min. in Summario, vbi dicitur haberi originaliter Salmanticæ.

7 *Adminiſtrẽtur Sacramenta, &c.*

Idem anno 1261. Pro Minoritis. [Archiepiſcopis & Epiſcopis per Lombardiam & Romandiolam conſtitutis. Dilecti filij Miniſter & Fratres Minores Adminiſtrationis Bononiæ Nobis ſignificare curarunt, quod nonnulli Prælati, Rectores & Clerici Eccleſiarum, Ciuitatum & Diœceſum, adminiſtrationis eiuſdem vobis ſubiecti, Parochianis ſuis, pro eo duntaxat quòd apud ipſos Fratres eligunt ſepulturam, in extremis Eccleſiaſtica denegant Sacramenta. Quocircà Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus Prælatos & Rectores & Clericos prædictos, quòd prætextu huiuſmodi, Parochianis eiſdem Sacramenta non ſubtrahant ſupradicta monitione præmiſsâ, per cenſuram Eccleſiaſticam iuxta Officij veſtri debitum, appellatione remotâ cogatis, &c.] Eſt 124. apud VVad. in reg. tom. 2. & 27. apud Roder. & in Spec. Min. tract. 1. fol. 11.

8 *Eccleſiarum immunitas.*

Clemens IV. anno 1265. Minoritis concedit idem quod n 6. B. Virtute conſpicuos, 4. apud Cherub. quæ & includitur in Mari magno Minorum. Et ibidẽ ex certa ſcientia confirmatur ab Eugenio IV. anno 1439. B. Licet debitum Et ab ipſo Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Et eadem fuit confirmata per Ioannem. XXIII. anno 1410. B. Sacra veſtra,

vestra, 5. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. anni 1. fol. 176. Cælestinus V. anno 1294. Cælestinis idem concessit, B. Etsi cunctos, 1. apud Cherub. §. 29. Quam Cælestini Bullam Eugenius IV. anno 1434. ex certa scientia confirmauit, B. Ad decorem, 18. apud Roder. Bonifacius VIII. anno 1302. Eremitis S. Augustini idem concessit, B. Inter sollicitudines, in Mari magno August. num. 1. Et ibidem confirmatur à Nicolao V. anno 1450. B. Sinceræ deuotionis. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Item Gregorius XI. Prædicatoribus, an. 1374. B. Virtute conspicuos, 7. apud Cherub. §. 25. quæ & includitur in Mari magno Prædic. Et ibidem ex certâ scientiâ innouatur & confirmatur à Martino V. anno 1427. B. Ex Apostolicæ Sedis Et ab Eugenio IV. anno 1443 B. Romanus Pontifex. Et ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. Item Iulius II. an. 1506. Minimis, in eorum Mari magno, §. 20.

9 *Facultas sepeliendi extraneos.*

Bonifacius VIII. an. 1295. aut circiter, pro Prædicatoribus & Minoribus. [Huiusmodi quoq; Statuto, & Ordinationibus nostris adiicimus, vt Fratres dictorum Ordinum in Ecclesiis, vel locis suis vbilibet constitutis, liberam (vt sequitur) habeant sepulturam: videlicet quòd omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis, & Ecclesiis memoratis.] Extrauag. *Super Cathedram, De Sepulturis.* Idipsum ann. 1302. Eremitis S. Aug. concessit, B. Inter sollicitudines, in Mari magno Augnst. num. 1. Quæ ibidem confirmatur, vt

dictum est num. 8. & extenditur vt dicetur num. 26.

10 *Modus cadauera deferendi.*

Benedictus XI. ann. 1304. Pro Prædicatoribus & Minoribus. [Iubemus, vt corpora defunctorum, qui apud eorumdem Fratrum loca elegerint, dum viuerent, Sepulturam, processionaliter cum cruce, thuribulo & aquâ Benedictâ, cantando, seu legendo Officium mortuorum, vel Psalmos, & alienas ingredientes Parochias, possint assumere, & ad suas deferre Ecclesias tumulanda.] Extrau. *Inter cunctas, De priuilegiis.* Habetur & apud Bzouium, in Annal. an. 1304. Et in Spec. Min. tract. 2. fol. 122. in cuius Summario dicitur haberi transumptum in Conuentu Rothomagensi.

11 *Facultas sepeliendi extraneos.*

Clemens V. cum generali Concilio Viennensi circa annum 1311. renouat Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ suprà num. 9. Clement. *Dudum, de Sepulturis.*

12 *Idem.*

Ioannes XXII. ann. 1319. contradictoriè iudicauit idem esse obseruandum, non obstantibus pactis de contrario initis inter Episcopum & Capitulum Portugalense ex vnâ parte, & Prædicatores ac Minores ex alterâ, iuramento etiam & confirmatione Sedis Apostolicæ roboratis ante Concilium Generale. B. Nuper ex parte, 79. apud VVad. in reg. tom. 3. ex Regesto Vat. ep. 584. cuius Constitutionis Litteræ executoriæ habentur ibidem sub n. 80. ex eodem Reg. Vat. epist. 585.

13 *Idem.*

Idem ann. 1326. ad Carmelitas pariformiter extendit prædictam Extrauagantem *Super*

Catho

Cathedram, & Clementinam *Dudum*, de quâ num.9.& 11.B.Inter cæteros, in Mari magno Carmel.num.11.Et anno 1327. idipsum testatur & mandat eam districtè ab omnibus obseruari. Extrau. *Frequentes,de Iudiciis*, inter communes.

Idem an.1330.pro quibusdam S.Claræ Monialibus, Episcopo Sistaricensi scribit. [Licet nos dudum Sepulturam Ecclesiæ dicti Monasterij liberam esse decreuerimus,vt eorum deuotioni,&c.tamen Canonici Ecclesiæ Sistaricensis dictum priuilegium malitiosè interpretari volentes, asserunt nomine liberæ sepulturæ, Cœmeterium intelligi non debere, nec eis per dictum priuilegium licere habere Cœmeterium prope dictam Ecclesiam Monasterij memorati, &c. Quocirca Fraternitati tuæ mandamus, quatenus præmissorum prætextu easdem Abbatissam & Conuentum non permittas super dicto Cœmeterio molestari, &c.]B.Significarunt, 230. apud VVad.in reg. tom.3.ex Reg.Vat.lib.4.ep.988.

14 *Nomine liberæ Sepulturæ, etiam comprehenditur Cœmeterium.*

Bonifacius IX. an. 1399. Minoritis Prouinciæ Vngariæ. [Nonnulli Ordinarij & Parochialium Ecclesiarum Rectores, quandoque corpora defunctorum, qui dum agerent in humanis, apud vestra loca elegerunt sepeliri, ad Ecclesias de quarum Parochiis assumuntur, contra antiquam consuetudinem procurant & faciunt ex radice cupiditatis per commotiones & strepitus de facto deferri, &c. Nos itaque vobis concedimus quòd possitis liberè & licitè ad sepulturam huiusmodi de-

15 *Corpora non deferantur ad Parochias.*

ferri facere, absque eo quòd priùs ad dictas Parochiales Ecclesias deferantur.] B. Dum Sancta, apud Wad. tom. 4. in Annalibus, anno 1399. num. 3. ex Reg. Vat. lib. 5. anno 10. fol. 250.

16 *Facultas sepeliendi extraneos.*

Ioannes XXIII. an. 1414. districtè mandat Bonifacij VIII. Constitutionem *Super Cathedram*, suprà num. 9. esse inuiolabiliter obseruandam, erga Prædicatores, Minores Eremitas S. Augustí. Carmelitas, & Seruitas. B. Frequentes, 36 apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 2. anni 5. fol. 255.

17 *Idem, cum Cœmeterio, & circumstantiis.*

Eugenius IV. ann. 1442. Minoritis Domus Terræ Vicheriæ Terdonen. Diœcesi. [Vobis ac futuris Guardianis, & Fratribus dictæ Domus, quòd vos, & ipsi ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus corpora omnium & singularum vtriusque sexus personarum in terrâ, siue districtu huiusmodi pro tempore decedentium, si id ipsi ante eorum obitus, vel posteà ipsarum pro tempore parentes, filij, fr tres seu consanguinei, vel affines proximiores duxerint eligendum, de habitationibus, in quibus pro tempore fuerint cum gestatione crucis vestræ duntaxat, & absque consensu, licentiâ, seu præsentiâ Rectorum præsentium & futurorum S. Laurentij & aliarum Parochialium Ecclesiarum huiusmodi, eorúmque cruce vel alicuius ipsorum aliâ. vt moris est, leuare, & ad vestram Ecclesiam prædictam deferre, ac in eâ, seu in dicto Cœmeterio sepelire, seu leuari, & sepeliri facere, liberè & licitè possitis, &c. concedimus.] B.

Sacræ

Sacræ Religionis, 213. apud VVad. in reg. tom. 5. ex Reg. Var. lib. 1. de Regularibus, anno 12. fol. 218.

Idem an. 1442. B. Ex Apostolicæ, 17. apud Rodericum, authenticat & innouat Bullam *Cùm aliqua Tibi*, Honorij III. datam an. 1218. pro Benedictinis Monasterij S. Pauli extra muros Vrbis, in quâ idem conceditur ipsis quod suprà, num. 3. 18 *Facultas sepeliendi extraneos.*

Idem ann. 1446. Minoritis Vicariæ Bosnæ. [Omnium & singulorum Christi fidelium in Domibus seu locis vestris vbilibet consistentibus, sepeliri eligentium; iure Parochialium Ecclesiarum semper saluo liberam habeatis sepulturam, authoritate Apostolicâ ex certâ scientiâ, tenore præsentium concedimus pariter & indulgemus; districtiùs inhibentes vniuersis & singulis Diœcesanis locorum & Parochialiũ Ecclesiarum Rectoribus, ac Christi fidelibus Ecclesiasticis, ne vos, quominus in quibuscunque Domibus, seu locis vbilibet consistentibus vestris, inibi sepeliri eligentium liberam habeatis sepulturam, atque cadauera defunctorum de loco, in quo erunt, ad Domos, seu Ecclesias vestras, absque eo quòd priùs, iuxta quarundam partium consuetudinem, quàm velut corruptelam penitùs reprobamus, ad Parochiales, seu alias Ecclesias, deferantur, deferre, & deferri facere valeatis, impedire per se, vel alios, directè, vel indirectè, præsumant.] B. Dum salubria, apud VVad. tom. 5. Annal. an. 1446. n. 11. pag. 490. ex Arch. Vatic. lib. 24. Bullarum, fol. 211. 19 *Idem.*

Corpora debent ad Ecclesias Fratrum directè deferri.

20 *Sepeliri cum habitu Ordinis patenter.*

Sixtus IV. an. 1472 Minoritis. [Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, omnibus & singulis vtriusque sexus personis in habitu dictæ Religionis sepeliri volentibus, quòd id eis liceat sine tamen alicuius præiudicio, Apostolicâ authoritate perpetuò indulgemus; districtiùs inhibentes Prælatis & Rectoribus Ecclesiarum, sub excommunicationis pœnâ, quam Canonicâ monitione præmissâ contrafacientes incurrant, & à quâ per alium quàm per Romanum Pontificem, & in mortis articulo duntaxat absolui non possint, ne taliter sepeliri volentibus, quovis modo impedimentum afferant, sed permittant illos patenter ad Ecclesias & locum sepulturæ in habitu huiusmodi deferri.] B. Apostolicæ, 7. apud Confertum, & 3. apud Peyrinis.

21 *Corpora directè deferantur ad locum sepulturæ.*

Idem ann. 1474. pro iisdem scribens vniuersis Episcopis ac eorum Vicariis, & Ecclesiarum Rectoribus, &c. [Ecclesiæ Prælatorum aliqui contra eorumdem Fratrum priuilegia, sepulturam impedire, & molestare præsumunt, cogentes mortuorum hæredes per Ecclesiasticas censuras, vt corpora defunctorum ad Parochiales Ecclesias deferantur, & ibidem Officium decantetur, sub velamine cuiusdam Vltimi Vale, quod minimè fieri consueuit, &c. Vos & vestrûm quemliber hortamur, & sub pœnis in ipsis nostris Litteris contentis astringimus, quatenus in his & aliis similibus dictos Fratres ampliùs molestare contra eorum priuilegia non præsumatis.] B. Dudum, 13. apud V Vad. in reg. tom. 6. Ex Breui originali.

Idem eodem anno iisdem, extendens concessionem Clementis IV. suprà num. 5. [Declarantes libertatem huiusmodi, intelligi debere, etiam quoad hoc, vt Fratres ipsi, nullius super hoc petitâ licentiâ, Parochias in quibus prædicta corpora forent, cum cruce processionaliter ingredi, ac corpora ipsa leuare, & ad eorum Ecclesias sepelienda deferre possint, vbi hoc consuetum foret, vel Presbyteri de leuatione requisiti id facere recusarent; nec cogantur inuiti, etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, ipsi vel defunctorum consanguinei, illa ad Parochiales Ecclesias aut alia loca deferre, & cum illis, vel sine, inibi celebrare, vel celebrari facere pro eisdem defunctis aliqua diuina Officia, ante vel post sepulturam eorumdem.] In Mari magno Min. §. 6.

22 *Ingredi Parochias, & corpora directè ad loca sepulturæ deferre, sine vllis Officiis in Parochia.*

Ibidem §. 12. [Quum nonnulli ad Ordinem prædictum Fratrum Minorum specialem gerentes deuotionis affectum, ordinent eorum cadauera cum habitu Fratrum Minorum, aut Sororum dicti Ordinis de Pœnitentiâ sepeliri, ne ex illorum corporum delatione ad alia loca, Ordini & Fratribus prædictis iniuria irrogetur, decernimus tales apud Fratres ipsos esse sepeliendos, etiamsi alibi suam elegissent sepulturam, nec posse etiam in loco per eos electo cum habitu quomodolibet sepeliri aut ad sepeliendum portari, absque Fratrum Domus loci in quo tales decesserint expressâ licentiâ & assensu.]

23 *Qui sepeliuntur cum habitu Ordinis.*

Idem eodem an. Prædicatoribus concedit idem quod n. 22. In Mari magno Prædic. §. 5.

24 *Vt n. 22.*

Ibidem

25
Vt n.23.

Ibidem §. 11. concedit idem quod numero 23.

26
Vt n.22.

Idem eodem anno Eremitis S. Augustin. concedit idem quod n. 22. In Mari magno Erem. S. Aug. §. 38.

27
Vt n 23.

Ibidem §. 47. concedit idem quod n. 23.

28
Vt n 22.

Idem anno 1476. Carmelitis concedit idem quod n. 22. In Mari magno Carmel. §. 57.

29
Vt n.23.

Ibidem §. 66. concedit idem quod suprà num. 23. & addit : [*Contradictores verò excommunicamus.*]

30
Qui volunt sepeliri cum habitu Ordinis.

Idem anno 1479. [Cùm autem nonnulli ad Ordines prædictos Prædicatorum & Minorum specialem gerentes deuotionis affectum, eorum cadauera cum habitu Fratrum Prædicatorum vel Minorum, seu Fratrum vel Sororum de Pœnitentiâ vtriusque Ordinis prædictorum, sepeliri mandent, & persæpè antequàm moriantur habitum huiusmodi eis postulant exhiberi, decernimus habitum huiusmodi per Priorem Domus Ordinis Prædicatorum, aut Guardianum Domus Ordinis Minorum, loci in quo tales decedere continget, vel per Superiorem Prælatum ipsorum Ordinum, & Domorum, seu Prioratus & Guardianiæ, seu cui illi duxerint committendum duntaxat, & non per alium quavis authoritate vel prælatione fungentes exhiberi debere, qui prædictum habitum recipientibus declarare teneantur, apud eorum Ordinum Ecclesias debere sepeliri in eorum obitu, quorum habitum suscipiant, & illorum sic indutorum cadauera discooperta, nullo pallio vel tegumento super

impositò,

impoſito, cum habitu huiuſmodi ad ſepultu-
ram deferri poſſe; Ordinariorum, etiam ſub
Cenſuris prohibitione, & ordinatione locorũ
qualibet in contrarium editâ nonobſtante;
quas quoad hoc modificamus.] B. Sacri Prædicatorum, 19. apud Cherab. 1. apud Confet.
4. apud Peyrinis, 20. apud Roder. vbi dicitur
haberi originaliter in Conuentu Salmant. Extat. & in Spec. Min. tract. 2. fol. 67. & apud
VVad. in Annal. to. 7. an. 1479. n. 6. pag. 63. Vocatur Bulla Aurea.

Innocentius VIII. anno 1487. Seruitis, eadem concedit quæ ſuprà n. 22. In Mari magno eorum, §. 29.

31 *Ingredi Parochias, corpora directè ferre, ſine Officiis, &c.*

Ibidem §. 38. concedit quod ſuprà n. 23.

Iulius II. Epiſcopo Pariſienſi mandauit vt Minimis Ambianenſibus aſſiſteret, vt corpora quorumcunque defunctorum, qui in Eccleſiâ domus de Abbatis villâ in Eorum vitâ ſepeliri elegerant, cum relictis Fratribus Domus de Abbatis villâ huiuſmodi factis, integraliter reſtituerent Presbyteri Sancti Ægydij: nec ipſi, neque alij prædictos & quoſcunque alios Fratres Ordinis Minimorum huiuſmodi de cætero ſuper ſepulturis, & corporibus illorum, qui in dictæ Domus de Abbatis villâ, & aliis eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſiis eligerent pro tempore ſepeliri, impedire præſumerent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ inhiberet; Ac Eccleſias S. Vlfrani, & S. Ægydij huiuſmodi, necnon alias, ad quas corpora defunctorum, qui in dictæ Domus de Abbatis villâ & aliis Ordinis Minimorum

32 *Qui ſepeliuntur cum habitu Ordinis.*

33 *Impedientes corripiuntur.*

morum huiusmodi Ecclesiis iuxta ordinationem ipsorum defunctorum sepeliri deberent, deferrentur, Ecclesiastico supponeret interdicto, &c.] Hæc refert ipse Iulius II. anno 1506. B. Dudum ad Sacrum, 10 apud Cherub. 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis. Et an. 1507. B. Aliàs venerabilem, 3. apud Confettium, 27. apud Rodericum, 4. apud Peyrinis.

34 *Ne corpora ad Ecclesiã Parochialem deferantur, aut quidquã detrahatur de funeralibus, &c.*

Idem anno 1507. Transactionem (& sententias desuper latas) Minimorum Prouincialis & Fratrum prædictæ Domus de Abbatis villâ, initam cum Decano & Capitulo S. Vlfrani præfatis, declarauit nullius esse valoris, & mandauit penitus annullari, quia transactio erat & contra tenorem priuilegiorum eidem Ordini concessorum, & absque consensu Correctoris Generalis. Concordatum autem erat: Quòd ex tunc de cætero, corpora eorum qui apud Ecclesiam dictæ Domus de Abbatis villâ eligerent sepulturam, primò ad dictam Ecclesiam S. Vlfrani cum luminaribus deferri, & inibi duabus Missis celebratis, & luminaribus, cum aliis funeralibus, iuribus, & obuentionibus, eisdem Decano & Capitulo relictis, ad Ecclesiam Domus de Abbatis villâ huiusmodi portari debrent. B. Aliàs venerabilem, cit.

35 *Leuare funus, si recuset Curatus.*

Leo X. anno 1516. Sacro approbante Concilio, Generali, 17. Lateranensi 5. [Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias Domorum & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, intrare non possint nisi priùs præmonito & requisito, ac non recusante Parochiano Presbytero, & tunc

fine

sine eius ac Ordinarij præiudicio, nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia & cum pacifica possessione, suffragetur.] B. Dum intra mentis, 22. apud Cherub. 1. apud Confettium, 45. apud Roder. 26. apud Peyrinis, & in ipso Concilio sess. 11.

36 *Corpora ferre directè, sine Officiis in Parochia.*

Idem anno 1518. Minoritis renouauit quæ suprà num. 22. B. Exponi Nobis, 22. apud Roder.

37 *Indulgentiæ & Priuilegia eorum qui sepeliri se ordinant, &c.*

Adrianus VI. anno 1522. post Leonem X. anno 1520. Ordini SS. Trinitatis concessit, vt omnes & singuli Christi fideles, qui eorum corpora, seu cadauera, dum ab hoc seculo migrarent, in Ecclesiis Monasteriorum Ordinis prædicti sepeliri ordinarent, omnes indulgentias Fratribus huiusmodi concessas consequerentur, & vti ac potiri possent omnibus priuilegiis, quibus Fratres dicti Ordinis poticbantur seu potiri poterant quomodolibet in futurum. B. Rationi congruit, 4. apud Rodericum.

38 *Sepelire etiã excommunicatos, &c.*

Pius IV. anno 1560. Fratribus Militibus S. Joannis Hierosolymitani, facultatem à Leone X. concessam, & à Paulo III. ex certâ scientiâ confirmatam, confirmat & ipse pari scientiâ: [Cœmeteria in eorum Parochialibus Ecclesiis habendi, ac quorumcunque Christi fidelium cadauera, etiamsi excommunicati, vel interdicti forent, dummodò interdicto causam non dedissent, saluo iure Rectori Parochiano debito, absque aliquo onere & solutione Episcopo faciendâ, recipiendi & sepeliendi.]

peliendi.]B. Circumspecta, 9. apud Cherub. §. 25.

39 *Eadem.*

Idem anno 1565. Fratribus Militibus S. Lazari Hieros. eadem iisdem verbis concedit. B. Inter assiduas,95.apud Cherub.§.119.

40 *Sepelire interdictos, modò, &c.*

Pius V.an.1567.iisdem idipsum, cum clausulâ, *Etiamsi interdicti forent, Dummodò, &c.* B.Sicuti bonus,28.apud Cherub.§.53.

41 *Assóciare funus.*

Idem eodem anno pro omnibus Mendicantibus.[Prohibemus Ordinariis,ac aliis quibuscunque personis, ne impediant ipsos Fratres, mortuorum corpora associare, & illa per Fratres ipsos, quando in Ecclesiis suis præfatis delata fuerint, absque præsentiâ Rectorum Ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere;ac Officia mortuorum huiusmodi peragi posse, decernimus & declaramus.] Et paulò post: [Fratres præfatos,etiam solos, mortuorum corpora associare posse, &c. decernimus & declaramus.]B. Etsi Mendicantium,41.apud Cherub. 7.apud Roder.& Peyrinis.Et habetur authentica in Archiuio Conuentus Carmelitarum Rhedonen. vt testatur P. Iustinus in suo Bullario MS.

Sepelire absque præsentia Rectorum.

42 *Corpora directe ferantur ad locum sepultura.*

Idem anno 1571. pro omnibus mendicantibus, præsertim Principatus Cathaloniæ in Hispania, idem districtè inhibet quod suprà num.19.21.& 34.B.Romanus, 2.apud Rodericum.

43 *Eadem qua duplici n. prec.*

Idem eodem anno, Prædicatoribus. [Quòd Fratres ipsi quæcunque corpora defunctorum, qui se in eorum Ecclesiis sepeliri ordinauerint, vel si à defunctorum hæredibus, siue

siue curam funeris habentibus, vocati fuerint, ipsorum Fratrum cruce eleuatâ, etiam sine dictorum Canonicorum, ac Capitulariũ personarum, necnon Curatorum, vel aliorum Presbyterorum interuẽtu, ex ipsorum defunctorum domibus leuare, eáque accipere, & associare, ac ad ipsorum Fratrum Ecclesias directè deferri, & in eorum Ecclesiis (non tamen tempore interdicti) sepeliri facere saluo duntaxat iure Parochiali: Nec Fratres ipsi ad alterius cuiusvis contrariæ cõsuetudinis, vsus siue moris, obseruationem teneri, vel super præmissis à quoquam quâuis authoritate, molestari, seu perturbari, possint vel debeant, concedimus.] B. Ad hoc nos Deus, 3. apud Confertium & apud Cherub. post 41. §. 9.

44 *Prohibentur vexationes.*

Vrbanus VIII. ann. 1638. de Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum Cõsilio, Ordinariis locorum committit, vt decernant ne Parochi plus percipere possint in sepulturis quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quàm in eis quæ fiunt in propriis, seu aliorum Clericorum. B. Cùm sicut, 20. inter Constitutiones nouissimas quas Vigus adiecit operibus Peyrinis.

45 *Sine Officiis in Parochia.*

Innocentius X. ann. 1645. die 6. Februarij, pro Carmelitis Regni Franciæ specialiter. [De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Præpositorum negotiis & cõsultationibus Episcoporum & Regularium Cõsilio; Parochialium Ecclesiarum Rectoribus seu Curatis, ne cogant inuitos alia diuina Officia celebrare in Ecclesiis Parochialibus,

pro mortuis qui sepeliuntur apud eosdem Fratres Carmelitas, quàm quæ piâ defunctorum vel hæredum liberâ voluntate, fuerint postulata, Apostolicâ authoritate tenore Præsentium interdicimus & prohibemus, &c. Nonobstantibus statutis & consuetudinibus, &c.] B. Exponi, habetur originaliter in Conuentus Carmeli Rhedonensis Archiuio, capsulâ O O. P P.

SIMONIA.

Vide Verb. *Beneficia*, num. 4. 5. 6.

STATVTA.

Vide Verb. *Interpretatio priuilegiorum*, n. 5. 8.

1 *Statutorum firmitas.*

CLEMENS IV. ann. 1265. Cistercienſibus. [Indulgentias omnes & Litteras per quaſcunque perſonas eiuſdem Ordinis contra communia Statuta ipſius à Sede Apoſtolicâ, vel eius Legatis, ſub quacunque formâ vel expreſſione verborum de cætero impetrandas, irritas & inanes Præſentium authoritate decernimus, ac nullius omninò exiſtere firmitatis.] B. Ne propter, 1. apud Rodericum.

SVCCES

SVCCESSIO.

INNOCENTIVS IV. anno 1246. Cistercienſibus. [Indulgemus, vt poſſeſſiones & alia bona mobilia, & immobilia (exceptis feudalibus) quæ perſonas Fratrum, ad Monaſteria veſtra è ſeculo fugientium, & profeſſionem facientium in eiſdem, ſi remanſiſſent in ſeculo, ratione ſucceſſionis, vel quocunque alio iuſto titulo contigiſſent, petere ac retinere liberè valeatis, contrariâ conſuetudine nonobſtante.] B. Deuotionis, 4. apud Cherub. 1 *Pro Ciſtercienſibus.*

Vrbanus IV. ann. 1262. Fratribus Ordinis B. Mariæ de Mercede. [Indulgemus vt poſſeſſiones, & alia bona tam mobilia, quàm immobilia, in quibus perſonæ Fratrum ad Monaſteria veſtra è ſeculo fugientium, & profeſſionem facientium, ſi in ſeculo permanerent, ſucceſſiſſent, liberè poſſitis petere, ac retinere, vel vendere, pretiúmque in veſtram vtilitatem conuertere; prout melius vobis videbitur expedire.] B. Cùm ex parte, in Appendice Bullarij Cherub. impreſſi Lugduni. 2 *Pro Ordine B. Mariæ de Mercede.*

Clemens IV. ann. 1265. Prædicatoribus, & Minoritis. [Declaramus quòd vos in temporalibus bonis in quibus ſuccederetis in ſeculo exiſtentes, licitè poſſitis ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſiones apprehendere ac vendere liberè, bona ipſa, eorúmque pre- 3 *Pro Prædicatoribus, & Minoritis.*

tium in vtilitatem veſtram conuertere, prout vobis meliùs videbitur expedire, &c.] B. Obtentu, 1. apud Cherub. 1. apud VVad. in reg. tom. 2. 4. apud Confettium, 2. apud Rodericum, & in Spec. Min. tract. 2. fol. 66.

4 *Pro Benedictinis Valliſoleti.* Nicolaus III. ann. 1282. Benedictinis Valliſoleti, idem prorſus conceſſit quod n. 1. B. Deuotionis, 1. apud Rodericum.

5 *Pro Clariſſis.* Ioannes XXII. ann. 1323. & 1327. quibuſdam S. Claræ Monialibus, concedit idem quod ſuprà num. 1. B. Deuotionis, 137. & 210. apud VVad. in reg. tom. 3. ex Reg. Vat. epiſt. 1951. &c. Item Clemens VI. ann. 1343. & 6. B. Deuotionis 34. & 119. ibidem ex Reg. Vat. tom. 6. epiſt. 1466. &c. Item Vrbanus V. (ſine illâ feudalium exceptione) an. 1369. B. Religionis, 50. apud VVad. in reg. tom. 4. ex Reg. Vat. lib. com. an. 7. fol. 60. epiſt. 289.

6 *Pro Ciſtercienſibus.* Pius II. ann. 1459. Ciſtercienſibus, confirmat Bullam Innocentij IV. ſuprà, num. 1. præmiſſam. B. Ad hoc diuina, habetur apud Rodericum inter Bullas Innocentij IV. n. 29. Et de ea teſtimonium fert Cherubinus in rubrica eiuſdem Bullæ Innocentij IV.

7 *Pro Minoritis.* Sixtus IV. ann. 1472. Minoritis idem quod ſuprà num. 3. conceſſit. B. Dum Fructus vberes, in Spec. Min. tract. 2. fol. 65. Et eſt 14. apud Confettium, 2. apud Roderic. 5. apud VVad. in reg. tom. 6.

SVSPEN

SVSPENSIO.

Vide verb. *Absolutio*, num. 16.18. 19.20.25. 39 40 42.48. *Confessio*, num. 19. 20.29.37. 50.51. 52.53. 54. 59. 63.65. 75. *Excommunicatio*, ferè per totum. *Exemptio*, n. 11.26.30.31.43. 44.48.67. *Irregularitas*, num. 2.

SYNODVS.

Vide Verb. *Excommunicatio*, n. 42. *Exemptio*, num. 4.6.8.10.11.12.15.18.22.29.30. 31.42.43.44.52.

GREGORIVS IX. an. 1227. Canonicis Saluatoris Lateranensis. Præcipimus, vt nullus omninò eos ad Synodum vocare præsumat, sed neque Clericos vel Laïcos Oblatos in suis Ecclesiis permanentes.] B. Vigilanti, in eorum Priuilegiis, pag. 142. 1 *Exemptio.*

TERTIARII.

Vide verb. *Altare*, n. 5. 9. 10. *Communicatio privilegiorum Mendic.* n. 24. *Correctio*, num. 20. 31. *Exemptio* numer. 50. *Habitus*, num. 4. *Moniales*. n. 5. *Oblati*, n. 6.

1 *Pro Fratribus Tertiariis S. Francisci.*

GREGORIVS IX. ann. 1227. Pro Fratribus de Pœnitentia; Archiepiscopis & Episcopis per Italiam constitutis. [Potestates & Rectores Ciuitatum vel locorum, in quibus tales serui Domini degunt, ab eis, vt ipsos sequantur, & exerceantur in armis, iuramento extorquere contendunt, & ad recipienda & exequenda publica Officia compellere moliuntur; quin etiam illos, qui ad agendam Pœnitentiam, secretos petiere recessus, ad propria reuocantes, ipsis pluta onera & exactiones imponunt, &c. Mandamus quatenus huiusmodi Pœnitentes, dum tamen onera in quibus ratione bonorū suorum tenentur agnoscant, à prænotatis grauaminibus seruantes immunes, ipsos eorum occasione non permittatis in his, vel aliis temerè molestari, quibus possit eorum pium propositum impediri; molestatores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescentes.] B. Nimis patenter, 1. apud VVad. tom. 1. & in Spec. Min. tract. 1. fol. 3.

Idem

Idem anno 1228. Pro Iisdem. [Nobis supplicatis, ne aliquod iuramentum, nisi forsan pacis & fidei, calumniæ vel testimonij facere teneamini, & ne plus quàm vestri ciues impositione onerum aggrauari possitis: & vt fructus bonorum vestrorum causa pietatis impendere valeatis personis quibus expedire videritis elargiri: & vt iniuriam non patiamini propter vestrorum ciuium debita vel delicta, nec teneamini, cùm super his culpabiles non sitis, debita soluere aliorum, &c. Licentiam super prædictis omnibus authoritate Præsentium indulgemus & concedimus postularam.] B. Detestanda, 2. apud VVad. citatum & in Speculo Minorum, tract. 1. fol. 2. 2 *Pro iisdem.*

Idem anno 1229. Pro iisdem. [Cùm igitur per Italiam nonnulli tales esse dicantur, à quibusdam Fratres de pœnitentia nuncupati: Discretioni vestræ (Archiepiscopis, Episcopis, &c.) per Apostolica scripta mandamus: quatenus vos eos in Ecclesiis vestris, in quibus à Sede Apostolicâ est concessum generaliter, tempore interdicti huiusmodi, dummodò ipsi causam interdicto non dederint, ad diuina Officia, quæ suppressâ voce, interdictis & excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis; ianuis clausis celebrantur, & ad alia Sacramenta, nec non ad sepulturam Ecclesiasticam admittatis.] B. Cùm illorum, 5. apud VVadingum citatum, & in Speculo Minorum, tract. 1, fol. 3. 3 *Pro iisdem.*

Alexander IV. ann. 1255. Iisdem. [Vt non teneamini recipere publica, vel priuata Offi- 4 *Pro iisdem.*

cia secularia, quocunque nomine censeantur, contra Constitutiones vestras per Sedem Apostolicã approbatas, vel contra indulgentias ac priuilegia seu Litteras vobis ab eadem Sede concessas, vobis authoritate Præsentium indulgemus.] B. Pia desideria, 14. apud Wad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. ep. 355.

5 *Pro iisdem.* Idem ann. 1260. iisdem, iterauit quæ suprà num. 1. B. Nimis patenter, 122. apud VVad. in reg. tom. 2. ex originali Archiuij Anchonitani.

6 *Pro Tertiariis S. Francisci vtriusque sexus.* Cælestinus V. ann. 1294. Fratribus & Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentiâ, Diœcesis Aquilensis. [Vobis vt quandiu parati fueritis coram Diœcesano vestro super ciuilibus & personalibus actionibus stare Ecclesiastico iuri, in seculari foro ad cuiusvis istantiam minimè teneamini, & ad id cogi à quocunque non possitis inuitâ deuotione vestrâ, authoritate Præsentium indulgemus.] B. Desideriis, 2. apud VVad. in reg. tom. 2. ex Archiuo Vrbis Aquilæ.

7 *Pro Tertiariis inclusis S. Francisci.* Bonifacius VIII. ann. 1295. Fratribus & Sororibus Tertiariis Minorum. [Fuit propositum coram Nobis, quòd vos plures Domos & loca in diuersis partibus Alemanniæ Superioris obtinetis, in quibus sub communi vitâ degitis, &c. Vt capellas, seu oratoria in Domibus & locis prædictis construere, & in eis diuina Officia celebrari facere, ac audire, nec non Ecclesiastica recipere Sacramenta, sine iuris præiudicio alieni, authoritate Præsentium indulgemus.] B. Cupientes, 3. apud

VVad.

Wad. in reg. tom. 2. ex Reg. Vat. epist. 269.

Bonifacius IX. ann. 1397. Eremitis S. Augustini. [Ordinamus, quòd de cætero perpetuis temporibus, tam Generali, quàm cuilibet Officiali Priori dicti Ordinis, secundùm morem & institutа eiusdem Ordinis, in quibuscunque Prouinciis constitutis, tam præsentibus, quàm futuris sit licitum, ac permissum quascunque mulieres, si aliàs sint idoneæ, & aliud Canonicum non obsistat, quæ habitum Regularem prædicti Ordinis ad instar Mantellatarum seu Pinzocherarum Ordinum Fratrum Minorum & Prædicatorum habere voluerint & gestare, tam Virgines ac matronas, quàm viduas, in Mantellatas seu Pinzocheras dicti Ordinis Eremitarum recipere & admittere, ac earum singulis habitum Regularem ac Regulam eiusdem Ordinis Eremitarũ ad instar huiusmodi Mantellatarũ, seu Pinzocherarum Ordinũ Fratrum Minorum & Prædicatorum præfatorum, provt secundùm Deum saluti animarum earundem salubrius visum fuerit expedire, etiam exhibere. Quæ sic recipiendæ authoritate præfatâ gaudeant & gaudere possint & debeant, tam exemptionis priuilegio, quàm omnibus immunitatibus, libertatibus, indulgentiis, ac aliis priuilegiis quibuscunque, præfato Ordini Eremitarum, eiusque Fratribus, ac personis, per Sedem Apostolicam concessis, & quæ in futurum concedentur, quatenus huiusmodi exemptionis priuilegium, immunitates, libertates, indulgentiæ, ac quæcunque alia priuilegia ipsis

8

Facultas recipiendi in Ordine Eremitarum S. Augustí. & Carmel.

Gaudent omnibus Fratrum priuilegiis.

Prioribus & Fratribus Ordinis Eremitarum competunt, seu competere possunt, seu poterunt, & Priores & Fratres ac loca ipsa esse capacia eorundem, &c.] B. In sinu Sedis, 3. apud Confettium. Et includitur in Mari magno Eremit. S. August. num. 9. Vbi & simpliciter confirmatur à Martino V. ann. 1426. B. Dum fructus vberes; & ab Eugenio IV. anno 1434. B. Ex clementi. Ex certâ verò scientiâ à Nicolao V. ann. 1450. B. Sinceræ deuotionis, & ab ipso Maris magni authore Sixto IV. anno 1474. & extenditur vt dicitur infrà, num. 15. Eædem Bullæ Bonifacij IX. Martini V. & Eugenij IV. habentur etiam in Mari magno Carmel. num. 34. Et ibidem à Sixto IV. §. 47. & 84. extenduntur ad Carmelitas, & ad receptionem non modò mulierum, sed vtriusque sexus personarum.

9 *Pro Tertiariis S. Franciſci in communi viuentibus.*

Ioannes XXIII. ann. 1413. Approbauit Fratrum & Sororum tertij Ordinis S. Franc. in communi viuentium statuta, quæ addiderant statutis Nicolai IV. Pro Tertiariis eiusdem Ordinis confectis, (cuius quidem Nicolai Bulla incipit, Suprà montem, data anno 1289. & est apud Cherub. & 7. apud Roder.) Et decreuit quòd nec ipsi Fratres, nec Sorores subiacerent iurisdictioni Diœcesani Episcopi. B. Personas, 18. apud Vvad, in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. ann. 4. fol. 218. Quam Martinus V. an. 1430. innouauit, B. Ex Apostolicæ, 238. ibid. ex Reg. Vat. lib. 1. de exhibitis, &c. anno 13. fol. 107. Istam verò (quæ priorem continet) Eugenius IV. anno 1436. ex certa scientia confirmauit, B. Ad

Apostolicam, 95. ibid. ex Reg. Vat. lib. 3. de Regularibus, &c. anno 6. fol. 18. Idem Ioannes XXIII. anno 1414. omnia priuilegia prædictis concessa confirmauit: & præterea declarauit prædictos Fratres & Sorores emittere vota verè Solemnia, esse verè Religiosos & Ecclesiasticos, & quoad hoc omnibus & singulis libertatibus, immunitatibus, priuilegiis, & indulgentiis, aliis Religiosis & Ecclesiasticis personis, tam à iure, quàm ab homine quomodolibet concessis, vti & gaudere posse & debere; discedentes esse Apostatas, & vt tales puniri debere carcere, excommunicatione, &c. B. Pastoralis, 20. ibid. ex Reg. Vat. lib. 1. an. 4. fol. 135.

Martinus V. ann. 1426. Vniuersis Fratribus & Sororibus tertij Ordinis S. Francisci, in Hibernia pro tempore constitutis. [Indulgemus vt si forsan ad loca interdicto Ecclesiastico supposita vos esse, aut declinare contigerit, liceat vobis, & cuilibet vestrûm in vestri Ordinis Domibus, & Monasteriis, seu Ecclesiis, clausis ianuis, excommunicatis, ac interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissâ voce, in vestrâ, & familiarium vestrorum præsentiâ, Missam & alia diuina Officia facere celebrari, necnon vt quilibet Sacerdos idoneus secularis, vel Religiosus, quem ad hoc duxeritis eligendum, vobis & cuilibet vestrûm, quoties expedierit, ministrare valeat Ecclesiastica Sacramenta, etiam tempore interdicti; dummodò vos & illi causam non dederitis interdicto, nec id vobis vel illis contigerit

10 *Celebrare & recipere Sacramenta, tempore interdicti.*

tigerit ſpecialiter interdici : fœl. rec. Clementis Papæ V. &c. & aliâ qualibet Conſtitutione contrariis nequaquam obſtantibus : Iure Parochialis, &c. ſemper ſaluo, vſque ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, vobis ſimiliter cõcedimus per præſentes.] B. Deuotionis, 150. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. de beneficiis vacan. &c. anno 9. fol. 231.

11 *Aſſeruare & recipere Euchariſtiam in Oratoriis propriis.*

Idem ann. 1427. Fratribus & Sororibus 3. Ordinis S. Franciſci. [Vobis Euchariſtiæ Sacramentum cum debitis reuerentiâ & honore in Oratorio ſiue Capellâ Domus veſtræ conſeruandi, ſiue conſeruari faciendi, quòd quilibet Sacerdos idoneus ſecularis vel Regularis, vobis & cuilibet veſtrûm, nec non eiſdem Sororibus, quoties expedierit, huiuſmodi Sacramentum miniſtrare liberè & licitè poſſit & valeat, fœl. rec. Clementis Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis nequaquam obſtantibus, iure tamen dictæ Eccleſiæ Parochialis & cuiuſlibet alterius ſemper ſaluo, authoritate Apoſtolicâ tenore Præſentium licentiam elargimur.] B. Eximiæ, 183. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. de Regularibus & Prouiſionibus Prælatorum ann. 10.

12 *Eligere Confeſſorem, qui, &c.*

Eugenius IV. anno 1439. vniuerſis ſororibus tertij Ordinis S. Franciſci. [Vobis, inter quas, vt aſſeritis, nonnullæ iuuentes mulieres exiſtunt, quibus periculoſum eſſet ſingulis diebus pro audiendis Miſſis, vt teneantur de domo, quâ degunt, exire, vt aliquem diſcretum Presbyterum, in veſtrum poſſitis eligere Confeſſorem

fessorem, qui quoties fuerit opportunum, earum confessionibus diligenter auditis, pro commissis eis debitam absolutionem impendat, & iniungat pœnitentiam salutarem, nisi talia forent, propter quæ esset meritò Sedes Apostolica consulenda. Quódque eisdem Sororibus ministrare valeat Ecclesiastica Sacramenta. Vota autem per easdem Sorores forsan emissa, & in posterum emittenda (Religionis, Obedientiæ, Continentiæ, Castitatis votis duntaxat exceptis) eadem authoritate in alia pietatis opera commutare, provt secundùm Deum animarum earum saluti viderit expedire. Quódque diebus Dominicis & Festiuis, Missis & aliis diuinis Officiis per vos deuotè auditis, ad id diebus aliis minimè teneamini. Recipiendis quoque pia legata, Dominæ vestræ, seu vobis aut alteri vestrum per quoscunque Christi fideles quorumcunque locorum in eorum vltimâ voluntate, vel aliàs relicta, aut in posterum relinquenda, Ordinarij loci ac Parochialis Ecclesiæ, & cuiusvis alterius iure saluo, exigendi & recipiendi, concedimus facultatem.] B. Sacræ Religionis, 157. apud Vvad. in reg. tom. 5. ex Reg. Vat. lib. 1. de Regularibus & Exhibitis anno 9. folio. 24.

Exigendi pia legata.

Paulus II. anno 1470. Generali, & Prouincialibus, Vicariis, ac Prioribus Congregationis Lombardiæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini. [Vobis & Successoribus vestris, qui pro tempore fuerint, exhibendi omnibus & singulis personis honestis laicis masculini sexus, hoc à vobis deuotè requirentibus, Mantellum

13

Pro viris Tertiariis Ordinis S. Aug.

tellum seu habitum Mantellatum nigri coloris,& habitui Fratrum eiusdem vestri Ordinis in colore conformē, ad instar aliorum Mantellatorum præfatorum (scilicet Prædicatorum, Minorum, & Seruorum Beatæ Mariæ) dummodò aliud Canonicum non obstet, &c. plenam & liberam concedimus facultatem. Et nihilominus ipsis laicis, quibus taliter Mantellum seu habitum huiusmodi exhibueritis, quod omnibus & singulis priuilegiis, exemptionibus immunitatibus,& indultis,tam spiritualibus, quàm tēporalibus, præfatis vestris Ordini & Congregationi Apostolicâ aut aliâ quâvis authoritate in genere concessis, ad instar aliorū Mantellatorum prædictorum,etiam gaudere possint, eadem authoritate concedimus & indulgemus.] B.Exposcit,1.apud Confettium,& 2.in eorum Bullario,ex authentico in Conuentu S. Mariæ de Populo, Romæ.

14 *Gaudent Priuilegiis Ecclesiasti. carum perso. narum.*

Sixtus IV.anno 1473. Fratribus & Sororibus vniuersis tertij Ordinis S.Francisci in Italiâ.[Communitatibus,Potestatibus,& Officialibus præfatis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnâ, eo ipso per Potestates,& Officiales ipsos,ac singulares personas earundem communitatum,si contrà fecerint,incurrendâ, ne eisdem Fratribus & Sororibus, grauamina aliqua libertati Ecclesiæ contraria inducere, aut ipsos Fratres & Sorores, quominus gaudeant priuilegiis & immunitatibus tam fori, quàm personæ, & rerum, sicut aliæ personæ Ecclesiasticæ,quomodolibet impedire præsumant, inhibemus, &c.]B.Sacrosancta,8.apud Confettium,

Confettium,31.apud Rodericum, & in Spec. Min.tract.1.fol.33.in cuius Summario dicitur esse authentica Toleti.

Idem anno 1474. Eremitis S.Augustⁱ.] Liceátque Fratribus prædictis, eisdem Pinzocheris & Mantellatis personis, in illarum etiam Domibus, quoties opus fuerit, Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis Saramenta ministrare; & dum eas decedere contigerit, illarum cadauera ad eorundem Fratrum Ecclesias tumulanda deferre, etiam Parochialium Ecclesiarum personarum earundem Rectorum licentiâ desuper minimè requisitâ, & contradictione qualibet non obstante.] In Mari magno Erem. S. Aug.§.35.Eadem habet in Mari magno Carmel.§.48. 15 *Ministrare Eucharistiâ, Extremam vnctionem, in eorum Domibus, & sepulturam siue consensu, &c.*

Idem anno 1479.Tertiariis vtriusque sexus Ordinum Prædicatorum & Minorum extendi voluit pariformiter & quatenus earum statui non contradicant, omnia priuilegia, gratias, &c. concessa & concedenda in posterum Fratribus eorundem Ordinum. B. Sacri Prædicatorum. 19.apud Cherub.2.apud Confettium,4.apud Peyrinis, 20.apud Roder. vbi dicitur haberi originaliter in Conuent. Salmant. Extat & in Spec. Min.tract.2.fol.67.& apud Vvad. in Annal. tom. 7. ann. 1479. n.6. pag.63.Vocatur Bulla Aurea. 16 *Gaudent Priuilegiis Fratrum.*

Innocentius VIII. extendit gratias & indulta Fratribus & Sororibus tertij Ordinis S. Franciſci in commumi viuentibus concessa, etiam illis qui viuunt in particulari. Viuæ vocis oraculum, 3.apud Roder.& in Spec. Min. tract.1.fol.42. 17 *Idem viuentibus in particulari.*

18 *Idem non ferentibus Mantellum.*

Idem anno 1490. concessit, vt suscipientes habitum Mantellatorum siue Mantellatarum Ordinis Eremitarum S. Aug. licet habitum illum, cum licentiâ Prioris loci, non retineant neque continuè deferant, Corrigiam tamen detinentes ac deferentes, eisdem priuilegiis, gratiis, immunitatibus, & indulgentiis gaudeant, quibus ipsi Mantellati. Viuæ vocis oraculum, 15. apud Rodericum, cui attestatur Vicarius Generalis Erem. S. August. Congr. Lombardiæ.

19 *Vt n. 8. & 15.*

Idem anno 1487. Fœminis Tertiariis Seruitarum, eadem quæ suprà n. 8. & 15. concedit. In eorum Mari magno, §. 45.

20 *Sacramenta etiam in Paschate & in morte.*

Alexander VI. anno 1495. Vicario Generali Prædicatorum Congregationis. Lombardiæ: [Singulis Fratribus Ordinis, & Congregationis huiusmodi in Presbyteratus Ordine constitutis, nunc & pro tempore existentibus, quòd de licentiâ tuâ, aut, qui pro tempore extiterit. Generalis Vicarij, vel Prioris, seu Præsidentis Domus, Ordinis, & Congregationis huiusmodi, in quâ eos pro tempore residere contigerit, omnibus & singulis Fratribus & Sororibus tertij Ordinis, de pœnitentiâ B. Dominici nuncupatis, nunc, & pro tempore existentibus (quando id petierint) tam in die Paschæ, seu Festi resurrectionis D. N. Iesu Christi, & infra eiusdé Festi Octauam, quàm etiam aliis diebus, etiam in mortis articulo, Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta quæcunque exhibere, & ministrare. Ipsique Fratres & Sorores, Eucharistiæ & alia Sacramẽ-

ta

ta huiusmodi ad eisdem Fratribus Ordinis Prædicatorum, & Congregationis huiusmodi recipere liberè & licitè valeant, cuiusuis licentiâ super hoc minime obtentâ, seu etiam petitâ, authoritate Apostolicâ licentiam concedimus & facultatem per Præsentes. Nonobstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis Generalibus & specialibus constitutionibus, &c.] B. Considerantes, 2. apud Peyrinis.

21 *Gaudent Fratrum Priuilegiis.*

Iulius II. ann. 1506. Tertiariis vtriusque sexus Ordinis Minimorum, idem concessit quod supr. n. 16. B. Dudum ad Sacrum, 10. apud Cherub. 4. apud Confettium, 1. apud Peyrinis.

22 *Idem.*

Idem ann. 1507. Tertiariis S. Aug. concessit, quoad ea quæ ad ipsarum animarum salutem duntaxat concernunt. B. Dum fructus vberes, 19. apud Roder. & 2. in eorum Bullario, ex orig. in Ord. Arch. Romæ, n. 2.

23 *Prædicatorũ Tertiariæ quæ collegialiter viuũt possunt emittere 3. vota.*

Idem anno 1509. Generali Prædicatorum. [Concedimus quòd mulieres prædicti Ordinis, quæ Sorores de Pœnitentiâ nuncupantur, & collegialiter viunnt, (si tibi placuerit, & illæ hoc cupiant) ex benignitate Apostolicâ, tria vota Religionis in manus tuas, aut illorum quos ad hoc duxeris deputandos, emittere licitè valeant.] B. Considerantes, 1. apud Confettium, 13. apud Peyrinis, 16. apud Rodericum.

24 *De iisdem.*

Idem anno 1510. eidem de iisdem. [Sorores quoque de Pœnitentiâ B. Dominici nuncupatæ, collegialiter viuentes, & volentes vouere tria Religionis vota, iuxta nostram con-

ceſſionem, (in n. præc.) eadem authoritate volumus, vt profiteantur obedientiam tibi, & pro tempore exiſtenti Magiſtro Generali, vel alteri vices Generalis Magiſtri gerenti, vſque ad mortem ſecundùm Regulam B. Auguſtini; & propter hoc tamen non teneantur ad clauſuram, nec ad Officium diuinum, magis quàm ex ſuâ Regulâ tertij habitus tenẽtur. Et quòd exemptæ, tanquàm dictæ Religionis membra, gaudeant omnibus priuilegiis, actiuè & paſſiuè, quibus Fratres Ordinis ſupradicti gaudent, modò priuilegia illa ſexui non repugnent. Nonobſtantibus, &c.]

Gaudent Fratrum Priuilegiis.

B. Exponi Nobis, 5. apud Confettium, 14. apud Peyrinis, 17. apud Rodericum.

25 *Priuilegiis Eccleſiaſticarum perſonarum.*

Leo X. anno 1513. Litteras Sixti IV. ſuprà num. 14. extendit ad Fratres & Sorores 3. Ordinis Minimorum. B. Ea quæ, 1. apud Peyrinis, 40. apud Roder.

26 *Gaudent Priuilegiis Monialium.*

Idem anno 1517. omnia priuilegia gratias, &c. Monialibus S. Claræ conceſſa & concedenda communicat Sororibus tertij Ordinis S. Franciſci, in communi viuentibus ſub Ordinis obedientiâ. B. Dudum, 21. apud Roder.

27 *Sunt vere Religioſæ*

Idem anno eodem, declarauit Sorores 3. Ordinis, tria eſſentialia vota emittendo collegialiter viuentes, eſſe verè Religioſas, & gaudere priuilegiis Fratrum. B. Ea quæ per Sedem, 16. apud Cherub.

28 *Emittentes vota ſimplicia gaudent Fratrum priuilegiis.*

Idem anno 1518. In Sacro Lateranenſi Concilio. [Statuimus, quòd Fratres & Sorores Tertij Ordinis Collegialiter viuentes, ſeu cum Clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem,

lem, seu cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, priuilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum gestant, gaudere debeant, &c. Declaramus quòd in præmissis de voto solemni Religionis minimè intelligi debeat, ita vt mulieres virginalem, aut cœlibem vitam simpliciter vouentes, etiam in consanguineorum & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes, priuilegiis & immunitatibus prædictis, in omnibus & per omnia frui & gaudere debeant.] B. Nuper in sacro, 2. apud Confer. 44. apud Roder. 22. apud Peyrinis, & apud Cherub. post 22.

29 *Collegialiter viuentium vota sunt solemnia.*

Paulus III. anno 1542. declarauit Fratrum & Sororum 3. Ordinis S. Dominici collegialiter viuentium tria emissa vota esse solemnia, impedire ac dirimere matrimonium, &c. B. Exponi Nobis, 5. apud Peyrinis, 6. apud Rodericum.

30 *Gaudent Fratrum Priuilegiis.*

Pius V. ann. 1568. Fratribus & Sororibus 3. Ordinis S. Francisci viuentibus in Congregatione sub tribus substantialibus votis concessit omnia priuilegia, indulgentias, &c. concessa & concedenda Ordini Minimorum de Obseruantiâ B. Ea est Officij, 63. apud Cherub. 32. apud Roder.

TESTAMENTVM.

Vide verb. *Notarius.* n. 2. 3.

1 *Præsentia Rectorum, vel Clericorum non requiritur.*

PIVS V. anno 1567. pro omnibus Mendicantibus. [Necessariam præsentiam Rectorum, aut aliorum Clericorum, quin infirmi liberè sua possint condere testamenta, minimè esse; ac ipsos Regulares legata, aut quævis alia sibi in testamentis relicta, exigere, & obtinere posse; neque aliquod ius in contrarium esse decernimus & declaramus.] Et paulò post. [Cùmque maximè deceat liberam esse cuiusuis testantis voluntatem; prauum illum vsum, paruo adhuc tempore, vt præfertur, introductum, per quem testamenta absque Presbyterorum præsentia fieri interdicuntur, omninò abroganus.] B. Etsi Mendicantium, 41. apud Cherub. 7. apud. Roder. & Peyrinis. Quam & P. Iustinus in suo Bullario MS. ait authenticam haberi in Archiuio Carmel. Rhedon.

TESTIMONIVM.

1 *Exemptio.*

HONORIVS III. anno 1218. Carthusianis. [Inhibemus ne quis Priores, seu Fratres Ordinis memorati subire compellat calumniæ iuramentum, nec iisdem

ad

ad ferendum testimonium cogantur inuiti. B. Cùm dilecti, 3. apud Cherub.

Eugenius IV. anno 1434. B. Etsi ex debito, 7. apud Rod. & ann. 1436. B. Regularem, 9. apud Cherub. & Rodericum, § 14. Benedictinis Cassin. idem concedit; & adiicit: [Prælatorum verò, Monachorum, Conuersorum, & Nouitiorum ipsius Congregationis testimonia in causis ipsorum ciuilibus, & criminalibus, in iudicio, & extra, legitima sint & iuridica, & vt eis liberè & licitè vti possint, concedimus per Præsentes.] Eadem omnia concedunt Iulius II. an. 1507. Benedictinis Congr. Montis Oliueti, Bulla, Etsi ad vniuersos, 12. apud Cherub. §. 24. Et anno 1512. Canonicis Reg. S. Aug. Congr. S. Saluat. B. Inter cæteros, 30. apud Cherub. §. 32. Leo X. anno 1513. Camaldulensibus B. Etsi à Summo, 2. apud Cherub. §. 26. & 27.

2 *Idem.*

Testimonium ferre possunt in causis Monachorum intra Monasterium.

TONSVRA.

Vide verb. *Missionarij*, n. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12.

TRANSITVS AD ALIAM Regionem.

Vide verb. *Apostata*, per totum. *Correctio Fratrum*, num. 5. 13. 15. 49. *Mutatio Ordinis*, per totum.

VISITATIO.

Vide verb. *Correctio Fratrum*, num. 11. *Exemptio*, n. 4. 6. 10. 11. 12. 15. 18. 19. 22. 29. 30. 31. 32. 34. 43. 44. 48. 52. 54. 55. 56. 59. 67. 69. *Indulgentiæ concessæ Regularibus*, n. 4.

1 *Consedere indulgentiæ plenariam.*

IN Eo X. Minoritis [concessit quòd omnes Prouinciales Obseruantiæ, actâ visitatione ordinariâ in Conuentibus suæ Prouinciæ habeant facultatem concedendi indulgentiam plenariam omnibus Fratribus cuiuslibet Conuentus sic visitati.] Viuæ vocis Orac. 59. apud Roder.

VOTA.

Vide verb. *Absolutio*, num. 38. *Casus*, num. 4. *Confessio*, num. 3. 19. 20. 29. 37. 46. 50. 51. 52. 53. 54. 59. 63. 65. 69. 75. *Dispensatio*, num. 6. 16. 17. 20. 26. *Indulgentiæ pro extraneis*, num. 8. *Missionarij*, n. 5.

1 *Commutari possunt pro recipiendis ad Ordine.*

VRbanus IV. an. 1262. Prædicatorbus. [Vt si aliqui votis aliquibus sunt astricti, qui in Ordine vestro habitū Religionis assumunt, vota huiusmodi & pœnitentias eis impositas, cum professionem in Ordine

Ordine ipso mittunt, dummodò vota ipsa non fuerint de transeundo ad Ordinem observantiæ arctioris, Magister & Priores ipsius Ordinis, qui pro tempore fuerint, ac vices eorum gerentes, possint in observantias eiusdem Ordinis commutare, vobis authoritate Præsentium indulgemus.] B. Quia ex Apostolici, 1. apud Confettium, & 2. apud Rodericum.

Pius II. ann. 1462. Benedictinis Congreg. Montis Oliueti. [Quoscunque Ordinem ipsum introire volentes, etiam si alium Ordinem præterquàm Carthusiensem, ingredi voluissent, dummodò professionem non emiserint, eosdem recipere, & voto non obstante prædicto, eos ad professionem Regularem admittere possint.] B. Licet ex debito, 9. apud Cherub. §. 11.

2 *Votum Alterius Religionis relaxatur.*

Sixtus IV. an. 1473. Hieronymitis de Pisis. [Nunc & pro tempore existentibus, dictæ Societatis Eremitis, vt Confessor idoneus, secularis, aut eiusdem Societatis vel cuiusuis Ordinis Regularis, per eos & quemlibet eorum eligendus, vota quæcunq; etiam peregrinationis vltra mare, & visitationis liminum Beatorum Petri & Pauli, ac S. Iacobi in Compostella Apostolorum, & alia si quæ emiserunt. Authoritate Apostolicâ, provt animarum suarum saluti viderit expedire, in alia pietatis opera commutare valeat, indulgemus.] B. Pia vota fidelium, inter Bullas cum eorum statutis impressas Romæ an. 1573. Quam idem an. 1476. ex certa scientia confirmat, B. Sedes Apostoli-

3 *Qualibet commutare.*

ca, quæ habetur ibidem, & 13. apud Cherub.

4 *Religionis arctioris votum relaxatur.*

Idem an. 1476. Canonicis Reg. S. Augustí. Congr. Later. [Ordinamus, vt omnes qui votũ simpliciter ingrediendi aliquam aliam Religionem, etiam arctiorem, emiserint, ad Congregationem, & Ordinem præfatum, illorúmque professionem liberè & licitè ingredi, inibi recipi, & admitti valeant.] B. Dum ad vniuersos, 10. apud Cherub. §. 29.

5 *Monialium vota non tenent.*

Inter Viuæ vocis oracula Iulij II. num. 3. apud Roder. habetur istud. [Quòd promissiones, iuramenta, & vota per Moniales fienda non teneant, nec obligent eas ad peccatum mortale.]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

428798